








COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE

PUBLIÉS PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE.

PREMIÈRE SÉRIE.

HISTOIRE POLITIQUE.

RECUEIL DES CHARTES

DE

L'ABBAYE DE CLUNY,

FORMÉ PAR AUGUSTE BERNARD,

COMPLÉTÉ, REVISÉ ET PUBLIÉ

PAR ALEXANDRE BRUEL,

SOUS-CHEF DE SECTION AUX ARCHIVES NATIONALES, ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES.

TOME QUATRIÈME.

1027-1090.



PARIS.

IMPRIMERIE NATIONALE.

M DCCC LXXXVIII.

CHARTES

DE

L'ABBAYE DE CLUNY.

2797.

EPISTOLA JOHANNIS PAPÆ XIX AD UNIVERSOS ECCLESIÆ FIDELES PRO MONACHIS CLUNIACENSIBUS.

(C. 24.)

Johannes, etc. . . . Cœnobium Cluniacense . . . (*Bull. Clun.*, p. 9, col. 2 [1].) 1027, 28 mars.

2798.

« PRIVILEGIUM JOHANNIS PAPÆ [XIX] AD DOMNUM ODILONEM ABBATEM DE QUADAM TERRULA QUÆ VOCATUR CAMSAURUS », QUAM WIGO MAJOR DEDERAT SANCTO PETRO.

(C. 26 et 31 [2].)

Johannes, episcopus, servus servorum Dei, Odiloni, dilectissimo 1027.

[1] Page 9, col. 2, l. 4, *benedictionis*, ajoutez *vel dignitatis tam presentibus quam futuris;* lig. 6 *a fine*, après *coepiscopis*, ajoutez *et fratribus;* p. 10, col. 1, l. 17, après *ambitionis*, ajoutez *cupiditate;* l. 21, *videtur*, ajoutez *habere;* après *accepto*, ajoutez *a nobis;* l. 28, *Episcopi*, ajoutez *Sanctæ;* avant-dernière ligne *papæ*, ajoutez *sedente anno*. Cf. Jaffé, n° 3101.

[2] C'est cette dernière copie que nous publions en notant les variantes de la première. [Nous avons laissé à cet acte le titre que lui a donné le rédacteur du cartulaire C. Mais on observera que les trois dernières lignes ne peuvent émaner de la chancellerie pontificale. M. de Terrebasse, qui a traduit en français cette bulle dans ses *Œuvres posthumes, Notice sur les Dauphins de Viennois*, p. 38 (Vienne, 1875, in-8°), a raison d'y voir « un extrait fort succinct » d'une bulle rappelant la donation primitive de Guigues l'Ancien, confirmée en 1027 par ses petits-fils Humbert, évêque de Valence, et Guigues III, son frère. Nous rappellerons ici que l'évêque de Valence Humbert, dont le *Gallia christiana* révoque

IMPRIMERIE NATIONALE.

filio Cluniacensi abbati, et cunctis successoribus tuis in perpetuum. Ex parte Dei et sancti Petri concedo tibi et habitatoribus loci Cluniaci ad presens et per cuncta succedentia tempora quandam terrulam quę sita est in regione quę vocatur Camsaurus, quam bonę memoriæ Wigo[1] major dedit Sancto Petro, avus scilicet presentis Wigonis[2] junioris, salvo eo censo quod annuatim in archa[3] Sancti Petri deferetur. Domnus Humbertus, episcopus Valentinus, propria manu hoc firmavit. Domnus Wigo[4], frater ipsius, similiter propria manu hoc firmavit, anno primo consecrationis domni Conradi imperatoris.

2799.

EPISTOLA WILLELMI ABBATIS SANCTI BENIGNI DIVIONENSIS AD ODILONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DE OBITU OTTONIS WILLELMI, COMITIS BURGUNDIÆ, ET RICHARDI III, COMITIS NORMANNIÆ, AC DE REBUS ALIIS, MAXIME AD COENOBIUM VIZILIACENSE PERTINENTIBUS.

1027. Melle favoque dulciori... (Mabillon, *Ann.*, t. IV, p. 333.)

2800.

« PRECEPTUM ROTBERTI REGIS, » QUO RES MONASTERIO CLUNIACENSI COLLATAS CONFIRMAT ET VETAT NE QUIS IN CONFINIO MONASTERII CASTELLUM VEL FIRMITATEM ÆDIFICET.

(C. 52[5].)

1027, environ. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rotbertus, divina favente clementia, regni Francorum potenter tenens gubernacula, fidelibus nostris pacis concordiam. Preclarius et laudabilius, jocundiusque

en doute l'existence (T. XVI, c. 301), figure déjà ci-dessus sous le n° 2307, à la date de 996 et que rien n'empêche de penser qu'ayant perdu son siège en 997, il conserva cependant le titre jusqu'à sa mort.] Cf. Jaffé, 2[e] ed. n° 4080, et Bresslau, *Jahrbücher des Deutschen Reichs*, Excurs IV, § 1, sur l'authenticité de cet acte.

[1] C. 26. *Vuido.*

[2] C. 26. *Vuidonis.*

[3] C. 26. *arca.*

[4] C. 26. *Vuido.*

[5] Publié dans le *Recueil des hist. de France*, t. X, p. 611, d'après une copie de la Bibliothèque de Saint-Germain-des-Prés.

nichil esse omnino nostro corroboratur judicio, quam si regnum nostrum tali sub regimine disponatur, ut in disponendis causis una sit minorum ac majorum ratio æquitatis, sicut enim certum est, quia « Deus potentes non abicit[1], » quippe sine quo potestas non est, ita quoque liquet quod potentum opera interrogabit, et ob hoc sommopere nobis curandum est, ut cum prodesse vel obesse ipso disponente possumus, nostrum posse sub ejus nutu penitus subigentes, quod honori sanctę ejus æcclesię proficiat certatim faciamus : « In proximo est enim « ut incipiat judicium a domo Dei[2], judicia autem ejus sicut multa abys- « sus[3]. » Cum igitur ipse judex omnium in fine mundi advenerit, constipatus agminibus angelorum, regum ac principum, pusillorum et magnorum opera judicio justo ponderans, impios ac scelestos detrudet in gehennam, ita pios et bene meritos secum promovens collocabit ad patris dexteram. Hæc ergo et hujusce modi regalis nostra magnificentia alta consideratione discutiens et mente pertractans, omnibus sub regno nostro militantibus, presentibus et futuris, notum esse volumus, quod Cluniacense cœnobium per precepta regum et antecessorum nostrorum et per privilegia apostolica ab omni inquietudine vel dominatu omnium hominum est absolutum; ad cohibendam itaque insolentiam pravorum hominum, hoc eis iterato concedimus preceptum[4]. In primis ego Rotbertus rex, duxque Heinricus, cum consensu nostrorum obtimatum, Deo prosperante, ut cunctis palam fiat liberalitas nostra erga locum ipsum et fratrum inibi degentium, precipimus itaque ut in confinio monasterii a civitate Cabilonensi et Maticensi, et Monte Algoio, et castro Chedrelensi, et Monte Sancti Vincentii, nullus homo aut princeps vel dux castellum construat, vel firmitatem ædificet. Quin etiam auctorizamus ac laudamus quicquid sive episcopus, sive comes, sive liber, sive servus, promiscui sexus atque gradus, ad altare eorum delegaverit, ut exturbatis et pulsis omnibus calumpniatoribus atque contradictoribus, firmum ratumque permaneat in perpetuum. Quod si quis nostro precepto non obaudierit, nos ipsi ultores erimus, a

[1] *Job*, XXXVI, 5.
[2] *Iª Petri*, IV, 17.
[3] *Psalm.* XXXV, 7.
[4] [Cf. un autre diplôme sous le nº 2711.]

parte enim regni nostri adversarius est, qui Deo contrarius existit; ad quid etiam sceptra regalia dextris preferimus, si non etiam inimicos crucis Christi sanctam æcclesiam inpugnare molientes expugnamus? Prosequentes igitur eos, prosternamus ut victricia signa ex hostibus advenienti Christo reportemus. Ut autem hujus nostrę institutionis preceptum firmum obtineat vigorem, anulo nostro regali imprimi jussimus et caractere insigniri precepimus. Amen. S. Rotberti regis, qui hanc scribi jussit, scriptamque firmavit. S. Heinricique ducis, eorumque principum.

2801.

CHARTA QUA AYNARDUS ET UXOR EJUS FECEMA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI GEORGII DE DOMINA [1].

(B. o. 59, LVII.)

1027, 20 octobre, à 1028, 19 octobre.

Postquam ob prime [2] reatus culpam, ut supra [3]. Ego Aynardus et uxor mea Fecema, cum consensu et voluntate fratrum meorum dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abba, res meas quę sunt sitę in pago Graciopolitano, unam [4] videlicet ecclesiam in honore sancti Georgii consecratam, in villa sibi insita, vocabulo Domina, omnibusque ad ipsam ecclesiam pertinentibus, et justa [5] eam unam vineam cum uno orto insimul tenente, quę terminat ex omnibus partibus de ipsa hereditate, unam etiam condaminam quę terminat ex una parte de ipsa hereditate, de alia fluvio Isare, a medio die aqua currente, cognomento Domina, de alia parte de ipsa hereditate, et unum pratum in ipsa villa,

[1] Cette charte doit être considérée comme l'acte de fondation du prieuré de Domène par Aynard et sa femme Fecema. La dédicace de l'église du prieuré sous le vocable des saints Pierre et Paul eut lieu seulement en 1058. Voyez le *Cartulare mon. beat. P. et P. de Domina* publié par M. le comte Ch. de Monteynard; Lyon, Perrin, 1859, in-8°, ch. 1 et 61. La présente charte communiquée à l'éditeur par MM. A. de Terrebasse et A. Bernard se trouve imprimée pages LIX et LXVII des notes qui précèdent le cartulaire.

[2] [Lisez *primi*.]

[3] [Abréviation employée par le rédacteur du cartulaire B.]

[4] [Ce mot est répété dans le texte.]

[5] [Lisez *juxta*.]

qui terminatur ex omnibus partibus de ipsa hereditate; a Sancta quoque Helena unam medietatem de uno piscatore quem ibi habeo, tali quoque conventu ut in proprios usus eas res teneant. Testes : Rodulfus, Wigo, Boso, Osulfus, Wigo. Actum Cluniaco, regnante Rodulfo rege anno xxxv. Rainoardus scripsit.

2802.

CHARTA QUA TEUDZA ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN MONTE CRAIENCSI ET IN VILLA CUULATIS.

(Bibl. nat. or. 79; cop. 20-230, extraits; B. o. 390, CCCLXXXVII.)

Divina pietate largitum est homini, quatinus ex his quę possidet transitoriis, sine fine mansura valeat mercari. Quapropter noverint cuncti tam presentes quam futuri, quod ego Teudsa et fili me[i Warulfus et[1]] Walterius[2], tacti amore Dei, simulque pertimescentes venturi diem judicii, quo reddetur cuique secundum quod gessit, tradimus Deo et sanctis ejus apostolis Petro ac Paulo cœnobioque Cluniacensi, aliquid ex rebus juris proprii quod nobis adjacet in pago Maticensi, quicquid scilicet habemus in Monte Craiencsi, et campum cum vinea in villa Cuulatis[3], ut inde faciant memorati habitatores loci a die presenti quod eis libuerit. Post nostrum vero discessum ab hac vita, concedimus illis Lętardi mansos cum omnibus ad se pertinentibus, in prefata villula, mansum quoque Segerandi, mansum Geraldi cum ipso et uxore sua atque infantibus suis, mansum Aduini, mansum Richerii, et vineam quam Benedictus facit, et quicquid ad predictos mansos aspicit, mansum etiam Gausberti, mansumque Lęotardi cum omnibus ad se pertinentiis. Hęc igitur omnia prefata Cluniacensi cœnobio tradimus lege predicta, cum omnibus quę pertinent ad ea, cum ingres-

1027, 24 octobre, à 1028, 23 octobre.

[1] Il y a ici dans l'original un espace, laissé en blanc, qui semble avoir été destiné primitivement à inscrire le nom que nous plaçons entre crochets en l'empruntant au titre inscrit au dos de la pièce. B. porte seulement : « filius meus Vualterius ». Cf. ci-dessus t. III, n° 2719.

[2] Ce Gauthier devint évêque de Mâcon en 1031.

[3] B. porte *Cuualatis*.

sibus et exitibus, cum pascuis et rivis, cum campis et vineis, cum pratis et silvis, ut teneant et possideant omnia habitatores sępedicti loci absque ullius contradictione hominis. Qui autem contradictor extiterit, non valeat vendicare quod repetit, sed sit dampnatus perpetui vinculo anathematis quandiu in hac sęvicia permanserit; et ut firmior habeatur, manibus propriis firmavimus testibusque[1] roborandam tradimus. Sig. Teudse. [S. Warulfi[2].] S. Walterii. Actum publice[3] Cluniaco, Rodberto regnante anno tricesimo secundo. Ego frater Warnerius rogatus scripsi vice cancellarii.

(*Au dos:*) Carta Teuze, Walterii et Warulfi in Cuulato.

2803.

CHARTA QUA RAYNA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DIVERSAS RES IN VILLA MACIACENSI ET IN ALIO LOCO.

(B. o. 117, CXV.)

1027, 24 octobre, à 1028, 23 octobre.

Consulens igitur Dei filius humani generis saluti, ait inter cętera salubria verba quę locutus est suis : « Date, inquit, elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis[4]. » Quę profecto sententia tanto magis est custodienda quanto utique creditur vera. Hanc vocem audiens ego Rayna, trado Sancto Petro Cluniacensis cęnobii quandam vineam, cum terra simul conclusa ac mansione superposita, sitam in Maciacensi villa, in pago Matiscensi, in agro ipsius villę, terminatam ex tribus partibus ipsa hereditate, et via vicinabili a meridie. Dono et in alio loco unum campum vocatum Mossorium, terminatum a mane via publica, a meridie et occidente terra Sancti Vincentii, a septemtrione muro manu facto; partem quoque cymiterii, pro qua contra monachos Sancti Petri querelam habui. Pro quibus omnibus supradictis omni anno quamdiu vivero reddam in vestitura IIII^or^ sextaria vini et unum panis. Post meum vero discessum ad prefatum, nullo contradicente, perveniat locum. Si quis autem propinquus aut extraneus con-

[1] [B. ajoute *idoneis.*]
[2] Même observation que ci-dessus.
[3] [B. *puplice.*]
[4] [*Luc*, XI, 41.]

tradixerit, sit irretitus vinculo excommunicationis, nisi resipuerit. S. Aydoardi. S. Stephani, Umberti, Willelmi, Joceranni. S. Rayne, datricis hujus cartę. S. Artaldi, filii ejus. Actum Lordoni, regnante Rodberto rege anno XXXII.

2804.

CHARTA QUA ARLEIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VARENGO ET COLUNGIAS.

(Bibl. nat. or. 93; cop. 20-256, extraits; A. b. 103; B. o. 374, CCCLXXI.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus, quod ego 1027-1031.
Arleius dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum aliquid de mea hereditate quæ[1] sita in pago Matisconense, in villa Varengo. Hæc sunt septem raxiæ, quinque in uno loco, et due in alio: terminant quinque raxiæ, de una parte terra Duranni et terra Sancti Petri, de alia parte terra Ingelberti, de alia terra Sancti Petri de Marziaco[2]; duæ raxie terminant a mane terra Bernardi, a medio die via publica, a sero terra Sancti Petri de Marziaco, a cercio terra Ingelberti. Et in aliis tribus locis dono tres petiolas de prato quæ pertinent ad suprascriptam hereditatem, et in villa Colungias[3] dono unum curtilum cum vinea qui terminat a medio die via publica, de aliis tribus partibus de ipsa hereditate, et dono in alio loco duas petiolas de campo que pertinent ad suprascriptam hereditatem. Hæc dono in presenti; et post meum discessum dono in ipsa villa duas raxias de vinea quæ habent in longo XVIIII perticas et in latum perticas V. Et in ipso loco dono meam partem de medioplantum quam cum Aldebranno parcior. Facio autem hanc donationem pro remedio animæ meæ et uxoris meæ Rocelinæ, et in locum sepulturæ; tali tamen conventu, ut statim post meum obitum perveniat totum ad Sanctum Petrum, aut vivat uxor mea aut non[4]. De hereditate vero Guineberti, quam donavit Sancto Petro in Colungias villa, dimitto querelam quam habebam de franchisia; de alia vero hereditate quam adhuc tenent filii jam

[1] [A. ajoute *est*.]
[2] A. et B. *Marciaco*.
[3] [A. *Colongias*.]
[4] [La charte s'arrête ici dans A.]

dicti Guineberti, dono franchisiam totam ex integro, quæsitum et inquirendum, Sancto Petro. S. Arlegii, qui hanc cartam fecit, testibusque roborandam tradidit. Actum Cluniaco publice, Rothberto rege, cum Heinrico gloriosissima prole sceptra regni Franchorum tenente. S. Heldinus. S. Arleius. S. Stephanus. S. Maiolus. S. Gisleberti. S. Arlebaldi. S. Rotberti. S. Arleius. S. Aimoni. S. Bernardi.

(*Au dos :*) Arleii in Varengo.

2805.

PRIVILEGIUM JOHANNIS PAPÆ XIX DE ELECTIONE DOMNI ABBATIS CLUNIACENSIS, ETC.

(C. 23.)

1027-1033. Johannes, etc. ..... Cum omnium fidelium ..... (*Bibl. Clun.*, not. col. 136; *Bull. Clun.*, p. 8, col. 2, nº 2)[1].

2806.

CHARTA QUA WIDO ET UXOR EJUS AMBROSIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA SARCIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-1; B. o. 787, DCCLXXXII.)

1028 (?), février. In nomine summi Dei. Notum sit cunctis christianis fidelibus, quod ego Wido et uxor mea Ambrosia donamus Deo et ejus apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum, de rebus nostris quas Deo propicio adquisivimus. Sunt autem ipsæ res site in pago Matisconense, in villa Sarciaco, unum videlicet curtilem, terminantem a mane terra Jocildis,

[1] C'est le nom de l'empereur Conrad qui figure dans la copie de C. et non celui de Henri, comme dans le Bullaire, p. 9, col. 1, lig. 28, et dans la *Bibl. Cluniac.* La Bibl. nat. (Dipl., t. XVII, fol. 186) possède pourtant une copie authentique de cet acte, prise en 1775 sur un original conservé aux archives de l'abbaye de Cluny, avec le nom de Henri. Si l'on s'en rapporte aux auteurs de l'*Art de vérifier les dates*, cet acte ne peut être de Jean XIX, car ce pape, d'après eux, ne fut élu qu'en août 1024, c'est-à-dire après la mort de l'empereur Henri, arrivée le 14 juillet de cette année. Cependant, comme l'existence de cette bulle d'un pape Jean, au nom de l'empereur Henri II, paraît certaine, puisque Lambert de Barive, qui l'a transcrite sur

a medio die terra Beraldi, a sero via publica, a cirtio[1] terra Wichardi. In ipsa villa unum campum in transversum habentem perticas III, a mane pascherio terra Sancti Nazarii, a medio die de ipsa hereditate, a sero Sancti Nazarii. Donamus etiam duas partes ex omni nostra hereditate, quecunque adquirere adque possidere possumus aud valemus in omnibus omnino locis, ubicumque invenire poterint, in tali conventu, ut pars mea, videlicet Widonis, ab hac die ad locum denominatum supra deveniat. Pars autem uxoris meæ jam nominate in vita sua, si ipsa tenere voluerit, ei permaneat; post suum vero discessum ad ante jam dictum locum perveniat. S. Ambrosiæ et filii ejus Duranni, qui hanc cartam firmaverunt et firmare rogaverunt. S. Vendranni. S. Guandalgisi. S. Bernardi. S. Jozaldi. S. Landaldi. Actum in mense febroario, die Saturni, indictione XI, regnante Rodberto rege anno XL^{mo} secundo[2]. Rainardus monacus scripsit[3].

(*Au dos :*) Carta Widoni in Sarciaco.

l'original, déclare que ce dernier portait encore la bulle de plomb avec les mots *Johannis papæ*; il faut chercher un moyen d'expliquer cette contradiction. La critique moderne a établi que Jean XIX fut consacré entre le 24 juin et le 15 juillet 1024 (Jaffé, *Regesta*, edit. 2ª, p. 515), c'est-à-dire probablement quelques jours seulement avant la mort de l'empereur Henri. Dans la bulle préparée dès lors, le nom de l'empereur fut laissé en blanc comme semblent le prouver les copies de la *Bibl. Clun.* et du Bullaire, dans lesquelles le nom de l'empereur est encore suivi d'un blanc, et, plus tard, on termina les divers exemplaires de la bulle, les uns au nom de Henri, les autres au nom de Conrad. En effet, à la fin de l'acte, dans le Bullaire, page 9, col. 2, une note indique qu'il existait un semblable privilège du pape Jean XIX « per quod declarat se ob interventum invictissimi *imperatoris Conradi* confirmare omnia loca et monasteria ad Cluniense monasterium pertinentia et ei concessa. Et reliqua prout in præcedente. » Les premiers exemplaires, avec le nom de l'empereur Henri, doivent être datés de 1024 (Jaffé, ed. 2ª, nº 4065); les seconds, au nom de Conrad, doivent l'être de 1027-1033.

[1] [La copie porte, à tort, *sero* au lieu de *cirtio*, qui est dans B.]

[2] Cette date est fort incertaine; en faisant commencer le règne de Robert le 30 décembre 987, la quarante-deuxième année tomberait en 1029; mais l'indiction XI concourt avec l'année 1028, c'est pourquoi nous adoptons cette date.

[3] [La charte n'est pas souscrite par le donateur, mais seulement par sa femme et son fils.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

2807.

CHARTA QUA ODDO, CONSENTIENTE FRATRE SUO NARDUINO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAS IN VILLIS QUÆ DICUNTUR CAMLOCUS ET VINOSA.

(B. o. 107, CV.)

1028, 9 juillet. Quęcumque per secula firma debent existere, necesse est ea apicum caracteribus adnotare, ut lis futura valeatur comprimere, et Christi karitas inconvulsa permanere. Quapropter ego Oddo, consentiente fratre Narduino, audiens Dominum dicentem : « Si vis perfectus esse, « vade, vende omnia quę habes, et da pauperibus, et veni, sequere me « et habebis thesaurum in cęlo[1] », trado corpus meum Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum qui vocatur Cluniacus, ubi domnus Odilo abbas preesse dinoscitur. Dono autem simul et terram pauperibus Christi in eodem loco sub regulari disciplina commanentibus, presentibus scilicet et futuris, que sita est in comitatu Cabillonensi, in agro Balorense, in villa quę vocatur Camlocus. Est campus in eadem villa, qui vocatur Campus Presbiterorum, usque ad inquirendum. Post hunc alterum diurnalem in ipsa villa, qui terminatur a mane terra Sancti Leodegarii, a meridie Sancti Petri, ab occidente via publica, a circio Adalardi clerici. Pratum quoque similiter dono quod est secus torrentem Grisonem, quod circumdat ex omnibus partibus idem torrens. Similiter dono terciam partem silvę quę est juxta pratum Guilulfi. Item in villa cui vocabulum est Vinosa et in loco qui vocatur Croso, omnia quę ego et fratres mei, Narduinus scilicet et Gausmarus usque nunc tenuimus, quantum exquiri potest usque ad Castenearium. Hanc autem elemosinam facimus ego et fratres mei pro animarum nostrarum remedio seu parentum vel propinquorum, ut Dominus pro terrenis dignetur reddere ęterna. Si quis vero, quod minime credimus, contra hanc donationem aliquid resultare voluerit, a Deo et sanctis ejus sit segregatus, et diabolo mancipandus tradatur,

[1] [*Matth.*, XIX, 21.]

nisi emendatione congrua fuerit correptus. S. Oddonis, qui hanc cartulam fieri et firmare rogavit. S. Narduini, fratris ejus. S. Adalardi clerici. S. Bernardi presbiteri. Data per manum Oddonis monachi, in mense julio, VII idus ipsius mensis, luna XIII, concurrente I, epacta XXII, regnante Rotberto rege.

2808.

CHARTA QUA WARNERIUS ET UXOR EJUS ASTRIBURGIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI OMNEM HEREDITATEM QUAM ALDO, PATER WARNERII, EIDEM DERELIQUERAT IN VILLIS TALENTO ET ISTRINIACO.

(Bibl. nat. cop. 20-255; B. o. 507, DIIII.)

Cunctis sane sapientibus liquido patet, quod Salvator noster suis sanctis monitis nos ammonet dicens: « Date helemosinam, et omnia munda sunt vobis », et iterum : « Tesaurizate vobis thesauros in celo, « ubi nec erugo nec tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt, nec « furantur ». Unde noverint cuncti fideles, quod ego Vuarnerius et uxor mea, nomine Astriburgis, cupientes hanc Domini vocem adimplere, donamus Deo et sanctis ejus Petro et Paulo Cluniasensique loco, aliquid ex propria hereditate, in comitatu Cabilonense, in villis his nominibus, Talento et Istriniaco, omnem videlicet partem quam pater meus Aldo in predictis villis habere visus est, tam in servis quam in ancillis, in campis et vineis, consuetudinibus et usuariis, servis et ancillis in supradicta villa, vel fine Talentensi manentibus, vel ubicumque dispersis, seu omni alodo eorum, et uno curtilo in villa Istriniacensi qui habet radalem consuetudinem[1] [in omni silva Braniacensi, alioque curtilo in Talento, qui similiter habet radalem consuetudinem][2] 1028-1029.

[1] Du Cange a remarqué que « dans une « charte du règne de Robert pour Saint- « Marcel de Chalon, on lit: *Donamus unam « radam de silva,* ce qui peut s'entendre « d'une mesure de bois à prendre dans la « forêt. Ainsi *consuetudo radalis* dépendant « d'un simple courtil pourrait n'être autre « chose que le droit de prendre une cer- « taine quantité de bois dans la forêt voi- « sine. » (Note de D. Poirier.)

[2] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

per totam silvam Braniacensem. De his igitur omnibus prescriptis, totam meam partem, cum omni consuetudine que ad eam pertinet, cum omni alodo meo, cum servis et ancillis, patribus et filiis, presentibus et futuris, vel ibi manentibus, sicut dictum est, vel ubicunque dispersis[1] ad ipsam terram pertinentibus, et cum omni alodo ipsorum, totum dono Deo et Cluniacensi loco, ut faciant ab hodierna die habitatores prefati loci quicquid inde facere voluerint absque ullius contradictione hominis. Si quis autem contraire temptaverit, non valeat vendicare quod repetit, sed insuper judiciaria coactus potestate, auri libram cogatur exsolvere, et inantea presens donatio firma permaneat, stipulatione subnixa; et ut firmior habeatur, manibus propriis firmavimus testibusque roborandam tradimus. S. Vuarnerii et uxoris ejus Astreburgis, qui hanc donationis cartam fieri rogaverunt et firmari. Actum apud Belmontensem villam, regnante Rodberto rege anno XXXIII.

(*Au dos :*) Carta Vuarnerii in Talento.

2809.

CHARTA QUA LAMBERTUS, FRATER JOTZERANNI INTERFECTI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA EJUSDEM JOTZERANNI, QUASDAM RES IN VILLA CURTIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-5; B. o. 376, CCCLXXIII.)

1028-1029. Scriptum est quia « Redemptio viri divitie ipsius[2] ». Quapropter noverint cuncti tam presentes quam futuri, quod ego Lambertus dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro scilicet ac Paulo et loco Cluniacensi, quasdam res pro anima fratris mei Jotzeranni interfecti; quod est in pago Matisconensi, et resedit in villa Curtiaco : hoc est unum curtilum quem conquisivimus, ego et frater meus Jotcerannus, de Guilibertum cum vinea et bosco et omni usuario quod ad ipsum curtilum pertinet. Et dono in alio loco, in ipsam villam, vinea una quam conquisivimus de Rotberto clerico; et terminat de una parte via publica, de alia parte bosco, de alia parte terra Arbaldi, de quarta parte terra

[1] [La copie porte, à tort, *de ipsis.*] — [2] [*Prov.*, XIII, 8.]

Eldini. Hanc vero donationem facio in loco sepulture et ut Deus omnipotens ejus misereatur anime. Qui autem contradixerit, nisi resipiscat, anathema sit. S. Lanberti, qui istam cartam fieri et firmare rogavit. S. alii Lanberti. S. Leotaldi. S. Oddoni Albi. S. Drogoni. S. Vuarulfi. Actum Lasiaco publice [1], Rotberto rege anno XXXIII°. Rotlannus scripsit.

(*Au dos :*) Lanberti Curciaco. — Carta Lanberti in Curciaco.

2810.

CHARTA QUA BERNARDUS ET FRATER EJUS HUGO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA SEIA.

(Bibl. nat. cop. 21-6; B. o. 189, CLXXXVII.)

Dominus in Evangelio ait : « Date helemosinam et omnia munda « sunt vobis ». Ideoque notum sit fidelibus cunctis, quod nos, ego scilicet Bernardus et frater meus Ugo, donamus Deo sanctisque ejus apostolis Petro ac Paulo et loco Cluniacensi, pro sepultura fratris nostri Heldrici interfecti, unum curtile in villa Seia cum mansione et vinea, terminatum a sero terra Ramnaldi, via autem publica ex tribus partibus aliis. S. Bernardi et fratris ejus Ugonis, qui hanc donationis cartam fecerunt et rogaverunt firmari. S. Gunduldrici. S. Leotaldi. S. Rodulfi. S. Livonis. S. Stephani. Actum Cluniaco publice, regnante anno tricesimo III Rodberto rege. Vuarnerius scripsit. 1028-1029.

(*Au dos :*) Pro [sepultura] Eldrici in Seia.

2811.

CHARTA QUA RAINALDUS, COMES NIVERNENSIS, CONSENTIENTIBUS UXORE ET FILIO SUO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTEM BELMONTEM.

(Bibl. nat. or. 95; cop. 21-104; B. o. 324, CCCXXII.)

Auctor et largitor totius nostrę salutis perspiciens in labili vitę presentis discursu inevitabiles humane infirmitatis excessus, contra mul- 1028-1040.

[1] [B. ajoute : *regnante.*]

tiformia et lætalia peccatorum vulnera opponere voluit multiplicia et salubria divinorum preceptorum medicamina; videlicet ut et[1] rebus transitoriis ad sustentationem nostrę fragilitatis nobis ab ipso concessis faciamus nobis amicos qui nos recipiant infra gaudia æternę felicitatis. Quod ego Rainaldus, gratia Dei comes, animo perpendens, et enormitatem meorum peccaminum futurumque Dei judicium bonorum ac malorum vehementer perorrescens, et non solum pro me, set etiam pro anima patris mei sollicitus, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate quę sita est in pago Nevernense. Hæc est curtis quę vulgo vocitatur Belmontis, cum omnibus ad se pertinentibus, videlicet villis, terris cultis et incultis, ædificiis, vineis, pratis, campis, silvis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et regressibus; et loco qui vocatur Gerrannis[2] cum omnibus se aspicientibus. Facio autem hanc donationem pro remedio animę meę et anima patris mei Landrici et matris meę Matildis et uxoris meę Advisę, et filiorum meorum et fidelium meorum qui presentes sunt, videlicet fratris mei Widonis[3], et Rodberti, et Walterii, Gibaldi, Habonis, Iterii, Hugonis, Ricchardi, Girosi et omnium parentum et fidelium meorum, qui presentes sunt et absentes, et hujus meę donationis consiliatores et laudatores. Si quis autem contra hanc donationem calumpniam (quod absit!) inferre presumpserit, primum quidem Dei omnipotentis iram incurrat, hac demum judiciaria potestate convictus, in fisco publico auri libras xx^{ti} conponat. Hęc vero carta postmodum firma permaneat. S. Rainaldi, comitis et uxoris ejus Advise, hac filii eorum Wilelmi, qui hanc cartam et donationem fecerunt et manibus propriis subterfirmaverunt. S. Walterii. S. Umbaldi[4]. S. Arberti clerici. S. Gibaldi. S. Abonis. S. Iterii. S. Ugonis. S. Richardi. S. Girosi.

(*Au dos :*) Carte Rainaldi comitis in pago Nevernensis.

[1] [Lisez *ex* comme dans B.]
[2] B. *Gerannis.*
[3] [Ce Guy fut moine de la Chaise-Dieu.]
[4] B. *Ulbaldi.*

2812.

PRÆCEPTUM RODULFI REGIS, QUO ECCLESIAM SANCTI BLASII ET VICULUM IN PAGO GENEVENSI CŒNOBIO CLUNIACENSI CONFERT.

(Cop. d'orig. tirée des papiers de M. de Rivaz; C. 73; E. 167[1].)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rodulfus, Dei gratia rex. Igitur cum totius ordo religionis, secundum decreta precedentium regum, sanctæ conversationis exordium sumeret, et ad perseverandum in ea, sustentacula alimoniæ his qui districtius atque familiarius in Dei servitio se coercerent, publiga regalis res ad sufficientiam aliis, et minus aliis subministraret, et ita per ordinem sanctæ Dei ecclesiæ status usque ad presens per longa temporum curricula extensus sit : nihilominus dignum est ut nos, qui quasi per novissimos operarios in vinea Dei laboramus, eosdem operarios in exercitio operis Dei deficere non sinamus; quin potius, ut vires suppetunt nobis, usque ad unguem perducere temptemus. Quapropter sciant omnes presenti tempore decedentes et futuri succedentes, qualiter ego Rodulfus, petente atque exortante dilectissima conjuge mea Irmingarda[2], dono ex hereditaria mea possessione quoddam prediolum ob animæ meæ ac supermemoratæ[3] conjugis meæ remedium, cenobio Sancti Petri quod dicunt Cluniacum, et abbati ejusdem monasterii et monachis ejus præcepto et sancti Benedicti regulæ modo et deinceps obedientibus et ibidem Deo famulantibus, æcclesiam Sancti Blasii et viculum[4] totum, cum omnibus ibidem pertinentibus, in[5] montibus et planiciis,

1029, 14 janvier.

[1] Cet acte est imprimé dans la *Bibl. Clun.*, col. 411, d'après la copie de E., qui est très défectueuse, et dans le *Recueil des hist. de France*, t. XI, p. 547, d'après la *Bibl. Clun.* Ce même recueil le donne encore page 551, d'après le texte de C. Nous croyons devoir le réimprimer ici d'après la copie de M. de Rivaz.

[2] A la place du nom de cette princesse, qui est bien connu, la *Bibl. Clun.* a imprimé, à tort, d'après E. *Irainsanda.*

[3] [E. *supramemoratæ.*]

[4] E. porte ici *et Vinculis totam.* La *Bibl. Clun. : S. Blasii in viculis.* Cf. U. Chevalier, *Diplomatique de Bourgogne*, n° XLVII. Ces variantes ont fait croire à l'existence d'une église de Saint-Blaise-aux-Liens.

[5] [E. *cum.*]

agris, pratis, pascuis, silvis, decimatione, servis et ancillis, et cum omnibus utensilibus; dono ego et prædicta conjunx mea ad suprascriptum monasterium, ut si nos minus idonee injunctum a Deo peregimus officium, delicti nostri et negligentiæ non pro merito recipiamus dispendium, sed per eorum orationes quos sustentamus subministrantes temporalia, ad stadium currentes remuneremur mercede perpetua. Hæc ut a nobis facta credantur et a posteris nostris non infringantur[1] manu nostra roboravimus et sigillari jussimus. Signum Rodulfi regis piissimi. (*Monogramme.*) Albker[2] indignus presbiter, jussu regis scripsit hæc. Acta sunt hæc in villa Tabernis, quam alio nomine propter fluvium ibidem defluentem, Urba appellant. Data XVIIII kal. febr. anno ab incarnatione Domini MXXVIIII[3], regnante Rodolfo rege anno regni sui XXXV[4].

2813.

CHARTA QUA FARALDUS EPISCOPUS WAPINCENSIS ECCLESIAM SANCTI ANDREÆ PROPE WAPINCUM, QUAM ANTEA DEDICAVERAT, MONASTERIO CLUNIACENSI SUBJICIT ET DITAT.

(Bibl. nat. fonds lat. 12659, p. 353, copie.)

1029, 27 mars. Faraldus (seu Feraldus), episcopus Wapincensis, ecclesiam in honorem sancti Andree apostoli sitam prope ipsam civitatem, subjecit Cluniacensi monasterio, ubi domnus Odilo abbas preerat, admonitu domni Arbitrii, canonici Sancte Marie, et domni Petri, prepositi Sancti Andree Rosanensis, auxitque dotem ipsius ecclesie concessis decimis ejus civitatis a rivulo Bonna, qui decurrit de summo vertice

[1] C. *frangantur.*

[2] E. *Albicer.*

[3] C. MXVIIII.

[4] C. porte XXXV. Ce chiffre ne cadre pas avec celui de l'année 1019, que donne le même texte. E. porte XXXI, qui ne peut s'accorder avec aucun calcul. La trente-cinquième année du règne comptée depuis le 20 octobre 993 conduit à 1028; nous croyons néanmoins devoir adopter la date de 1029 qui est donnée par deux textes. Le scribe nous paraît, en effet, avoir suivi ici le style de la Noël. E. termine par une glose qui ne pouvait se trouver, je crois, dans l'acte original. Voici cette interpolation : « hoc itaque beneficiolum, id est supramemorata aalesia (ecclesia) quam damus fratribus Cluniaco degentibus, jacet « in pago et in comitatu Genevense, cum « vicis ibidem appendentibus. »

montis, usque ad alium rivulum dictum Bosonem, usque ad Alogia, ea ratione ut presbyter qui illam ecclesiam tenuerit et sacrum mysterium ibidem fecerit, teneat decimam predictam per manum episcopi Wapincensis, et quotannis mediante octobri persolvat duodecim denarios sancte matri ecclesie Wapincensi preter synodalem censum. Facta donatio ista VI kalendas aprilis, anno incarnationis MXXIX, sub signis Arbitrii, canonici, Poncii cenobite et aliorum[1].

2814.

CHARTA QUA WARNERIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA FRATRIS SUI HUGONIS, CURTILUM IN CASOTIS VILLA.

(B. O. 221, CCXVIIII.)

Dominus et Salvator hominum, qui omnes homines vult misericorditer salvare, cunctosque sacro fonte renatos ad suam cęlestis vitę ineffabilem gloriam perducere, possessionibus hujus miserabilis seculi fruentibus tale remedium dignatus est concedere, ut unusquisque ex bonis sibi collatis vitam sine [fine] mansuram valeat adquirere, si de rebus transitoriis atque caducis sanctę ęcclesię filios pro suo amore studuerit sustentare. Quamobrem presentes et futuri noverint cuncti fideles Christi, quod ego Warnerius, pro redemptione animę meę fratrisque mei Ugonis, et pro animabus genitoris ac genitricis meę, dono Deo sanctisque ejus apostolis Petro et Paulo, et loco Cluniaco, in quo preesse videtur dulcissimus pater Odilo, cum multo fratrum collegio, scilicet unum curtilum qui est in villa Casotis, in pago Maticensi, in agro Salorniacensi; et terminatur a mane et meridie via publica, a sero terra Sancti Petri, a circio terra Humberti. Si quis

1029 mars (n. s.).

[1] Dans le manuscrit, cet acte, dont nous n'avons que le sommaire, est précédé de l'analyse de l'acte de la dédicace de la même église : « Faraldus, episcopus Wap. dedicavit ecclesiam secundum ecclesiasticos « usus, in honorem sancti Andree apostoli, « sitam prope ipsam civitatem, rogatu cujusdam civis nomine Adalaldi, qui cum « uxore sua Frodina, eandem ecclesiam dotavit pro uno presbytero. Actum anno ab « incarnatione MX. » (Communication de M. J. Roman.)

IMPRIMERIE NATIONALE.

vero huic nostrę donationi, quod futurum minime credo, calumniam inferre temptaverit, iram incurrat omnipotentis Dei, almique clavigeri Petri, sanctique Pauli, omniumque sanctorum Dei qui fuerunt ab initio mundi et usque in finem seculi sunt futuri. Monachi vero prenominati loci absque ulla contradictione teneant atque ab hac die quicquid voluerint facere faciant. S. Ottonis comitis[1]. S. Achardi, Rodulfi, Ebrardi, Artaldi, Eldini, Constantii presbiteri. Data per manus Iterii monachi, mense marcio, indictione XI, anno ab incarnatione Domini millesimo XXVIII, regnante rege Rotberto.

2815.

CHARTA QUA LAMBERTUS MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLIS LATONAI ET PERCIACO.

(Bibl. nat. or. 94; cop. 21-117; B. o. 261, CCLVIIII.)

1029, avril. Rerum cunctarum creator et moderator ob primi reatus culpam cernens genus humanum sub dęmonice dominationis jugo miserabiliter ancillari, olim per servos suos prophetas multis hac variis traditionibus consulere dignatus est, quatinus excuciens de cervice sua jugum diabolicæ servitutis, tandem aliquando remeare valeret ad regnum æternæ felicitatis. Ita namque loquitur per prophetam clamans, ostendens quomodo possumus mercare nobis æternum hac felicissimum regnum : « Thesaurizate, ait, vobis, thesaurum indeficientem in cælum, quo fur non appropriat, et ubi nulla est demolitio « tinearum »[2]; hac deinde : « Date, inquid, date helemosinam, et omnia « munda sunt vobis, quia sicut aqua extinguitur ignis, ita helemosina « peccatum extinguitur ». Quapropter ego, in Dei nomine, Lanbertus miles, talibus et hujusmodi roboratus preceptis, considerans etiam mei corporis infirmitatem, hac peccatorum meorum innumeram multitudinem, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo in locum vocabulo Cluniacum, ubi prodesse magis quam

[1] [Otton, comte de Mâcon, fils de Gui, 1007-1049.] — [2] [*Luc*, XII, 33.]

preesse videtur domnus ac reverentissimus Odilo abbas, ex rebus paterno mihi adjectis[1], unum videlicet mansum situm in territurio Matisconense, in villa vocabulo Latonai, cum omnibus que ad ipsum mansum aspicere videntur, totum ad integrum, quesitum et ad inquirendum, ubi Airoardus stetit[2]. Dono etiam in Perciaco plantas de vinea terminantes a duabus partibus terra Atonis et filii ejus Ugonis, a poio[3] terra Jocerannis, a sero de ipsa hereditate. Facio autem hanc donationem in tali conventu, ut quandiu vixero teneam et possideam, et post meum discessum habitatores de supra jam dicto loco in proprios usus jam supradictas res habeant, nec umquam eas alicui vendere aud dare licentiam [presumant]. Hanc igitur cartam facio pro animę meæ et anima uxoris meæ hac filiorum meorum, anima quoque patris mei ac matris meæ omniumque parentorum meorum remedio, ut omnium Dominus concedat perpetualiter nos gaudere in suo regno. S. Lanberti et uxoris ejus Dedane hac filiorum eorumdem Attonis et Duranni. S. Rotrudis, uxoris Atoni. Actum pupplice apud Cabilonem civitatem, regnante Rodberto rege, anno XL^{mo} secundo, apud nos vero Domino Jesu Christo. Facta carta in mense aprili, die jovis. Rainoardus monachus, ad vicem cancellarii, scripsit, indictio currente tercia[4].

(*Au dos:*) Carta Lanberti de Marciliaco. — Lanberti, Latoniaco, in Marciliaco.

2816.

CHARTA QUA ISEMBERTUS, PICTAVENSIS EPISCOPUS, NOTUM FACIT CADELONEM VICECOMITEM ET WILLELMUM, FILIUM EJUS, ECCLESIAM SS. JOHANNIS ET PETRI IN LOCO QUI VULGO NUNCUPATUR MULGON SITAM MONASTERIO CLUNIACENSI SUBMISISSE.

(B. h. 73[5].)

Quicumque cælestis imperii inspiratus sublimitate, necne Romano- 1029, mai.

[1] B. *adjunctis.*

[2] [Cf. ci-dessus les chartes 1765 et 1805.]

[3] [B. *sic*, pour *podio*. Cf. Du Cange, *hoc verbo*, n° 3.]

[4] *Tercia decima?* Le chiffre de l'indiction pour l'année 1029 est, il est vrai, 12; mais ce serait 13 si l'on comptait le premier cycle du 1er janvier 312.

[5] Imprimé dans le *Gallia christ.*, t. II, instr., c. 330.

rum principatus instructus lege, voluerit erga sanctam Dei æcclesiam quę est virgo vera mater atque totius mundi regina, Jesu Christi filii Dei vivi, cooperante Spiritu Sancto, sponsa, benivolentiam libenti animo exercere, pro multorum rabie invidorum quę nec in hoc fluctivago ævo comprobatur evidentissimę id quod sibi fidelis suus karitose donante consenserit impendere, ne denuo aliquam disruptionem patiatur scriptionis seriæ antiquitus legaliterque libuit alligare sub romana potestate et privilegii auctoritate. Quamobrem ego Isembertus, quanquam non meis meritis, preeunte tamen divina misericordia, in dignitate pontificum positus, cupio intimare omnibus sanctæ Dei æcclesię fidelibus, quod, inspirante cęlesti gratia, Cadelo vicecomes et filius suus Willelmus itidem vicecomes, reminiscentes vitę labentis excursus, in semet reversi, uterque in bonum conversi, pio affectu, humili vultu, deprecati sunt per nostrę auctoritatis scriptum, tale a nobis fieri privilegium, ad quandam æcclesiam in honore beatorum Johannis et Petri dedicatam, in Metulensi pago, in loco qui vulgo nuncupatur Mulgon sitam, ut et decimę et omnia predia ad eam pertinentia, æcclesiastica auctoritate tali tenore ita sint concessa, ut nunquam ille locus amplius vendatur neque comparetur, censum non solvat, nec laicali potestati vel alterius ordini subiciatur, sed sub jussione episcopi hujus loci atque sub regimine monachorum Cluniensium omni tempore regatur. Quod ego audiens, nulla cupiditate coactus, sed factus humili illorum deprecatione placatus, consensi per omnia voluntati eorum, per consensum nostrorum canonicorum seu venerabilis domni Odiloni, abbatis Cluniacensis cęnobii, necne omnium Pictavorum abbatum, cunctorumque Aquitanorum principum, pro amore videlicet nostri piissimi redemptoris, qui ad hoc homo dignatus est fieri, ut qui sedebant in tenebris et umbra mortis secum regnarent in cęlis luce fulgentes summę veritatis. Precamur denique ut ea quę pro redemptione animarum nostrarum adque omnium fidelium christianorum juste et rationabiliter statuimus, omnes nostri successores ita conservent, sicuti sua a suis successoribus optaverint permanere gesta. S. Isemberti, pontificis Aquitanorum. S. Wilelmi vicecomitis.

S. Ameliæ, matris suæ. S. Wilelmi comitis. S. Wilelmi, filii sui. Item S. Oddonis, filii sui[1]. S. Jordanis, episcopi Lemovicensium. S. Rohonis episcopi Engolinensium[2]. S. Rannulfi. S. Rainaldi. S. Gozfredi vicecomitis. S. Acfredi vicecomitis. S. Aymerici. S. Wilelmi de Partenaco. Data mense maio, regnante Rotberto rege, necne presidente Aquitanis Wilelmo duce[3].

2817.

PRÆCEPTUM RODULFI REGIS, QUO ECCLESIAM SANCTI NICOLAI VALLIS JUXTA POLINIACUM CUM ALIIS REBUS MONASTERIO CLUNIACENSI CONCEDIT.

(C. 71[4].)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rodulfus[5], gratia Dei Burgundiorum rex. Sicut certum est quia Deus potentes non abicit, quippe sine quo potestas non est, ita quoque liquet quod potentum opera interrogabit, et ob hoc nobis summopere curandum est ut, cum vel prodesse vel obesse ipso disponente possimus, nostrum posse sub ejus nutu penitus subigentes, quod honori sanctæ ejus æcclesiæ proficiat certatim faciamus. Itaque priscę serie[6] consuetudinis regalemque christiane religionis morem considerantes, totis nisibus totoque mentis affectu imitari cupimus, et quod ipsi duxerunt ad æcclesias- 1029.

[1] [Guillaume III, comte de Poitiers et duc d'Aquitaine, et ses deux fils. Cf. t. III, n° 2737.]

[2] Il y a après *Engolinensium*, pour *Engolismensiam*, un signe ainsi figuré I, et après *Partenaco*, un autre ayant la forme ∞ et en marge quelques lignes dont le commencement manque, par suite d'une déchirure du parchemin. Ces lignes correspondaient sans doute aux deux renvois ci-dessus. Voici ce qui en reste et comment on pourrait les compléter : [Rain]*aldi*, [Josc]*elini*, [Bera]*rdi*, [Ra]*nnulfi*. Cf. n° 2744.

[3] Cet acte a dû être passé du vivant de Guillaume III, duc d'Aquitaine et comte de Poitiers, puisqu'on y voit figurer sa souscription et celles de ses fils Guillaume et Eudes. C'est pourquoi il faut le dater au plus tard de mai 1029, puisque en cette année Guillaume III embrassa la vie religieuse à Maillezais et qu'il mourut le 31 janvier 1030 (n. s.).

[4] Cet acte a été publié par Martène (*Thes. anecd.*, t. I, col. 147) d'après une copie de la Chambre des comptes de Dijon, et par Pérard (*Recueil*, p. 177) d'après l'original ; nous signalons ici les variantes importantes de ces deux copies.

[5] M. et P. *Radulfus*, ici et plus bas.

[6] [M. et P. *seriem*.]

ticę celsitudinis curam, nos spiritalibus armis et clipeo dominice protectionis defensi eandem curę sollicitudinem subintremus, sicut qui Deo famulantibus placabiles misericorditer extiterunt. Quapropter cunctis tam regibus quam reliquarum dignitatum personis presentibus vel futuris notum sit, quod petiit a nobis quidam fidelis noster, Reinaldus comes, filius Ottonis, cognomento Vuilelmi, viri inlustrissimi, quatinus Cluniacensi cœnobio in honore primorum cęli, Petri videlicet et Pauli, constructo, cui preest domnus et reverendus pater Odilo, concederemus per hoc nostræ auctoritatis preceptum æcclesiam sive monasterium in honore Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi ejusdemque genitricis Mariæ, sanctique Petri apostoli, necnon et beati Nicholay, confessoris almi, consecratum, ad abitandum ibi Cluniacenses monachos, qui tam pro nostra quam pro omnium salute Deo assidue preces et vota persolvant. Concedimus ergo jam dicto cœnobio prefatum locum situm in episcopatu Vesoncionensi, juxta Poloniacum[1], in loco qui recte Vallis vocatur constitutum, cum terra et decimis, seu omnibus sibi pertinentiis, et a bone memoriæ Ottone, cognomento Vuilelmo, sive Rainaldo ejus filio, vel ab aliquo possessore ibi collatis seu conferendis et cunctis ibi undecumque in regno nostro adquisitis vel in perpetuum adquirendis; ad presens quoque IIII ferreas caldarias, situsque earum in Salinis, et vineas que quondam fuerunt Beatricis, et omnia quę Cluniacenses monachi in predicto burgo adquisierint; in burgo etiam Grosonensi, quidquid ibi adquisierunt vel deinceps adquirere potuerint; villam quoque Glenonem cum æcclesia et decimis, cum servis et ancillis, cum vineis, silvulis, pratis, rivulis[2], campis, pascuis, omni omnino terra culta videlicet et inculta, cum cunctis ubicumque positis ad eandem villulam pertinentiis, villam quoque Mediolanium, æcclesiamque cum decimis et omnibus suis pertinentiis maximeque æternam consuetudinem in silva Maydunensi; villam etiam Besanensem cum æcclesia et decimis et cunctis ad eandem villam pertinentiis; locum etiam qui dicitur Mutua et omnia ad se perti-

[1] M. et P. *Polliniacum.* — [2] M. et P. *ruribus.*

nentia; sed et Guntherium Popilianensem cum omnibus que ipse visus est habere, tam in alodis quam in beneficiis comitum et cuncta omnino [in] possessione ejus; piscariam quoque Givriacensem[1], cum omni terra ad eam pertinenti. Prefati igitur Rainaldi comitis vel aliorum fidelium nostrorum obtemperantes petitioni, cum consensu conjugis Yrmengardis, concedimus, sicut dictum est, Cluniacensi cœnobio omnia superius memorata, ac velut jam diximus, deinceps adquirenda, ad tenendum et jure perpetuo possidendum sine cujuslibet persone vel nobis succedentis in regimine vel alterius cujuscunque ordinis seu dignitatis contradictione vel ulla ab aliquo ibi retenta consuetudine. Et hoc ut a nobis verius esse credatur et a posteris nostris non frangatur, propria manu nostra roboravimus et sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Signum domni Roudolfi regis pii[2]. (*Monogramme.*) Actum Logis, anno incarnationis MXXVIIII, regnante Roudolfo rege anno XXXV[3]. Humbertus, cancellarius, jussu regis, scripsit.

2818.

EPISTOLA CANONICORUM CARNOTENSIUM AD ODILONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, QUA EUM OBSECRANT NE CONTRA JUS ET FAS THEODORICO, SIMULATO EPISCOPO, FAVEAT.

Quem super omnes abbates diligunt, sanctissimo patri, O. etc. 1029.
(*Opera Fulberti*, fol. 126 v°; *Gall. christ. Sammarth.*, t. II, fol. 486; Duchesne, *Hist. de Fr.*, t. IV, p. 197; *Rec. des hist. de Fr.*, t. X, p. 510.)

2819.

CHARTA QUA GUNTERIUS ARCHIPRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM TERRAS IN VILLIS QUAS VOCANT DUMBINAS, BAINAS ET BUFERIAS.

(Bibl. nat. cop. 20-184; B. o. 185, CLXXXIII.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti Christi caractere insigniti 1029.

[1] M. et P. portent à tort *Guiriac.*
[2] *pii* manque dans M. et P.
[3] Ce qui suit manque dans M. et P. L'année 35 du règne de Rodolphe ne concorde pas avec l'an 1029; il faudrait au moins l'an 36.

lavacroque sacri baptismatis emundati, quod ego Gunterius archipresbiter, pro redemptione animarum nostrarum, donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, aliquid ex rebus nostris : in tali scilicet tenore, ut quandiu vixero, et teneo et possideo, et post meum discessum ex integro ad Sancto Petro et ad locum supradictum deveniat, ita ut pro hac ipsa hereditate in utroque me sepeliant. Est autem in villa Dumbinas, pratos, campos, silvas. Et dono vobis in villa Bainas unum mansum, qui terminat a mane via buplica, a medio die de ipsa hereditate, a sero terra Sancti Marcelli, de alia parte terra Gotseranni. Infra isto terminio, quantum ad ipsum mansum pertinet, terras, campos, pratos, silvas. Et dono vobis in Buferias unum curtilum, de tres partes vias buplicas, de quarta parte terra Sigaldi. Infra ista terminacione, meam partem totum dono; et facias post isto die quicquid voluerint. Si quis autem hanc donationem distruere voluerit, iram Dei omnipotentis omniumque sanctorum incurrat, nisi ad satisfactionem et emendationem venerit; et ut hæc donatio firma permaneat, manibus propriis firmavimus aliisque firmandam tradimus. S. Gunterii archipresbiteri, qui hanc donationem fecerunt et ipsi firmaverunt, et aliis firmandam tradiderunt. S. Rotzilini. S. Oldeverť[1]. S. Ucberti. S. Bernardi. S. Gislardi. S. Ugo. S. Bosoni. S. Bernardi. S. Widoni. S. Constantii. S. Stephani. Facta est carta regnante Rodberto rege annos XXXVIIII[2].

(*Au dos :*) Carta Gunterii archipresbiteri, in Bainas.

2820.

CHARTA QUA FRODEGARIUS ET FRATER EJUS ODDO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM ECCLESIÆ SANCTI MARTINI SERVOSQUE IN VILLA DOMNI MARTINI.

(Bibl. nat. or. 81; cop. 21-59, extraits; B. o. 66, LXIIII[3].)

1029, 24 octobre, à 1030, 23 octobre.

Cunctis sub chatolice norma fidei militantibus satis est notum, quod Domini pietas in tantum consulit saluti hominum, ut etiam ex his

[1] [B. *Odelverti.*]
[2] [L'année manque dans B.]
[3] La copie de B. n'est qu'une analyse très sommaire.

quas temporaliter ab eo percipiunt rebus æterna valeant mercari, si eis bene utantur. Inter cętera namque salutifera monita quę Verbum quod in principio erat apud Deum, et in temporis plenitudine caro pro humani redemptione generis est factum, mentibus suaviter propinavit hominum, hoc quoque uniuscujusque saluti providit remedium, ut sua recte distribuendo pauperibus, thesaurum hinc indeficientem faciat in cęlestibus : « Thesaurizate, inquit, vobis thesauros in « cęlo, ubi nec tinea demolitur, nec erugo, et ubi fures non effodiunt « nec furantur. » Alio quoque in loco, ammonens : « Datę, ait, helemosinam et ecce munda sunt vobis omnia. » Quę nos duo fratres Frodegarius et Oddo, mente pertractantes, et secundum quod Dominus permiserit adimplere cupientes, donamus interim Deo, omnium largitori bonorum, Petro etiam et Paulo principibus apostolorum, necnon et Cluniacensi cœnobio, cui preest venerabilis pater Odilo, unam nostram medietatem cujusdam ęcclesię in honore beati Martini Christi pontificis dicatę, in Lugdunensi episcopatu sitę, in villa quę vocatur Domnus Martinus constructę, cum oblatis vel decimis omnibus omnino ad eam pertinentiis, cujus videlicet alteram medietatem per nostrę donum parentelę possidere se gaudent prefati loci habitatores; donamus etiam similiter duos servos, quorum unus vocatur Tecfredus, alter vero Bernardus. Hanc itaque donationem facimus pro remedio animarum nostrarum seu parentum nostrorum, et pro salute omnium christianorum, vivorum scilicet ac defunctorum, quatinus predictis apostolis apud justum judicem tam pro nobis quam pro ipsis omnibus in illo ultimi examinis die intercedentibus, dampnationis sententiam evadere possimus, et illam suavissimam Domini vocem qua fideles refovebit dispensatores audire mereamur : « Euge, inquiens, « serve bone, et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te « constituam, intra in gaudium Domini tui[1]. » Faciant igitur ab hodierna die, absque ullius contradictione hominis, Cluniacenses monachi quicquid inde facere voluerint, excepto quod aut in beneficium, vel

[1] [*Matth.*, xxv, 21 et 23.]

in custodiam, seu in salvamentum nulli umquam homini tradant. Si quis autem, quod minime fore credimus, huic nostrę donationi calumpniam inferre fuerit ausus, hic talis, nisi resipuerit, a regno Dei exul effectus, tartareis tradatur pœnis sine fine cruciandus et ut firmissimum obtineat vigorem in perpetuum, manibus ex more propriis subterfirmavimus, tradidimusque roborandam testibus. Signum Frodegarii et Oddonis, qui hoc testamentum fecerunt, et rogaverunt firmari. S. Lanberti. S. Arlei. S. Rainaldi. S. Maingaudi. S. Artaldi. S. Adalardi. S. Evę. Actum Cluniaco, regnante Rodberto rege anno XXXIIII[1]. Vuarnerius ad vicem cancellarii recognovit.

(*Au dos :*) Carta Frodegarii et Oddonis de ęcclesia Domni Martini, in pago Lugdunensi.

2821.

CHARTA QUA LANDRADA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA SOLOSANO VEL SOLONIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-57; B. o. 395, CCCXCII.)

1029, 24 octobre, à 1030, 23 octobre.

In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Landrada dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de mea ereditate que sita est in commitatu Matisconense, in villa Solosano : hoc est unam vineam que habet in longum perticas triginta sex, [et in latum VI[2]], et terminat ex omnibus partibus de ipsa hereditate, a vento terra vescontali; et in alio loco unam sexteradam de terra. Facio autem anc donacionem in tali conventu, ut quamdiu vixero teneam ipsam vineam, et in vestitura ipsam sextairadam in presenti [dono]. Actum publice apud Cluniacum. Rainoardus levita scripsit, regnante Rodberto rege anno XXXIIII. S. Landrade, qui[3] hanc donacionem facit. S. Adalgardis[4]. S. Arnulfi. S. Livoni. S. Vuillelmi.

(*Au dos :*) Landrade in Soloniaco[5].

[1] [B. porte, sans doute par erreur, *anno XXXIII.*]

[2] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[3] [Lisez *quæ.*]

[4] [B. *Aalgardis.*]

[5] [De la même main que l'original, suivant L. de Barive.]

2822.

CHARTA QUA ATTO ET UXOR EJUS RODLENDIS VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLA CURTILIS.

(Bibl. nat. cop. 21-58; B. o. 297, CCXCV.)

Redemptor humani generis dixit : « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis. » Quapropter ego Atto et uxor mea Rodlendis, in Dei nomine, donamus Domino[1] Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et monachis de Cluniaco, aliquid de rebus nostris que sunt site in pago Matisconense, in villa Curtilis, hoc est unum campum qui terminat a mane rivo currente, a meridie terra Grimberti, ad austrum terra Sancti Petri, a sero via publica : in alio loco alium campum, et terminat a mane rivo currente, a meridie terra Sancti Petri, ad[2] aquilonali parte terra Sancti Petri et Sancti Benedicti, a sero rivo currente : in alio loco unam petiolam, qui terminat a mane rivo currente, a sero et ad austrum terra Sancti Petri, a meridie terra Flotueni : in alio loco campum unum qui terminat a mane terra Oddonis, a sero terra Sancti Petri, a meridie terra Sancti Benedicti. Dono etiam in alio loco duos campos in ipsa ereditate, qui terminant a tres partes terra Sancti Petri, a quarta terra communia Sancti Petri et Odoni ac fratris ejus Letaldi. Et accipio de his omnibus que in ista carta scripta sunt tam in denaris[3] quam in bestiis sive aliis rebus precio valentem solidos viginti. Si quis autem hanc donationem contradicere voluerit, auri libram componat, et postea ista carta firma et stabilis permaneat. S. Attoni, qui hanc donationem facit. S. Rodlennis, uxoris ejus. S. Eldrici filii ejus. S. Humberti[4]. S. Vuinebaldi. S. Girbaldi. S. Gausmari. S. Oddoni. S. Letaldi. Actum Masilias[5]. Rodlannus monachus fecit, regnante Rodberto rege anno tricesimo quarto[6].

1029, 24 octobre, à 1030, 23 octobre.

(*Au dos :*) Carta Attonis in Curtis.

[1] [L. de Barive a lu à tort *domno.*]
[2] [B. *ab.*]
[3] [B. *denariis.*]
[4] B. *Huberti.*
[5] [B. *Massilias.*]
[6] [L'année manque dans B.]

2823.

CHARTA QUA DROGO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAS IN VILLA VALLIS.

(B. o. 345, CCCXLII.)

1029, 24 octobre, à 1030, 23 octobre.

In nomine summę Trinitatis. Notum sit fidelibus cunctis, presentibus scilicet atque futuris, quod ego Drogo miles, mente pertractans qualiter possim evadere futuri examen judicii per intercessionem apostolorum Petri et Pauli, dono Deo omnium bonorum largitori, ipsisque apostolis ac loco Cluniacensi, aliquid ex rebus meis, hoc est vineas quasdam, in pago sitas Maticensi, in villa quę dicitur Vallis; habentes terminationes ab oriente quidem terra Sancti Petri, et ipsam a duabus partibus aliis, a quarta quoque terra Sancti Nicetii. Quam donationem facio pro remedio animę meę seu parentum meorum, ea scilicet convenientia, ut quamdiu vixero teneam et possideam, et omni anno loco census IIII sextarios vini exsolvam. Post meum vero ex hac vita discessum, me hujus rei gratia sepulturę tradito, predictum donum habitatores jam dicti loci absque ullius contrarietate recipiant, et exinde quicquid voluerint faciant. Et ut firmior habeatur presens donatio, manu eam propria subterfirmo testibusque roborandam trado. S. Drogonis, qui hanc donationis cartam fieri firmareque precepit. S. Huberti. S. Bernardi. S. Arlebaldi. S. Sesleni presbiteri. S. Bernardi Rabidi. S. Rannulfi. S. Aymonis. S. Gunteri. S. Bernardi. Actum Cluniaco, regnante Rotberto rege anno XXXIIII.

2824.

CHARTA QUA ADALGARDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRO ANIMA SENIORIS SUI ANSALARDI, QUASDAM RES IN VILLIS NOGLAS ET VAROLGAS.

(B. o. 603, DXCVIIII.)

1029, 24 octobre, à 1030, 23 octobre.

In Christi nomine. Notum sit omnibus christianis fidelibus, quod ego Adalgardis dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et

Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate quę sita est in pago Matisconense, in villa Noglas, hoc sunt duo curtilia: quorum unus terminatur ex omnibus partibus de ipsa hereditate; aliud de una parte via publica, de alia gutta, de alia terra Winisi, de alia de ipsa hereditate: in alio loco, in villa Varolgas, dimidium curtile; et in ipsa villa Noglas, quatuor sextariadas de terra. Facio autem hanc donationem pro anima mea et anima senioris mei Ansalardi, et filii mei, et in locum sepulturę; in tali conventu, ut ab hodierno die faciant monachi quicquid facere voluerint. S. Adalgardis, quę fieri et firmare[1] rogavit. S. Arnulfi, filii ejus. S. Wilelmi. S. Livonis. S. Artaldi. S. Landradę. S. Aysendis. S. Tetbaldi. Actum Cluniaco publice. Rainoardus levita scripsit, anno XXXIIII regnante Rotberto rege.

2825.

CHARTA QUA ADALGARDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRO ANIMA SENIORIS SUI BERARDI, MEDIETATEM ECCLESIÆ SANCTI MARTINI IN VILLA A LA MURA.

(B. o. 64, LXII.)

Catholicę fidei professoribus notum sit, quod ego Adalgardis dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, pro remedio animę senioris mei Berardi et pro corporis ejus sepultura æcclesiam in honore sancti Martini, in pago Matisconense sitam, in villa quę vocatur a la Mura, super aquam Alselengam, medietatem predictę ecclesię cum omni terra sibi competenti, totum ex integro. Actum Cluniaco. Testes Adalgardis, Gelinus, Girbertus, Bego, Gerardus. Data per manus St[e]pfani, regnante Rodberto rege anno XLIII.

1029, 30 décembre, à 1030, 29 décembre[2].

[1] Le copiste a répété ici par erreur *fieri* au lieu de *firmare*.

[2] [On sait que Robert II fut couronné à Orléans le 30 décembre 987; c'est cette date qui doit être prise ici comme point de départ des années du règne.]

2826.

CHARTA QUA ROTBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA LASCHERIAS.

(Bibl. nat. cop. 20-209; B. o. 332, CCCXXX.)

1030, 19 septembre.

In Christi nomine incarnati. Cunctis fidelibus sancte Dei ecclesie Cluniensis cenobii, ubi domnus Odilo abbas preesse videtur, ego Rotbertus dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum, de res meas que sunt sitas in pago Matisconense, in fine Griviliaco, in villa Lascherias[1], est una vinea, pro anima mea et patris mei et matris mea vel parentorum meorum, in locum sepulture mee, in tali tenore, dum ego vixerit[2], teneo et possideo, in quisque annos in vestitura IIII^or sextarios de vino reddant[3]; qui terminat a mane terra Durant[4], a medium die et a sero et a certio terra Sancta Maria. Infra istos terminios, faciant rectores ecclesie Sancti Petri que voluerint sine ullo contradicentem et qui contradicere voluerit III libras componat; [et hæc carta[5]] firma permaneat, constipulatione subnixa. [S.] Rotberto[6], qui fierit et firmare rogavit. S. Geraldus. S. Engelbaldus. S. Durantdus. S. Aalgerius sacerdos. Ego Gerardus monachus scripsit, die sabati, in mense septembrio XVIII, annos XXXX^ta regnante Rotberto rege[7].

(*Au dos :*) Rotbertus de Lascherias, in agro Grivilliaco.

[1] [B. *Lasherias.*]
[2] [Lisez *vixero.*]
[3] B. *reddam.*
[4] B. *Duranni.*
[5] [Mots fournis par B.]
[6] [B. *S. Roberti.*]
[7] Le 18 septembre est tombé un samedi en 1031. Mais Robert était mort le 20 juillet : comment donc peut-il être mentionné ici ? Est-il admissible que le notaire rédacteur ne connaissait pas cette mort deux mois après ? Je pense qu'il faut lire XVIIII au lieu de XVIII, et dater l'acte du samedi 19 septembre 1030, quarantième année du règne compté à partir de 991, date de l'incarcération de Charles de Lorraine.

2827.

CHARTA QUA MAIOLUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS TASIACO, CIMANDRAS ET APUD SANCTUM SATURNINUM, ETC.

(Bibl. nat. cop. 16-117 *bis;* B. o. 517, DXIIII.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverit universitas fidelium, quod ego Maiolus deductus ad mortem et veniens ad monastice religionis conversasionem, facio donationem Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et Cluniensi cœnobio famosissimo sub eorum honore consecrato, de rebus meis que michi jure hereditario debentur, videlicet in Tasiaco villa, omnia que ibi visus sum habere : hoc sunt vinee, campi, prati, silve, aque aquarumque decursus, totum ad integrum. Dono etiam in villa Cimandras unum mansum in eo tenore, ut Letaldo avunculo meo et suis nepotibus filiis Vualterii a senioribus concedatur, si hujus karte firmatores fuerint. Si vero firmare noluerint, ex toto perdant. Dono etiam apud Sanctum Saturninum quicquid ibi habeo. Dono etiam et in Liciaco villa omnem meam partem cum silva sibi subjecta, et quartam partem de portu Antondi[1] cum piscaria. Sunt vero ibi servi et ancille de quibus similem donationem facio Deo et Sancto Petro. S. Maioli, qui dedit et firmavit. S. Odulrici. S. Ottoni comiti[2]. S. Ansedei. S. Acardi. S. Jotseranni. S. Drogoni. S. Livoni. S. Josfredi. S. Gisleberti. S. Achini. S. Hupertus. Data per manu Jozaldi[3] monachi, anno L^mo[4] regnante Rotberto rege. 1030 (?).

[1] B. *Antonai.*

[2] [Sans doute Otton, fils de Gui, comte de Mâcon.]

[3] L. de Barive écrit *Lozaldi.* B. *Zozaldi.*

[4] Ce chiffre était parfaitement écrit dans l'original, copié par Lambert de Barive, comme par le rédacteur du cartulaire B.; mais il ne peut être admis, car Robert n'a pas régné cinquante ans, à quelque date qu'on fasse commencer son règne. Nous pensons qu'il faut lire XL^mo, et faire partir le règne de 991, comme pour la charte précédente.

2828.

NOTITIA WERPITIONIS QUAM FECIT ODDO DE MANSO IN VILLA BASSIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-89; B. o. 358, CCCLV.)

1030. Noticia werpitionis quam fecit domnus Oddo[1] clericus, filius domni Maioli, de uno manso et appendiciis ejus, hoc est campis, pratis, aquis aquarumque decursibus, silvis, qui conjacet in pago Matisconense, in villa Bassiaco, quam pater ejus abstulit Sancto Petro et monachis Cluniensium. Werpivit querelas quas ipse et pater ejus habebant in ipso manso et appendiciis ejus, coram Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et omni conventu Cluniensium. Si quis contra hanc werpitionem aliquam calumpniam inferre temptaverit, nisi citius ad emendationem congruam venerit, sit pars ejus cum illis qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, scientia[m] viarum tuarum « nolumus ». Acto Cluniaco publice[2]. S. Oddoni, qui istam vuerpitionem fieri et firmare rogavit. S. Isimberti presbiteri. [S. Richardus presbiter[3]]. S. Raimbaudi. S. Estephanus. S. Vincencius. S. Brictius. [S. Girbertus]. S. Achardus. S. Gonterius. Anni ab incarnatione Domini MXXX[4], indictione XIII, regnante Rodberto rege.

(*Au dos :*) Werpitio Oddonis in villa Bassiaco.

2829.

CHARTA PERMUTATIONIS RERUM IN VILLA ESTRINIACO INTER MONASTERIUM CLUNIACENSE ET DURANNUM.

(Bibl. nat. cop. 21-90; B. o. 662, DCLVIII.)

1030. Sacre Dei æcclesię que est constructa in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi domnus Odilo abbas presse videtur. Igitur ego Durannus dono ad locum Cluniacum una vinea in pago Cabillo-

[1] [La copie de L. de Barive porte ici *Odilo*. B. donne partout *Odo*.]

[2] [B. *puplice*.]

[3] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[4] B. porte par erreur *MXXXI*.

nense, in villa Estriniaco, cum una rascia de vinea, qui terminat a mane via publica, a medio die et a cercio de ipsa ereditate, a sero via publica. Dono pro anima mea : in tali tenore, dum ego vivi teneo, post meum discessum [ad] Sanctum Petrum perveniat, et in quisque annos duos sextarios de vinum de investitura [persolvam]. Monachi donant una rascia Duranno in illum locum ad sua vita. Si quis autem donacionem istam calumpniare presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrit. S. Duranni, qui donacionem istam fierit et firmare rogavit. S. Ricardus, frater suus. S. Andreas, frater ejus. S. Ardencus. S. Narduino clericus. S. Costancius. S. Evrardus. S. alio Ricardus. Anni ab incarnacione Domini MXXX^mo, anno [1] Rodberto rege.

(*Au dos :*) Duranni in villa Estri[ni]aco, in pago Cabilonense.

2830.

CHARTA QUA DURANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA ESTRINIACO.

(B. o. 510, DVII.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Durannus concedo Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de mea hereditate unum mansum, cum vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, quesitum ad inquirendum, totum vobis dono, qui vocatur [2]... in pago Cabillonense, in villa Strinniaco vocatur, dono pro anima mea hęc. Igitur monachi predicti loci faciant quę voluerint. Una terra quam nos habemus in cautione pro XXX solidis medietatem vobis dono. Durandus, qui istam fecit cartam, adfirmare rogavit. S. Ricardi, fratris sui, Constantius, Isenbardus, filii Ricardi. S. Bernardi, Gisonis filii ej[u]s, Ardenti, Martini, Rodberti, Warini, Rainaldi, Constabile. Anno ab incarnatione Domini millesimus trigesimus, anno XXX [3] regnante Rodberto rege. 1030.

[1] L'année du règne manque dans les deux copies. Voyez la pièce suivante.

[2] Le nom manque.

[3] Cette indication est erronée. Aucun

IMPRIMERIE NATIONALE.

2831.

CHARTA QUA WIGO VICECOMES ET UXOR EJUS EUFEMIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS RONNENCO ET NOVA CELLA.

(Bibl. nat. or. 68; cop. 19-218; B. o. 23, XXII, et 200, CXCVIII [1].)

1030, environ. Dum in hujus seculi laboriosa vivitur homo peregrinatione, interim dum licet dumque tempus acceptabile atque dies salutis instare videntur, summopere providendum est, ut si qua agere bona valemus, omni dilatione postposita, operari non pigritemus, facientes nostri eos debitores quos veraciter novimus, et inpresentiarum saluti corporum consulere et in futuro judices fore animarum non ambigimus. Quapropter ego Wigo et uxor mea Eufemia[2], reminiscentes nostrorum peccaminum enormitatem, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, aliquid ex rebus nostris, quę sunt sitę in pago Lugdunensi et in pago Matisconensi, atque in ipsis comitatibus, in villa Ronnenco, de hereditate nostra quantum ibi visi sumus habere; habent vero ipsę res fines et determinationes a mane fluvio Arari volvente, a medio die terra Sancti Martini, a sero via publica, a cercio Vosana volvente; et in alio loco quę vocatur Nova Cella, hereditatem quam dedit Aldo et Arnulfus filius ejus Narduino[3] vicecomiti et filię ejus Eufemię, quęsitum et inquirendum. Hæc omnia donamus Deo et jam dictis apostolis ejus ego Wigo et uxor mea Eufemia pro remedio animarum nostrarum ac patris mei Berardi[4] et matris meę Blismodis, ac fratris mei Wichardi seu infantibus meis atque omnium parentum meorum;

des commencements du règne de Robert ne peut concorder avec ce chiffre. Il faut lire XXXX, en faisant commencer le règne en 991.

[1] [B. 23 n'est qu'un abrégé. On peut voir sur cette charte Aubret, *Mémoires sur la Dombes*, I, 221.]

[2] [Guy, vicomte de Lyon, et sa femme Eufémie, fille de Nardouin, vicomte de Mâcon. A. Bernard, *Essai sur les vicomtes de Lyon, de Vienne et de Mâcon, etc.*, Saint-Étienne, 1867, p. 11.]

[3] [Nardouin, vicomte de Mâcon. Cf. *supra*, t. II, n° 1198.]

[4] On avait écrit d'abord *Bernardi*, mais on a gratté ensuite la lettre *n*.

eo tenore ut quandiu vixerimus teneamus et possideamus et post nostrum amborum discessum, ad jam dictum locum perveniant, et in vestitura portum domni Pauli et coloniam in villa Bosco, et quantum ad ipsam coloniam pertinet : hoc sunt campi, prati, silvę, aquarumque decursibus. Si quis autem, quod futurum minime credimus, nos ipsi aut ullus de heredibus nostris, seu aliqua intromissa persona contra hanc donationem aliquam litem inferre temptaverit, primitus iram[1] omnipotentis omniumque sanctorum cum genitrice Christi offensam incurrat, et a liminibus omnium æcclesiarum extraneus, omnibus maledictionibus quę in veteri atque in novo Testamento continentur maledictus subjaceat, et nisi ad emendationem venerit, perpetuo anathemati mancipetur; cogente vero judiciaria potestate, auri libras L persolvat, et inantea[2] firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. S. Wigonis vicecomitis et uxoris suę Eufemię, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Willelmi. S. Berardi. S. Leotaldi. S. alius Berardi. S. Jarentonis. S. Unfredi. S. Stephani. S. Udonis. S. alius Udonis. S. Adalardi. S. Aymini. S. Umberti. Data per manum Rodberti monachi, regnante Rodulfo rege anno[3].

(*Au dos :*) Wigonis vicecomitis in villa Ronnenco et in Nova Cella.

2832.

CHARTA QUA ARTALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM SANCTI PETRI IN EMBOLICO, ET WERPIT CONSUETUDINES QUAS PATER SUUS ET IPSE REQUIREBANT.

(Bibl. nat. cop. 15-211; B. o. 542, DXXXVIII.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint cuncti sancte ecclesie filii et fratres, quod ego Artaldus dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, ubi reverendus domnus Odilo abbas preesse videtur, unam villam que vocatur Sancti Petri in Embolico, sita in pago Valentinensi, ut ab hac die quicquid fa- 1030, environ.

[1] [B. 200 ajoute *Dei.*]

[2] [B. 200 ajoute *donatio ista.*]

[3] Le scribe a oublié d'inscrire le chiffre de l'année du règne. Mais la date approximative peut s'induire des autres actes dans lesquels figure le vicomte Guy.

cere voluerint in ipsorum sit potestatem. Facio etiam werpitionem ex omnibus querelis atque consuetudinibus quas pater meus Arnaldus et ego usque in presens tempus requisivimus. Si quis vero presumpserit huic nostre donationi atque werpitioni aliquam inferre calumniam, omnibus maledictionibus que sunt site in novo et in veteri Testamento subjaceat, nisi ad emendationem venerit. S. Artaldi, qui fieri et firmare rogavit. S. Garanti, fratris sui. S. Pontii, filius Ademari comitis[1]. S. Umberti. S. Aviti. S. Guntardi.

(*Au dos :*) Artaldi in pago Valentinensi, in villa Sancti-Petri in Amboliaco vocatur.

2833.

CHARTA QUA GAUFRIDUS DE BONAN MALAS CONSUETUDINES QUAS IN OBEDIENTIA NOMINE ULEELS REQUIREBAT, MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVIT.

(Bibl. nat. cop. 21-91; B. h. 655, DCLVIII.)

1030, environ (?). Noticia werpitionis quam fecit Gauffridus de Bonan, de omnibus malis consuetudinibus quas requirebat in burgo Uliensi. Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Gauffredus[2], ob amore Dei et apostolorum Petri et Pauli, perdono et remitto domno Sigaldo priori et omnibus monachis Cluniacensibus, receptum et omnes malas consuetudines quas actenus requisivi in obedientia illorum que Uleels[3] vocatur, excepto beneficio quod enfiteosis dicitur quodque pater meus a sancto Maiolo accepit : hoc sunt leges de campis et reclamationes que ante me venerint. Ego Joffredus[4] hanc cartam firmavi et nepotibus meis Willelmo et Bernardo firmare feci. Quisquis hoc ulterius repetere ausus fuerit, iram Domini incurrat sitque pars ejus cum Datan et Abyron, quos vivos absorbuit terra. Amen, Amen. S. Gauffredi, qui fieri rogavit. S. nepotum ejus Willelmi et Bernardi.

(*Au dos :*) Gauffredi de Bonant.

[1] [Ponce fils d'Adémar, comte de Valentinois, devint évêque de Valence vers 1030. *Gallia christ.*, t. XVI, c. 302.]

[2] B. *Gausfredus*, ici et plus bas.

[3] Ce mot est écrit, au début de l'acte, *burgus Uliensis;* dans la copie de B., on lit *Ulials* et *Uleels* comme ici.

[4] B. *Gausfredus*.

2834.

CHARTA QUA RICHARDUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA BUSCIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-96; B. h. 467, CCCCLXX.)

Omnibus in commune Christi karectere insignitis clamat tuba euvangelice [lectionis[1]] : « Facite vobis amicos de Mamona iniquitatis, qui « vos recipiant in tabernacula æterne beatitudinis. » Quod ego Ricardus presbiter, in Dei nomine, intenta cordis aure audiens et opere perficere cupiens, pro redemptione meorum peccaminum, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate in pago Matisconense. Est autem unum curtilum in villa Busciacho[2]; terminat a mane terra Sancti Petri et Duranni, a medio die fonte percurrente, a sero via publica, a cercio terra Valterii prepositi. Infra his terminibus dono, ut faciant monachi Clunienses quicquid voluerint. S. Ricardi presbiteri, qui istam donationem fecit et firmare rogavit. S. Vulrici. S. Vulrici, filii [ejus]. S. Vuicardi. S. Jocelmi. S. Girberti. S. Azilini. S. Giraldi. S. Rodberti. S. Vuarnerii presbiteri. S. Martini presbiteri. 1030, environ (?).

(*Au dos:*) Ricardi, Busciaco.

2835.

CHARTA QUA ROTLENDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA MARITI SUI ET FILII EORUM, QUIDQUID HABEBAT IN VILLIS GLENENSI, CORCLOGIA ET FAGIO.

(B. o. 473, CCCCLXX.)

Redemptor humani generis, virtus et sapientia Dei patris, Dominus noster Jesus Christus, previdens humanę fragilitatis naturam labilem esse ad peccandum et promptam, per semetipsum adversus cotidiana vulnera nostrorum peccaminum elemosinę donare dignatus est 1030, environ.

[1] Les mots entre crochets sont tirés de B. — [2] B. *Busciaco.*

nobis salubre medicamentum. Quod ego Rotlendis [1], in Dei nomine, considerans, dono ad locum Cluniacum, quod dedicatum est in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, cuique venerabilis memorię dunnus Odilo abbas preesse videtur, aliquid de mea hereditate pro remedio animę meę et viri mei Herberti et filii mei Bernardi. Est autem ipsa hereditas sita in pago Cabilonense, in villa Glenensi; totum videlicet quod ibi visa sum habere, hoc sunt curtiles, vineę, campi. Item in alia villa Corclogia, curtile unum ubi Bernardus manet. Item in episcopatu Vesontionum, in villa Fagio, mansum unum cum omnibus appenditiis suis, ubi Rainardus mansit: hoc sunt campi, prata, bosci, cum aquis, viridiari[i]s. Faciant autem rectores Sancti Petri de memoratis rebus ab hac die et deinceps quicquid facere voluerint. S. Frogerii, S. Odonis, qui fieri firmareque rogaverunt. S. Rainaldi Gualonis. S. Atenardi. S. Rotberti. S. Maingaudi. S. Odonis.

2836.

CHARTA QUA WIDO ET UXOR EJUS HELISABETH FILIUSQUE EORUM PONTIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA CURCELLIS.

(Bibl. nat. cop. 21-98; B. h. 28.)

1030, environ (?).

Notum sit omnibus fidelibus, presentibus et futuris, magnis et parvis, liberis et servis, quod ego Wido cum conjuge Elisabeth et filio Poncio recordans sentenciæ dicentis : « Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis », illiusque : « Date ælemosinam et omnia munda sunt vobis »; ob absolutionem meorum criminum ac cunctæ mee cognationis, offero et dono Deo et ejus sanctis apostolis Petro ac Paulo Cluniensis cœnobii fratribusque inibi commorantibus, portiunculam quandam meæ hereditatis subtus annotatam, jure perpetuo possidendam, videlicet in villa de Curcellis mansum qui dicitur de Ulmo, XII jugera terræ, tria plaustra fœni, usum aquæ, in silva longe lateque quingentorum porcorum pascua, et omnes usus qui fratri hoc idem tenenti fuerint placiti et necessarii.

[1] Voyez ci-après, sous le numéro 2853, une précaire relative à ces biens.

2837.

CHARTA QUA BERNARDUS ET FRATER EJUS SIVUALDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA BRUIALIAS.

(Bibl. nat. cop. 21-101; B. h. 493, CCCCXCVI.)

In nomine summe[1] et individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Bernardus cum fratre meo Sivualdo, pro anima matris nostræ Franburgis, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo aliquid de nostra hereditate que jacet in pago Matisconense, in villa Bruialias : hoc est unum curtilum in predicta villa situm, qui terminat a mane via publica, a medio die de ipsa hereditate, a sero similiter, a cercio terra Ugonis. Infra istas terminationes, dono ab hodierno die totum ad integrum. S. Bernardi et fratris ejus Sigualdi. S. Tecelini[2] presbiteri. S. Arnulfi. S. Acardi. S. Tetardi[3].

1030, environ (?).

(*Au dos :*) Bernardi in Brualias.

2838.

CHARTA QUA ENJOLBERTUS ET UXOR FILIUSQUE EJUS VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM DE CRIMEL IN VILLA BITCETTI.

(Bibl. nat. cop. 21-102; B. h. 465, CCCCLXVIII.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Enjolbertus, cum uxore mea et filio, vendimus quendam mansum qui est situs in Cabilonensi pago, in parrochia Sancti Martini, in villa que vocatur Bitcetti[4], et ipse mansus vocatur de Crimel : omnem mansum cum appendiciis suis, id est vineis, pratis, silvis, totam terram de ipso manso, et que pertinet ad ipsum mansum ubicumque fuerit, totum ex integrum vendimus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo atque servis Dei commorantibus in Cluniacensi cenobio, et accipimus LXX^{ta} solidos in pretio; talique tenore deposuimus ad scedulam car-

1030, environ (?).

[1] B. *sanctæ.*
[2] [B. *Tetcilini.*]
[3] [L. de Barive a lu *Tetdi.*]
[4] B. *Biecela.*

tam super sacrum altare sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut societas ipsius cœnobii nobis detur, atque in decessu nostro ibidem sepeliemur. In tali vero ratione, ut illi monachi qui ibidem Deo servierint, teneant, possideant, habeant sine ulla contradictione. Si quis enim aut ex heredibus nostris aut successoribus nostris, aliquam calumpniam inferre temptaverit, primum iram Omnipotentis incurrat; dehinc in juditio publico quod habere poterit persolvat usque ad unum nummum. Sane divina falce preciso aperiatur terra, et degluttiet eum cum Dathan et Abiron, descendatque in infernum cum ipsis. Et ut hoc firmum permaneat, amicis meis laudare feci. Joscerannus, frater meus, confirmavit et laudavit.

(*Au dos :*) Carta de manso qui vocatur de Crimel.

2839.

CHARTA QUA OULDINUS VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS PERTICAS TERRÆ ARABILIS IN MONTE VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 21-107; B. h. 548, DLI.)

1030, environ (?).

In nomine Domini, ego Ouldinus [1] vendo aliquid de hereditate mea ad locum Cluniacum, que est in Monte Varengo, duas perticas de terra araria [2] ex lato; et accepi a domno Wilelmo, decano de Lordono, VIII [3] denarios et duos solidos [in pretium [4]], ut ab hodierna die et deinceps in usum monachorum Cluniensium habetur absque dubitatione [5]. Hoc sunt testes de ista venditione : Daniheł. S. Girardus. S. Olgodus. S. Adselinus [6]. S. Engelbertus, consobrinus suus.

[1] Dans la copie de Lambert de Barive et dans B., l'*u* d'*Ouldinus* est écrit pardessus l'O, ainsi Ỽ ; nous en avons d'autres exemples.

[2] L. de Barive a lu *arevia* pour *araria*. B. *arabili*.

[3] B. porte VI.

[4] [Mots fournis par B.]

[5] B. « faciant monachi Clunienses *jure* « *hereditario* quicquid voluerint. » Les mots soulignés ne se trouvent pas dans l'original.

[6] B. *Ascelinus*.

2840.

CHARTA QUA RICHUINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA DOMBASILA, IN RAINANKIS ET IN GINGIVILLA.

(Bibl. nat. fonds lat. 17715, n° 58; cop. 21-110 et 111; B. o. 724, DCCXX.)

Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Richuinus pro anima mea et uxoris meę [Lanzesende][1] et si Deus nobis filios aut filias dederit, et pro anima patris mei et matris meę et Ebrardi et Ahadvidis et Bette et Haldegardis et pro omnibus antecessoribus et fidelibus meis, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, in pago Santensi, in villa Dombasila[2] alodum quem ego monachis demonstravero[3] et in Rainankis[4] totum quod habeo, æcclesiam de Gingivilla[5], et quartam partem æcclesię de Dombasila; et quicquid adhuc Deus miserit in cor meum ad augendum. Regnante Chuonrado imperatore, comite Liutfredo[6]. S. Richuini, qui hanc cartam fieri et firmare rogavit. 1030, environ.

(*En monogramme*) : Ricuinus Cluniacum[7].

(*Au dos :*) Richuini in pago Santensi.

2841.

CHARTA QUA RICUINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA DOMBASILA, IN LOCO RAINANGIS, IN GINGIVILLA, IN VILLA NUNVILLA, IN LEGISVILLA, ETC.

(B. o. 40, XXXVIIII[8].)

Quandiu omnipotens Deus, ut supra. Ego Ricuinus dono Deo et 1030, environ.

[1] Ce mot est omis dans l'original, dans la copie 21-110 et dans B. o. 724, qui en sont les copies fidèles.

[2] Cop. 21-110, ici et plus bas, *Dumbasila.*

[3] B. o. 724, *demonstrabo.*

[4] B. o. 724, *Rainaukis;* 21-110, *Rainanchis.*

[5] B. o. 724, *Cingivilla.*

[6] [Le comte *Liutfredus* paraît se rattacher à la famille des comtes d'Alsace, dont le dernier membre Liutfredus VII mourut vers l'an 1000, d'après Schœpflin, *Alsacia illustrata,* II, 465.]

[7] Cet acte a été rédigé en double original; le monogramme du scribe était placé au bas du premier et en tête du second, comme le montrent les copies de Lambert de Barive.

[8] Voyez la pièce précédente. Il y a ici des additions importantes.

IMPRIMERIE NATIONALE.

sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, aliquid de mea hereditate quę sita est in comitatu Santensi, in villa Dombasila alodum quem adquisivi de Ebrardo; in loco qui vocatur Rainangis, totum quantum visus sum habere, ecclesiam de Gingivilla, et quartam partem æcclesię de Dombasila; et in villa que nuncupatur Nunvilla alodum[1] qui fuit Sarailonis, et illum quem emi ab uxore Arnulfi in ipsa villa; in Legisvilla unam sortem de alodo inter pratos ac terras, et excolentes illam terram habeant usum in silva de Petraficta absque servitio; in loco qui vocatur Siblanas, dimidium alodum quem adquesivi a Manelio et medietatem de alodo Siblanas; et dimidium alodum de Monte Malveo; in Vivariis quartam partem de uno manso in pratis et terris, pro remedio animarum omnium fidelium.

2842.

CHARTA QUA WICHARDUS NOTUM FACIT SE HABITUM MONACHI SUMPSISSE IN MONASTERIO CLUNIACENSI ET MONACHIS EJUSDEM LOCI MANSUM SERVOSQUE IN VILLIS VALLIS ET PEROTINA DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 21-113; B. h. 315, CCCXVII.)

1030, environ (?).

Notum sit omnibus, tam viventibus quam posteris, quod ego Wicardus peccator [Dei gratia preventus[2]], pro anime mee redemptione, et pro celestis patrie adeptione, habitum beati Benedicti in loco qui Cluniacus dicitur assumpsi atque eidem loco mansum unum in villa que Vallis vocatur, cum servo tenente ipsum mansum et cum duobus filiis suis, qui servus nomen habet Blainus[3], concessi, cum laude omnium propinquorum meorum, ac sine omni calumnia donavi. Item in villa Perotina duos servos Petrum adque Adalardum tradidi. Que si quis Sathane instinctu auferre seu inquietare temptaverit, iram omnipotentis Dei et omnium sanctorum suorum protinus incurrerit, et

[1] Il y a ici un espace en blanc dans le cartulaire.

[2] [Mots fournis par B.]

[3] Le rédacteur du cartulaire n'a pas compris cette phrase, qui veut dire seulement que le serf qui tenait le manse donné s'appelait Blainus; il applique ce nom à un des fils de ce serf, et appelle l'autre *Serf.* « Quorum (filiorum) alter Servus, alter Blainus dicitur. »

in extremo examine velut raptor et sacrilegus inrevocabilem dampnationis sententiam, nisi digna satisfactione emendaverit, minime evadere potuerit. S. Bernardi, avunculi mei. S. Artaldi, filii sui. S. Achardi, filii sui. S. Stephani. S. Letaldi, fratris mei.

(*Au dos :*) Karta Wicardi.

2843.

CHARTA QUA ELDRADUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CASTELLO, MAIRIACO, BIERIAS ET BUGDONO.

(Bibl. nat. cop. 21-115; B. h. 531, DXXXIIII.)

Dum in hujus labentis seculi palestra decertatur, summo conamine procurandum est ut de terrenis et transitoriis humane sustentationi a Deo collatis, cælistia ac sine fine mansura adquirantur; divina voce protestante et dicente : « Thesaurizate vobis thesauros in celo, « ubi nec erugo nec tinea consumit. » Quod ego Eldradus[1] presbiter, mente pertractans, ac de rebus usibus propriis mihi a Deo concessis eterna mercari desiderans, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo [ad locum Cluniacum[2]], partem hereditatis mee que est sita in pago Matisconensi, in agro Galoniacense, in villa Castello, hoc est unum campum ad Fontem Leonis vocat; de duabus partibus terminat terra Arlebaldi, de aliis duabus terra de ipsa hereditate; habet in longum XXXII perticas et VIIII in latum. Et in alio loco dono unum campum in Mairiaco vocat, qui terminat de tribus partibus via publica et de quarta parte de ipsa hereditate. Hec dono in presenti. Cetera que sequuntur dono post obitum meum : scilicet in villa Bierias duos campos, quorum unus terminat a mane de ipsa hereditate, a medio die terra Tetelmi, a sero terra Bernardi, a cercio terra Sancti Petri; alius campus terminat a mane Sancti Petri, a medio die terra Duranni, a sero terra Adalgeri, a cercio semita. In villa Bugdono dono unam vineam, que terminat a mane terra Eldradi, a medio die et a sero

1030, environ (?).

[1] B. *Heldradus,* comme plus bas dans l'original lui-même. — [2] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

terra Becelini, a cercio pascua. [Dono et in ipso loco unum pratum terminatum a mane terra Sancti Petri, a meridie et a cercio Vuichardi, a sero Heldradi.] Hec omnia dono pro remedio anime mee et anime Osanne sanctimonialis. Si quis autem hanc nostram calumniare presumpserit donationis cartam, iram Dei primitus incurrat, deinde sanctorum apostolorum offensam. Carta autem ista stabilis maneat et firma. S. Heldradi [presbiteri], qui hanc donationem fecit. S. Tetelmi presbiteri. S. Alerici. S. Arnaldi. S. Girberti. S. Pontii. S. Adalberti. S. Duranni. S. Ingelberti.

(*Au dos :*) Carta Aldradi presbiteri in Castello.

2844.

CHARTA QUA HEINRICUS NOTUM FACIT SE, LAUDANTIBUS UXORE ET FILIO SUO, MOLENDINUM CUM TERRA MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE.

(Bibl. nat. cop. 21-116; B. h. 390, CCCXCI.)

1050, environ (?).

Notum sit omnibus fidelibus matris æcclesie, tam presentibus quam futuris, quod ego Heinricus reddo Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo dimidium molendinum; et facio verpitionem, ita ut in usu fructuario habeam, et accipio in precio XXV solidos. Terram autem quæ inibi sita est et molendinum jam dictum, omnia que ibi actenus visus sum habere, totum ex integro reddo, laudante fratre meo Bernardo cum uxore sua Petronilla, quia ab eo emi ipsam terram; et ut post[1] laudaret istam cartam, accepit in precio XII solidos[2] a monachis Cluniasensibus. Hæc omnia superius commemorata laudo et confirmo cum uxore mea, nomine Agna et filio Wichardo, pro remedio animarum nostrarum, [seu parentum nostrorum[3].] a quibus (heu! pro dolor!) ablata fuit ista terra jamdudum data, et quod pejus est, carta legalis descripta ab ipsis igne exusta. In vita vero mea dimidiarios tres de annona, quamdiu eam tenuero, reddam jam dictis senioribus quisquo anno, et meam partem de servitio molendini, quicquid ibi

[1] [B. *ipse.*] — [2] [B. *denarios.*] — [3] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

habeo, in tali tenore ut cum obiero, si nihil aliud acceperint, sepeliant me Cluniaco. Laudatores et firmatores[1] hii sunt: S. Duranni. S. Aderbaldi suorumque fratrum Stephani et Duranni. S. Tedbaldi, Ansedeus. S. Duranni sacerdotis. [S.] Girardi. S. Ildini. Hoc mercatum a domno Stephano monacho est pactum, qui obedientiam de Chiviniis regebat. Si quis vero, aut ex heredibus, aut successoribus nostris, aliquam calumpniam inferre temptaverit, iram Dei super eum manifeste veniat, dehinc judiciaria potestate coactus, quod habere poterit persolvat usque ad unum nummum; quod vero repetit vindicare non valeat. [Balduinus monachus scripsit, feria IIII, mense martio.]

(*Au dos :*) Hinrici carta de molendino.

2845.

CHARTA QUA OTTO, COMES MATISCONENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLA CAVANIACO MOLENDINUMQUE SUPER GRAONNAM.

(Bibl. nat. cop. 23 8; B. o. 100, XCVIII.)

Quisquis catholicorum pia intentione Deo placere appetit, hac ejus mandatis sedulo obsequi, et commissorum suorum penitudinem gerere, oportet, necesse est ut quamdiu in hoc corpore degit, summopere provideat quod eidem in perpetuum expediat; dumque adhuc vacat et donec hodie cognominatur, dumque tempus acceptabile et dies salutis instare videntur, aurem corporis auditui cordis accommodet, et preveniendo faciem Domini in confessione, quantalibet valet satisfactione peccata sua bonis operibus expiare studeat. Quod ego Otto comes[2] perpendens, futurique judicii diem pertimescens, pro remedio anime mee, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et Cluniacensi cenobio, cui preest domnus ac venerabilis pater Odilo[3], aliquid de mea hereditate que sita est in Matiscensi pago, in villa Cavaniaco, videlicet totum ad integrum, sicut Stephanus, filius Artaldi, 1030, environ.

[1] B. *confirmatores.*

[2] [Otton, fils de Gui, comte de Mâcon.]

[3] On trouvera ci-après une confirmation de cet acte sous l'abbé Hugues, près de vingt ans après, à la date de 1049 environ.

tam in jam dicta villa quam in omnibus appendiciis ejus de me tenebat in beneficio, et nuper[1] moriens, licet inracionabiliter, suam hereditatem faciens, pro elemosina sua delegaverat Sancto Petro. Ego vero injuste ipsius donationi contradicens, irritam feci. Nunc autem pro anime meæ remedio, dono illam Sancto Petro quemadmodum supra tenetur adscriptum. Sunt autem vinee, prati, campi, silve, et unum molendinum supra Graonnam[2] fluviolum, secus Rocam Cavernosam[3], que sibi adfinis conjacet. Ut autem ista donatio firma permaneat, manu propria firmo, presentibusque fidelibus meis firmare et laudare precipio. S. Ottonis comitis. S. Gauzelini episcopi[4]. S. Adalardi. S. Bernardi. Geraldus monachus scripsit.

(*Au dos :*) Carta Ottonis comitis, de Cavaniaco.

2846.

CHARTA QUA ANSEDEUS, CONSENTIENTE SENIORE SUO HUGONE COMITE, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI NAZARII[5] ET ALIAS RES.

(B. o. 21, xx.)

1030, environ. Clementia divine bonitatis [etc.[6]]. Ego Ansedeus dono Deo et sanctis apostolis [ad locum] Cluniacum, de rebus meis quas in beneficium teneo de meo seniore comite Hugone, eodem seniore meo mihi benigne concedente, et favente. Sunt autem ipse res sitę in pago Augustidunense, in vicinio castri Borboni, videlicet æcclesia Sancti Nazarii, cum omnibus terris cultis et incultis, vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, totum ad integrum, quesitum et inquirendum, sicut ad ipsam ecclesiam et altare aspiciunt vel aspicere videntur, capellas etiam juxta positas, Sancti scilicet Johannis

[1] Cet acte d'Étienne est du 22 février 1023. Voyez n° 2777.

[2] B. *Craonnam.*

[3] [D'après la charte 2777, ce moulin serait le même que celui qui était situé *ad Balmam,* et dit encore moulin de Balme.]

[4] [Gaucelin, évêque de Mâcon, de 1019 à 1030.]

[5] On a ajouté, au cartulaire, dans le sommaire de cette pièce, les mots *juxta Borbonum.*

[6] [La suite de la formule manque.]

Baptiste, Sancti Simphoriani, Sancti Petri, Sanctorum Gervasi et Protasi, piscariam quoque de Mulnato, æcclesiam etiam Sancti Petri quę sita est in villa Leemna, capellam etiam Sancti Prejecti, consensu et voluntate Humberti militis, qui de me illam in benefitium habebat, et sine aliquo scamio, pro redemptione anime suę, mecum hoc donum fecit, capellam quoque Sancti Baudilii in Pistichiaco cum omni terra quę ibi pertinet ex ista parte Ligeris, et ultra sicut Gunterius de me habebat, sedem etiam ad piscariam quam vulgo dicunt passeriam faciendam in flumine Ligeris, inter meas duas exclusas, ubicumque melius et aptius inveniri poterit; libertatem etiam ut in omnibus locis superius nominatis, et precipue ubicumque salvamentum habuerit, neque mea vel successorum meorum, neque alicujus de re aliqua violentia sive consuetudo agatur vel lex requiratur, juste vel injuste, nisi a monachis quorum potestati datur. Dono quendam servum, Petrum nomine, cum filiis et filiabus suis, et cum omni terra quam de me habebat. Facio hanc donacionem pro animabus omnium fidelium, tam vivorum quam defunctorum. S. Hugo comes, Tedbaldus comes[1], Ansedeus, et filius ejus Ansedeus[2], Vuichardus, Heldinus, Emma, uxor ejus, Iterius, Hildinus, filii eorum; Umbertus, Rainerius, Archimbaldus, Segualdus, Vualterius, Heldegerius, Elgodus, Rainerius, Huulgerius, Dacbertus, Roclenus, Aimo, Rodulfus, Roclenus, Alaldus, Gauzcerannus, Gislulfus, Vualterius, Bernardus, Seguinus.

[1] [Hugues, évêque d'Auxerre, comte de Chalon-sur-Saône, et Thibaut, son neveu et son successeur, dans le comté de Chalon.]

[2] « On croit que ledit Anseaud, son fils « de même nom et autres présents sont de « la maison de Bourbon-Lancy », et que la donation dont il s'agit est le titre de fondation du prieuré de Bourbon-Lancy. [Cette note de Lambert de Barive serait tout à fait exacte, s'il n'ajoutait pas que la maison de Bourbon-Lancy est une branche puînée de Bourbon-l'Archambaud. Cette assertion repose, en effet, sur un texte altéré et mal compris, comme l'a prouvé Chazaud, *Chronologie des sires de Bourbon*, p. 146.]

2847.

CHARTA QUA ADALGARDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA SENIORIS SUI BERARDI, MANSUM IN VILLA KASOT.

(B. o. 96, XCIIII.)

1030, environ. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Adalgardis, pro remedio animę meæ ac senioris mei Berardi[1] et omnium parentum meorum, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, aliquid ex hereditate mea quę est sita in pago Lugdunensi, in villa Kasot[2], unum mansum cum vineis que ibi adjacent; terminat a mâne terra Otgerii, a medio die terra Duranni, a sero via publica. Infra istas terminationes, totum trado Deo et supradictis apostolis, et monachis in jam dicto loco servientibus, et faciant ex hac die quicquid ipsis placuerit. Si quis vero hanc cartam et donationem calumpniaverit, iram Dei incurrat. S. Adalgardis, quę hanc cartam fieri et firmare rogavit. S. Wichardi. S. Ugonis, fratris sui. S. Wichardi. S. Constancii presbiteri. S. Otgerii.

2848.

CHARTA QUA NOTUM EST JOZERANNUM IN EMENDATIONE HOMICIDII QUOD ANTE JANUAM CŒNOBII SANCTI PETRI CLUNIACENSIS FECERAT, TERRAM IN VILLA CORTILS DEDISSE QUAM POSTEA AGATHA UXOR EJUS ET FILII IN PLACITO ETIAM WERPIVERUNT.

(B. h. 255, CCLVII.)

1030, environ. Cum omnibus manifestum sit protopsaltum[3] Domini manibus formatum a Maligno fuisse deceptum, non est nimium nobis mirandum si adhuc membra illius e lumbis suis emanantia quę per Christi misericordiam scit in loco suo fore collocanda non cessat seducere; verum vigilandum nobis est sollicite, quatinus divinis muniti armis

[1] [Cf. une autre donation de la même dame, ci-dessus n° 2824.] — [2] [La rubrique porte : *Casot*.] — [3] [Lisez *protoplastum*.]

illi resistere queamus, deflendo ac satisfaciendo Deo ea quę illius instinctu gessimus. Proinde notificandum esse curavimus omnibus, quod Jozerannus et socii ejus, illius inimici suasu, ante Cluniacensis cœnobii januam ausu temerario homicidium perpetraverunt. Quem pariter, cum sociis suis, postea Vualterius clericus, et Aldinus miles, et Lambertus atque Nogerius, Humbertus quoque, atque Guarnerius, ac Rannaldus, ad satisfactionem Cluniacum conduxerunt, tempore videlicet quod Rainaldus[1] prioratus regimen in eodem monasterio gerebat, qui hanc satisfactionem accepit, cui etiam Vualterius, Amizo, Leotbaldus, Hugo, Bernardus interfuerunt. Tunc vero ante satisfactionem, quandam terram quam ab eisdem in beneficio diu tenuerat, monachis verpivit et est sita in Cortils quod Oddo Sancto Petro dedit. Quin immo et ipse idem et fidelis ejus Gislabertus, tactis sacris reliquiis, firmaverunt jurando, quod nec ipsi, nec ullus homo aut femina aliquam umquam inferret calumpniam predicto loco. Preterea et alium mansum in Curciaco, quem calumpniabatur, verpivit[2]. Illud vero non pretereundum est, quod LX^tos[3] solidos pro malefitio infra salvitatem[4] perpetrato, juxta consuetudinem emendare debuit, pro quibus hi fuerunt vades: Vualterius clericus, pro C; Hildinus, pro C; Lambertus itidem, pro C; Nogerius, pro C; Vuarnerius, pro C; Humbertus, pro C. Sed his ita gestis, placuit huic inserere loco, quod Agatha, uxor ejus, et filius ejus nomine Ansedeus, in die sepulturę illius, fecerunt verpitionem, videlicet rerum predictarum, astantibus multis etiam cum lapide quodam qui illis in testimonium vel in signum fieret. Opere precium etiam est posteris notificandum, et huic cartę inserendum, scilicet placitum, quod Tetbaldus comes apud Besorniacum in octabis Pentecosten ex hac terra tenuit, quam Vuicardus et Ansedeus monachis prefati loci contrariabant, eam volentes illis au-

[1] [Rainaud I, prieur sous Odilon.]

[2] [Cf. t. III, n° 2784.]

[3] [Ainsi porte le texte; mais la terminaison même indique que le scribe voulait écrire *sexcentos*, comme le prouve le nombre des six cautions engagées chacune pour cent sous.]

[4] Il s'agit ici du territoire privilégié de Cluny, sur lequel le meurtre avait été commis.

IMPRIMERIE NATIONALE.

ferre; ubi monachi fideijussores illis dantes, hoc videlicet pacto, ut usque in octabas Sancti Petri, ante domni Hugonis comitis presentiam et Tetbaldi[1], parati respondere essent, facturi rectum quod eorum curia dijudicaret, justitia dictante; at contra illi similiter eis fideijussores dederunt modo eodem quo supra, scilicet quod si in eis remansisset usque ad prenominatum terminum, finis esset in perpetuum. Hujus conventionis fideijussores fuerunt Leotaldus, Hugo, Bernardus et alter Leotaldus. Item notificanda est verpitio quam Vuichardus, Ansedeus, Vualterius, Erlerius, et illorum mater nomine Agatha de terra quę est in villa cui dicitur Curtils, fecerunt, deponentes omnem ab hodier[na] die querelam, apponendo signa sua. S. Vuicardi. S. Ansedei. S. Vualterii. S. Erlerii. S. Agathę, illorum genitricis. S. Algaudii. S. Lanberti. S. Achardi clerici.

2849.

CHARTA QUA STEPHANUS ET UXOR EJUS BILIARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI FILIUM SERVI DOHONI PRO ALIO SERVO QUEM DOHONUS OCCIDERAT.

(B. o. 703, DCXCVIIII.)

1030. In Christi nomine. Cunctis fidelibus sacrosanctę ęcclesię Cluniensis cenobii, cui domnus Odilo abba preesse videtur, ego Stephanus et uxor mea Biliardis et infantes nostri, reddimus unum servum, nomine Durannum, filium Dohoni, pro alio servo, nomine Martino, quem Dohonus occidit, qui et illorum fuit servus : in tali tenore, ut de illo servo, scilicet Duranno, faciant monachi quicquid facere voluerint, nemine contradicente; et qui contradicere voluerit, illi ante stent et stabile faciant. S. Stephani et uxoris ejus Biliardis et filiorum eorum, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Unberti. S. Ottonis. S. Landrici. S. Heldini. S. Letscilini. Regnante Rotberto rege anno xxxx^{mo}.

[1] [Hugues I, comte de Chalon et évêque d'Auxerre, et Thibaut, son neveu, qui lui succéda dans le comté de Chalon.]

2850.

CHARTA QUA ARSINDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO REMEDIO ANIMÆ SENIORIS SUI, PARTEM SILVÆ MONTIS GOLMERII, ETC.

(Bibl. nat. cop. 21-45; B. o. 190, CLXXXVIII.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Arsindis[1] dono, pro remedio anime Constantini, senioris mei, aliquid de rebus nostris que sunt site in pago Matisconensi, supra villa Rufiaco, [scilicet[2]] silvam que vocatur Mons Golmerius, totam meam partem; et dono in alio loco, in villa Bugdono, que in Raverds[3] vocant, totam meam partem: in tali tenore, ut ab odierno die faciant quicquid facere voluerint. Actum pupblice aput Cluniacum. S. Arsindis, qui anc donationem fecit. S. Drogonis. S. Livonis. S. Duranni. S. Aremberti. Ego Rainoardus ad vicem cancellarii scripsi anno XXXXIIII regnante Rodberto rege.

1030, 30 décembre, à 1031, 20 juillet.

(*Au dos :*) Carta Arsindis pro anima Constantini senioris sui, in villa Bugdono.

2851.

CHARTA QUA ARDENCUS VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS RASCIAS VINEÆ IN VILLA ASTRINIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-151; B. o. 731, DCCXXVII.)

Noverint[4] cunctis filiis sancte ecclesię, presentibus et futuris, quod ego Ardencus vendo monachis Sancti Petri Cluniacensi monasterii, de res meas, que sunt site in pago Cabilonensium, in villa Astriniaco[5] vocitatur, hoc sunt due rascie de vinea; et terminat a mane via publica, a medio die et a certio de ipsa hereditate, a sero via publica. Et accipio ab ipsis XX^ti^ IIIes solidos. Si quis autem contra hanc venditionem aliquam litem inferre temptaverit, ira[6] Dei omnipotentis incur-

1031 (avant le 20 juillet).

[1] B. *Arsendis*, ici et plus bas.
[2] [Mot fourni par B.]
[3] B. *Raverils.*
[4] Le cartulaire porte *notum sit.*
[5] B. porte, à tort, *Altriniaco.*
[6] B. *iram.*

rat sanctorumque omnium, nisi citius ad satisfactionem venerit. Aucto[1] Cluniaco publice. S. Ardenci, qui fieri et firmare rogavit. S. Narduini, fratris ipsius. S. Ricardi. [S. Constantii. S. Andree. S. Ebrardi. S. Richardi[2]] alii. S. Ebrardi. Data anno ab incarnatione Domini MXXXI, regnante Rodberto rege.

(*Au dos :*) Vendicio Ardencii in Astriniaco, in pago Cabilonense.

2852.

CHARTA QUA ODDO, COMES MATISCONENSIS, CONSUETUDINES QUAS RECLAMABAT IN TERRIS MONACHORUM CLUNIACENSIUM VUERPIT, ET DONATIONEM SILVÆ DE CENVA QUAM ANTECESSORES EJUS FECERANT EISDEM CONFIRMAT.

(B. o. 493, CCCCXC.)

1031, 11 août. Noticia quam fecit comes Oddo Sancto Petro. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Oddo comes, interpellatus sive rogatus a monachis Cluniacensibus, domno videlicet Rotberto priore et cęteris fratribus, veni in capitulum et in presentia omnium fratrum feci donationem Sancto Petro de illis consuetudinibus quę mihi debebantur ex illis terris quę nunc usque pro helemosina date sunt Sancto Petro, sive alio modo cum rectitudine conquestate, in comitatu Matisconense, et quas ipsi hucusque tenuerunt. Firmo ęciam donationem quam antecessores mei fecerunt supradicto loco de silva quę vulgo Cenva vocatur; ut illam consuetudinem quam habitatores jam dicti loci in villa hactenus habuerunt perpetualiter sine alicujus contradictione habeant et teneant. S. domni Ottonis comitis[3], qui hanc vuerpicionis noticiam fecit et firmavit. S. Gausfredi, filii ejus. S. Widonis, filii Gausfredi comitis. S. Wichardi. S. Hugonis. S. Letaldi. S. Liceni. S. Odulrici. S. Girberti. Actum Cluniaco, in mense augusto, III° idus ejusdem mensis, anno ab incarnatione Domini MXXXI, indictione XIIII, vicesimo V[4] die post transsitum domni Rotberti glo-

[1] B. *Actum.*

[2] [Les mots entre crochets ont été omis par L. de Barive.]

[3] [Otton, comte de Mâcon, son fils Geoffroi, et son petit-fils Gui II.]

[4] Le chiffre V nous semble ici erroné;

riosi regis Francorum, anno XL regni ipsius, qui est VI[1] filii ejus piissimi domni Henrici, ex quo unctus est in regem super gentem Francorum et Burgundionum.

2853.

CHARTA QUA ODILO, ABBAS CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT SE QUASDAM TERRAS IN VILLIS CORCLOGIA ET GLENNAS SITAS, A ROTLINDA SANCTO PETRO DATAS, CUIDAM CLERICO NOMINE JOCELINO ET DUOBUS HEREDIBUS EJUS IN PRECARIA CONCESSISSE.

(B. o. 626, DCXXII.)

Mos antiquitus est institutus nobisque a majoribus traditus, ut quilibet prelatus volens alicui, causa utilitatis, de rebus ęcclesię sibi commissę concedere, studeat per testamentum literarum futuris notum facere. Igitur ego Odilo abbas, per consilium fratrum nostrorum, domni videlicet Rotberti prioris et aliorum, gratia communis utilitatis, cuidam clerico, nomine Jocelino et duobus heredibus ejus Richardo et Petro, concedo quandam terram Sancti Petri, quę data est ad locum Cluniacum a quadam nobili matrona, Rotlinda[2] nomine, in locum sepulturę; et est sita in pago Cabilonense, in villis Corclogia et Glennas. Concedo autem tali conditione, ut bene et convenienter ędificent, et quandiu vixerint teneant et possideant, omnique anno in vestitura IIII solidos in festivitate sancti Martini, quę est III idus novembris, persolvant. Duo vero suprascripti heredes, unus post alium, qui supervixerit teneat. Post mortem autem amborum, ad Sanctum Petrum revertatur. Ut vero firmum permaneat, manu propria firmo, et fratribus nostris firmare precipio. S. dunni Odilonis abbatis. S. Rotberti. S. Oddonis. S. Warnerii. S. Siefredi. S. Walonis. S. Bernardi. S.

1031. 26 octobre.

si le roi Robert est mort le 20 juillet, comme le dit *l'Art de vérifier les dates*, le 11 août ne fut que le vingt-deuxième jour ou tout au plus le vingt-troisième après sa mort.

[1] Henri ayant été sacré le 14 mai 1027, on ne se trouvait le 11 août 1031 que dans la 5[e] et non dans la 6[e] année de son règne. Le règne de Robert est, encore ici, compté à partir de 991.

[2] Voyez ci-dessus, sous le numéro 2835, la donation de Rotlinde.

Ugonis abbatis. Actum puplice, apud Sanctum Marcellum, VII kalendas novembris, regnante Heinrico rege Francorum anno I. Almannus monachus ad vicem cancellarii scripsit.

2854.

BULLA JOHANNIS PAPÆ XIX QUA ODILONEM ABBATEM CLUNIACENSEM REDARGUIT QUOD DELATUM AD EUM ARCHIEPISCOPATUM LUGDUNENSEM RECUSAVERIT, ET GAUFRIDUM EPISCOPUM MANDATA SUA EI EXPOSITURUM ESSE MONET.

1031, environ. Johannes, etc.... Docente beatissimo... (D'Achery, *Spicil.*, t. III, p. 381; Mansi, t. XIX, p. 418.)

2855.

CHARTA QUA AGNES, COMITISSA (PICTAVENSIS) ET FILII EJUS WILLELMUS ET GAUSFREDUS CONCEDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI MONETAM DE ENGELIACO ET CONSUETUDINES DE MOLGONO.

(Bibl. nat. cop. 19-177-2°[1]; B. o. 251, CCXLVIIII.)

1031, environ. Sacrosancto et exorabili loco Cluniaco monasterio, quod est constructum in honore apostolorum Petri et Pauli, cui preest domnus Odilo abba. Ego Agnes et filii mei Willelmus et Gausfredus donamus habitatoribus jam dicti loci monetam totam quam habemus in villa que nominatur Engeliacus; et in alia villa que vocatur Molgonus, omnes consuetudines quas illic solemus habere, et[2] inde faciatis emere sepicas quas soliti eramus dare vobis. Unde etiam postulamus adscribi nomina nostra in missalem in quo recitantur benefactores vestri, quia maximam fiduciam habemus in orationibus vestris vestreque congregationis; et hoc quod conventum habetis adtendite mihi. In hoc anno jam dicta nobilissima comitissa Agnes obsedit castrum Volventem et ut est[3] sua consuetudo, cepit eum.

[1] L'original de cette pièce se trouvait sur le même parchemin que la donation de la monnaie de Niort par Guillaume le Grand, duc d'Aquitaine, que nous avons imprimée précédemment, sous le numéro 2737.

[2] [B. *ut.*]

[3] [B. *fuit.*]

2856.

CHARTA QUA BERNARDUS, CATURCENSIS EPISCOPUS, ET FRATER EJUS ROTBERTUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI SATURNINI DE GARENTINIACO.

(Bibl. nat. cop. 26-205-1°; B. o. 49, XLVIII [1].)

Totius humane salutis auctor, et de peccatis suis digne penitentibus clementissimus venie largitor, contra inevitabilia humanorum excessuum vulnera opponere dignatus [est [2]] salubria preceptorum suorum medicamina, de quibus est illud : « Date helemosinam et omnia munda « sunt vobis » ; et item : « Sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina « extinguit peccata » ; et : « Facite vobis amicos de iniquo Mammona, « qui vos recipiant in æterna tabernacula ». Quod ego, in Dei nomine Bernardus, episcopus Caturcensis, et frater meus Rotbertus, cum uxore sua Matfreda [et filio suo Petro, et filia], animo perpendentes ultimique judicii diem pertimescentes, pro remedio animarum nostrarum seu omnium parentum nostrorum atque omnium fidelium christianorum, vivorum vel defunctorum, donamus Deo et Sancto Petro, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abba, quandam nostri juris ecclesiam in pago Caturcensi, in villa Garentiniaco [3] sitam, et in veneratione sancti Saturnini ab antiquis consecratam, cum omnibus appendiciis suis, terris cultis et incultis, campis, vineis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, totum ad integrum, sicut ad jam dictam ecclesiam pertinere videtur, excepta tercia [4] parte de paxeria que ibi est, quam sibi retinuit frater meus Rotbertus. Et ne quis presentium sive futurorum calumpnietur, et dicat quod non possumus firmam et solidam donationem de hac ecclesia facere, eo quod sit de jure et hereditate Sancti Stephani et ecclesiæ Caturcensi, cui per Dei gratiam preesse videmur, noverint cuncti tam presentes quam fu- 1031, environ.

[1] Publiée, d'après la copie du cartulaire par Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 463, et dans le *Gall. christ.*, t. I, pr. p. 30, col. 2.

[2] [Les passages entre crochets sont tirés de B.]

[3] B. *Carenniaco.*

[4] B. *sua illa* au lieu de *tercia.*

turi, quod pro ea damus in loco commutationis aliam ecclesiam de nostra propria hereditate in eodem pago, in villa Gramato sitam, [tali tenore ut frater meus jam dictus Rotbertus pro decessoribus nostris in beneficio teneat, sicut jam dictam ecclesiam faciebat.] Fecimus autem hanc commutationem in capitulo Sancti Stephani, [feria VII, in synodo], in presentia canonicorum, abbatum, scilicet archipresbiterorum, archidiaconum, et ceterorum clericorum atque nobilium laicorum. Et ut hec nostra donatio firma permaneat, manibus propriis firmamus, et testibus presentibus firmare rogamus. S. Bernardi episcopi et fratris sui Rotberti, cum uxore sua et filio [Petro et filia]. S. Stephani abbatis. S. Alberti abbatis. S. Arberti archidiaconi. S. Gausberti vice archidiaconi. S. Willelmi canonici[1]. S. Giraldi sacerdotis[2]. S. Grimaldi. S. Andree. S. Constancii.

(*Au dos :*) Preceptum Bernardi, episcopi Catursensis.

2857.

CHARTA QUA ROTBERTUS, FRATER BERNARDI, CATURCENSIS EPISCOPI ET NONNULLI BENEFICIA ALIQUA EIDEM ECCLESIÆ DE GARENTINIACO LARGITI SUNT.

(Bibl. nat. cop. 26-205-2°; B. o. 50, XLVIIII[3].)

1031, environ. Dono etiam ego Rotbertus specialiter ex mea parte unum boscum quod vocatur Carrigosum[4]. Dono etiam licentiam omnibus qui beneficium ex me tenent, si elemosinam facere voluerint ad supra nominatum locum pro anima sua, ut faciant, et sit helemosina ipsorum. Dono etiam licentiam ut sagenam[5] suam ducant per omnes aquas meas. Dono etiam consuetudinem per omnes boscos meos, ut tantum adprehendant quantum eis necesse fuerit ad calefaciendum. Per cetera[6] noverint cuncti fideles, quod Eusturga[7], filia Hugonis, fecit

[1] [B. *archidiaconi.*]

[2] [B. *sacri custodis.*]

[3] Nous empruntons quelques additions à la copie du cartulaire, et nous les plaçons entre crochets.

[4] B. *Garrigosum.*

[5] B. *scavam;* la première leçon, *sagena,* seine ou filet, est préférable.

[6] B. *preterea.*

[7] B. *Eustorga.*

donationem Sancto Petro de illa sua parte quam racionabatur in supradicta ecclesia, pro remedio anime sue, laudante et donante seniore suo Petro. [Geraldus quoque de Baderico accepit ab episcopo precium quingentorum solidorum pro medietate ecclesiæ quam tenebat in beneficio, et dedit Sancto Petro. Sed et Rotgerius de Celsiaco accepit ab episcopo precium ducentorum solidorum pro sua parte de hac ecclesia, et dedit Sancto Petro.] Actum Cluniaco publice, regnante Heynrico rege. [Stephanus levita scripsit.]

2858.

CHARTA DOMINI GAUFRIDI, CASTRIDUNENSIUM VICECOMITIS, QUA MONASTERIO SANCTI DIONYSII DE NOVIGENTO PLURIMA BONA CONFERT.

In nomine, etc. (*Bibl. clun.*, not., col. 75; Bry, *Hist. du Perche*, p. 140.) 1031, 20 juillet, à 1032, 19 juillet.

2859.

CHARTA QUA ILIUS ET UXOR EJUS WALBURGIS ATQUE FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA VILLARENSI.

(Bibl. nat. fonds lat. 17715, n° 48; B. o. 666, DCLXII.)

Dum vivitur unusquisque in hoc fluctivago mundo, considerare debet qualiter adquirere eterna gaudia valeat, et penas perpetuas evadere, et sine fine cum Christo gaudere. Quapropter ego Ilius perpendo enormitatem meorum peccaminum, et uxor mea Vualburgis, et filii mei Gerardus atque Girinus donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro videlicet et Paulo, habitatoribusque Cluniacensis monasterii, ubi preest domnus Odilo abbas, aliquid de nostra hereditate, que sita est in pago Lugdunense, in agro Marcenansense, in villa Villarense, unum curtilum quod vocatur ad Sanias, cum appendiciis suis, videlicet campis, et in tribus locis vineas : unam in Montiniaco, aliam in Veteris Vineis, et alteram ad Clausum minorem; hoc donamus ad presens totum et integrum. Facimus aliam donacionem, alium curtilum in supranominata villa Villarense, qui vocatur ad Curtilum Albuini, 1031-1048.

IMPRIMERIE NATIONALE.

cum appendiciis suis, campis, vineis et pratis; et in alio loco qui vocatur Montiniacus, vineam quam Constantius possidet, et unam vircariam[1] totam et integram, et aliam vineam quam Rotbertus in beneficio solebat tenere. Et sunt jam dictæ vinææ in ipso Montiniaco. Eo tenore, ut quamdiu ego Ilius vixero, teneam et possideam, et omni anno in vestitura duas portaturas asini[2] persolvam jam dicto loco. Post vero meum discessum, cum omni integritate huic loco remaneat. Si quis hanc donacionem calumniare voluerit, nisi cito resipuerit, omni maledictioni subjaceat. Actum Cluniaco, in presencia domini Rotberti prioris, die dominico, regnante Eynrico rege. Signum domni Rotlanni clerici. Signum domni Bernardi.

(*Au dos :*) Ilius, in pago Lugdunensi, pro filio suo Stephano[3].

2860.

CHARTA QUA ILIUS, CONSENTIENTIBUS UXORE SUA WALBURGIA ET FILIO EORUM GIRINO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM ECCLESIÆ SANCTI PREJECTI IN VILLA VILLARENSI.

(B. o. 81-LXXIX et 667-DCLXIII.)

1031-1048. Sacrosancto et venerabili loco Cluniensi cœnobio, in honore Dei et veneratione sanctorum apostolorum Petri et Pauli consecratum. Ego Ilius dono duas partes unius ecclesię que michi jurę hereditario eveniunt, tertia enim pars sororibus meis est. Itaque de istis duabus nominatis partibus unam ad presens dono Sancto Petro et filio meo Stephano monacho jure hereditario, aliam vero partem dono tali conventu ut uxor mea Walburgis et filius meus Girinus teneant quandiu vixerint, et post eorum mortem, si filius meus legalem heredem de se genitum non habuerit, ad Sanctum Petrum perveniant. Simili modo dono totam medietatem burgi, videlicet ex dextera parte et vineam in eodem loco positam cum duobus tribleriis, unus vocatur Cheret, alter Bechet. Unum etiam curtilum Andraldi dono post mortem meam et uxoris męę, qui situs est in atrio ejusdem ecclesię. Est autem ipsa

[1] [B. *vicariam.*]

[2] [B. ajoute *de vino.*]

[3] Ce renseignement ne se trouve pas dans l'acte.

ecclesia sita in episcopatu Lucdunensi, in agro Marcennacensi, in villa Villarensi. Et est ipsa ecclesia consecrata in honore sancti Prejecti. Facio autem donationem hanc pro remedio anime mee et uxoris męę, et filiorum meorum, atque omnium parentum meorum, vivorum ac mortuorum. Si quis autem de heredibus meis hanc donationem calumpniare voluerit, omnibus maledictionibus tam vetus Testamentum quam novum continens subjaceat, et in tota mea alia hereditate partem non habeat; hęc autem donatio firma permaneat. S. Ilii, qui hanc donationem fecit. S. Walburgis[1], uxoris ejus. S. Girini, filii ejus[2]. S. Rodlanni presbiteri. S. Girardi presbiteri. S. Duranni Moschet. S. Berardi. S. Anne, filie ejus. S. Rotlanni militis. S. Bernardi[3] Infantis. S. alii Bernardi militis. S. Affecię. S. Adheleydis.

2861.

CHARTA QUA EBRARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAS IN VILLA BUCIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-161; B. o. 430, CCCCXXVII.)

Divina largitate sanctitum est, ut de rebus transitoriis eterna valeat merces promereri. Quapropter ego, in Dei nomine, Ebradus[4] dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, hubi preest domnus Odilo abbas, aliquid de rebus meis que sunt site in pago Matisconense, [in agro Potiaco[5]], in villa que nominatur Buciaco, hoc est vineam unam, que habet in longitudinem perticas sexdecim et in aliis frontibus sex; terminat autem a mane de ipsa hereditate, a medio die terra Jozelmi, a sero terra francorum, a sercio[6] terra Sancti Petri. Dono etiam in ipsa villa jam dicta, unum jornalem de terra, qui terminat a mane terra Sancti Petri, a medio die terra Sancte Columbe, a sercio via publica, a sero terra Sancti Petri de abacia Matisconensi. Quantum enim infra istas denominatas terminaciones habet,

1031-1048.

[1] B. o. 667, *Warburgis.*
[2] B. o. 667, *eorum.*
[3] B. o. 667, *Berrardi;* le reste manque.
[4] [B. *Ebrardus,* comme ci-dessous.]
[5] [Mots omis par L. de Barive.]
[6] [B. *certio.*]

totum dono Deo et ad abitatores ad supra nominatum locum, pro remedio anime mee et omnium fidelium christianorum, ut omnipotens Deus concedat eis requiem sempiternam et gaudere cum sanctis angelis suis. Si autem ullus homo, qui contra hanc donacionem ullam calumniam inferre voluerit, primitus iram Dei incurrat, necnon et apostolorum Petri et Pauli, et sit pars ejus cum Juda traditore in inferno, nisi cito resipuerit; et inantea hec donacio stabilis maneat, cum stipulacione subnixa. S. Ebrardi, qui hanc donationem fecit et firmare rogavit. S. Grimaldi. S. alii Grimaldi. S. Duranni presbiteri. S. alii Duranni laici. S. Eldini. S. Ebrardi. S. Constaboli. S. alii Duranni presbiteri. Actum Cluniaco famosissimo cenobio, regnante Aynrico rege. Eldulfus ad vicem cancellarii recognovit.

(*Au dos :*) Ebrardi in Buciaco.

2862.

CHARTA QUA BELIARDUS ET FILIUS EJUS BRAIDENCUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA CANTRIACO CAMPUMQUE IN VILLA VINCELLAS.

(Bibl. nat. cop. 23-18.)

1031-1048. Sacrosancto et exorabili loco Cluniaco, quod est constructum in onore apostolorum Petri et Pauli beatorum, ubi domnus abba Odilo videtur majus prodesse quam preesse. Ego Beliardus et filius meus Braidincus donamus Deo et ad sanctum locum aliquid ex rebus nostris que sunt site in pago Matisconensis, in villa que nuncupatur Cantriacus, unum curtilum pro remedio anime Rotberti in locum sepulture; terminat autem ipsa hereditas a mane et a sero atque a sercio vias publicas, et a medio die terra Sancti Vincentii. Et in alio loco qui vocatur Vincellas, unum campum nominatum ad Crucem, qui terminat a mane et a sercio vias publicas, a medio die terra francorum, ab occidente terra Sancti Stephani. Facimus hanc donationem pro anima filii mei Rotberti, et pro animabus nostris, videlicet Beliardi, Braidenci, Leotgardæ, et pro omnibus fidelibus christianis, ut omnipotens Dominus concedat nobis gaudium sine fine mansurum. Et ab hodierna

die et deinceps faciant rectores supradicti loci quicquid facere voluerint. Si quis autem contra hanc donationem calumniam inferre voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed coactus libras auri III persolvat; et hec stabilis maneat, et nisi cito resipuerit, sit pars ejus cum Juda in inferno, nisi per emendationem. S. Beliardi et Braidinco et Leotgarda, qui hanc donationem fecerunt. S. Rotberti. S. Raculfi. Acta Cluniaco, mense septembri, feria VI, regnante Heinrico rege.

(*Au dos :*) Carta Braidenci, in villa Cantriaco.

2863.

CHARTA QUA AIRARDUS ET UXOR EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA PERROTO.

(Bibl. nat. cop. 23-19; B. o. 642, DCXXXVIII.)

Omnis homo, quandiu in presenti seculo vite agonizat, summa vi atque ingenio studere debet, ut ex redditibus quos jure hereditario possidere videntur æterna premia mercetur, juxta Precursoris vocem : « Jam securis, inquiens, ad radicem arboris posita est[1]. » Quapropter noverint tam presentes quam futuri, quod ego Airardus et uxor mea Gonzelina [vel] Eva[2], reminiscens pondera peccatorum nostrorum, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui domnus Odilo abbas preesse videtur, aliquid ex rebus nostris que sunt site in pago Matisconense, in villa Perrotum[3], hoc est unum mansum cum appenditiis suis, pratis, campis, totum ad integrum, quesitum et inquirendum, sine ullo contradicente. Et si aliquis hanc donationem calumpniare voluerit, auri unctias X conponat; et hec carta firma et stabilis permaneat, constipulatione subnixa. S. Airardi et uxoris sue Gonszelina vel Eva, qui fieri jusserunt et firmare rogaverunt. S. Ricardi. S. Rainaldi. S. Undrada[4]. S. Arbaldi presbiteri. S. 1031-1048.

[1] [*Evang. sec. Matth.*, III, 10; *sec. Luc.*, III, 9.]

[2] Au-dessus de ce mot *Gonzelina* est écrit *Eva*, et dans le cartulaire *vel Eva* comme plus bas ici. On voit par là que cette dame avait deux noms.

[3] B. *Perrocum.*

[4] B. *Undradi.*

Alberico, Duran, Witbert, Isenbalt, Stephanus. Wido scripsit regnante Einrico rege.

(*Au dos :*) Airardi in villa Perrotum.

2864.

CHARTA QUA INGELELDIS ET FILIUS EJUS BERNARDUS VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES PECIOLAS VINEÆ CUM CURTILO IN VILLA LACIACO.

(Bibl. nat. cop. 23-33; B. o. 206, CCIIII.)

1031-1048. In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus sancte Dei ecclesie, quod ego Ingeleldis et filius meus Bernardus donamus Deo et sanctis apostolis ejus, videlicet Petro et Paulo, locoque Cluniaco, cui preest domnus Odilo abbas, aliquid de hereditate, jam dicto loco[1], quam comparavimus ego et maritus meus Arfredus, de agricolis hujus hereditatis. Recepimus[2] enim a monachis hujus loci solidos VIIII. Hec sunt vineæ tres peciolas cum uno curtilo, in villa que nominant Laciaco, in episcopatu Matisconense. Facimus hanc donacionem pro redemptione animarum nostrarum, et ut me recipiant in cimeterio hujus loci. Signum Ingeleldis et filii sui Bernardi, qui hanc donacionem fecerunt. S. Constabuli[3]. S. Vuichardi. Acta Cluniaco, dominico die, in presencia domni Rotberti prioris. Data per manus Eldulfi, regnante domno Eynrico[4] rege.

(*Au dos :*) Ingeleldis in Laziaco, in pago Matisconense.

2865.

CHARTA QUA HUGO [DISCALCIATUS[5]] ET UXOR EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA ODENTA.

(Bibl. nat. cop. 23-35.)

1031-1048. In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus sancte Dei

[1] [Les mots *jam dicto loco*, qui ne sont pas dans B. n'offrent ici aucun sens.]

[2] [Dans B. cette phrase vient après le mot *Matisconense.*]

[3] [B. *Constaboli.*]

[4] [B. *Heynrico.*]

[5] Ce nom, inscrit au dos, ne paraît pas dans l'acte.

ecclesie, quod ego Hugo et uxor mea donamus Deo sanctisque apostolis ejus, videlicet Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, hubi domnus Odilo abba presse videtur, aliquid de nostra hereditate, pro remedio animarum nostrarum et sepultura filii nostri Berardi, que est sita in pago Matisconense, in villa que nominant Odenta, unum curtilum quem Ebrardus tenuit, et in Misiriaco unam piscariam quam Durannus tenet; et faciant rectores Sancti Petri quicquid facere voluerint. Acta Cluniaco, regnante Einrico rege. Signum Hugonis et uxoris sue, qui hanc cartam jusserunt facere.

(*Au dos:*) Hugonis Discalciati[1].

2866.

CHARTA QUA NOTUM EST LEODEGARIUM CLUNIACENSEM MONACHUM ECCLESIAM IN VILLA SARRIANIS CONSTRUXISSE, ET EAM DITASSE CONSENTIENTE ARELATENSIUM EPISCOPO.

(Bibl. nat. fonds lat. 11834, n° 3; B. o. 4[2].)

Dominus Jesus Christus virginum sponsus et Virginis filius, ut notum est angelis et hominibus, mundo et omnibus seculis, copulavit sibi virginem sponsam, non habentem maculam neque rugam, ecclesiam videlicet sanctam, toto orbe diffusam, quam ut sibi placeret ditavit et dotavit cælestibus donis, et ornavit gemmis spiritalibus; in qua divina et cælesti copulatione gaudet humilis castitas, gratulatur cælebs integritas et omnium virtutum regina regnat et gloriatur sotia et soror angelorum virginitas. De cujus contubernio, non ad mortem, sed potius ei procreantur filii et nascuntur ad vitam; ad cujus exemplum, in quantum potest humana fragilitas, sequi et imitari debet fidelium christianorum devotio, ut valeat placere creatori suo. Quod nunquam melius potest fieri, quam cum honoratur et augmentatur honor et decus æcclesię Dei. Ea auctoritate ammonitus, quidam Dei 1031-1048.

[1] [De la même main que l'original, suivant L. de Barive.]

[2] Cet acte a été publié en partie, d'après l'original, par Mabillon, *Acta SS. sæc. VI*, part. 1, p. 655. Nous avons retrouvé la trace de cet original dans l'*Inventaire des manuscrits de la Bibl. nat., fonds de Cluny*, publié par M. L. Delisle, p. 247.

famulus, nomine Leodegarius[1], Cluniensis monasterii frater et monachus, in villa quę vocatur Sarrianis, quam Wilelmus, quondam dux Provintiæ et pater patrię[2], sanctorum apostolorum Petri et Pauli et monasterio Cluniensi et loco in quo se sepeliri rogavit, et beato Maiolo adhuc in carne vivente et vivens delegavit et moriens donando attribuit, æcclesiam construere studuit, et eam consecrare et dedicare rogavit a domno et venerabili Regimbaldo[3], Arelatensium archyepiscopo, ad honorem Dei et memoriam dominicę et victoriosissimę crucis ac Domini genitricis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et beati Marcelli pape et martiris et beati Saturnini martiris incliti et omnium sanctorum viventium et regnantium cum capite suo Christo per omnia secula seculorum. Donat etiam supradictus frater sūpradictæ æcclesię, die consecrationis suę, mansum unum ad sustentationem et utilitatem per succedentia tempora inibi Deo servientium. Valeant cuncti fideles hujus nostre operationis laudatores.

2867.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI OMNEM HEREDITATEM SUAM IN VILLIS VARENGO, MARZIACO ET TILIACO.

(B. o. 199, CXCVII.)

1031-1048. Sicut indubitanter fides credentium retinet, ita Christi benignitas mortalibus consulit, ut ex bonis temporalibus quę lege mortis amissuri sunt, mansura perennis vitę sibi valeant preparare, ut scriptum est: « Divitię viri, redemptio animę ejus. » Idcirco notum sit cunctis fidelibus, quod ego Bernardus, itinere Jerosolimitano expleto quo salubrius potui, cępi de salute animę meę cogitare. Quapropter notum esse volo fidelibus cunctis, quia dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo atque ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus

[1] Ce donateur est sans doute celui qui paraît dans l'acte du 22 mai 1023, t. III, n° 2779.

[2] Ce nom indique qu'il s'agit ici du comte de Provence (surnommé Père de la Patrie), Guillaume I (968-998). L'original porte : *dux et Provintiæ pater patrię.*

[3] B. *Ragimbaldo.*

ac venerabilis pater Odilo, omnem partem de mea hereditate, quam habeo cum duobus fratribus meis cum memet ipso. Est enim predicta hereditas in pago Matisconensi, in his villis Varengo, et Marziaco atque Tiliaco, peromnia quantum ad meam pertinet partem, quęsitum et ad inquirendum, in duabus supradictis villis Varengo scilicet et Marziaco, campis, pratis, vineis, silvis, aquis, exitibus et regressibus, atque pascuis, quantum supradictam partem pertinet. In Tiliaco vero nihilominus peromnia quantum ad terciam pertinet partem, cum silva quę vocatur Vaura. De alia hereditate quam mater mea se vivente retinet, quę est in supradictis sepe villis, Varengo videlicet et Marziaco, terciam similiter peromnia partem post decessum ejus. Facio autem hanc donationem pro animę meę remedio et patris mei ac matris et omnium parentum meorum vivorum ac defunctorum et eorum qui laudatores fuerint de hac donatione. Et ut magis magisque roboretur, ipse propria manu subterfirmavi, testibusque tradidi roborandam. S. Bernardi et Achardi fratrum, qui hanc jusserunt fieri et rogaverunt firmare. S. Constantini, Hildini, Gislamberti, Achini. Actum Cluniaci publice, per manus Arnulfi levitę, regnante Heinrico rege.

2868.

CHARTA QUA TETBURGA ET FILIUS EJUS NARDUINUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS ACIACO, AIONA, DOMINIO ET ITGIACO.

(B. o. 570, DLXVI.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus sanctę Dei 1031-1048.
ęcclesię, quod ego Tetburga et filius meus Narduinus donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi dunnus Odilo abbas magis videtur prodesse quam preesse, aliquid de nostra hereditate quę sita est in pago Matisconense, in his villis : in Aciaco, in Aiona, in Dominio, in Itgiaco, totum ad integrum, quantum nobis ibi habere videtur. Facimus hanc donationem pro remedio animarum nostrarum et omnium fidelium christianorum, et in sepultura filii mei Gauceranni. Actum Cluniaco, regnante Heinrico rege,

IMPRIMERIE NATIONALE.

in presentia dunni Rotberti prioris. Si quis contradicere voluerit, nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus subjaceat; et inantea stabilis permaneat. S. Tetburgę, et filii sui Narduini, qui fecerunt et ipsi firmaverunt. S. item Narduini. S. Gausfredi.

2869.

CHARTA QUA TETSA, CORROBORANTIBUS FILIIS SUIS WARULFO ET WALTERIO, MATISCONENSI EPISCOPO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM, NOMINE DURANNUM, CLERICUM.

(Bibl. nat. cop. 23-41; B. o. 121, CXVIIII; B. h. 466, CCCCLXIX; D. 154.)

1031-1049. Notum [1] sit omnibus Christum colentibus, Christum credentibus, Christumque confitentibus, quod ego Tetsa, pro anima mea omniumque parentum meorum vivorum atque defunctorum, dono quendam mei juris servum, nomine Durannum, clericum, ad locum Cluniacum, cui domnus et venerabilis Oudilo abbas preest, ut ab hac die a mea sit servitute et omnium parentum meorum extorris, extraneus et alienus, et liber, quatenus nullius mortali homini servire cogatur, nisi Domino [2] Deo omnipotenti et ejus sanctis apostolis Petro et Paulo et monachis de Cluniaco; tali conveniencia, tali tenore, tali racione, ut supradicti loci seniores illum pro Dei honore et amore diligant, tueantur, et cum omni honore [3] quandiu vixerit custodiant, conservent [4]. Consenserunt autem et laudaverunt hanc meam donationem filii mei [5] Warulfus et Walterius, nunc, Deo auxiliante, Matisconensis episcopus, et corrob[or]averunt sua spontanea voluntate. Post obitum vero supradicti patris Odilonis, electo domno Hugone in loco ejus, residente [6] eo apud Sanctum Marcellum [7], in diebus sancte quadrage-

[1] [Ce mot est précédé du chrisme.]

[2] B. h. 466 et D. « servitute constrin« gatur, sed cum omni alacritate Do« mino . . . »

[3] La copie de Lambert de Barive porte à tort ici *omnibus* au lieu de *omni honore*, qui se trouve dans les autres copies.

[4] Le mot *conservent* manque dans les deux copies de B. Au contraire D. porte : « custodiant, tueantur et defendant. »

[5] B. h. 466, « huic meæ donationi filii mei, etc. »

[6] D. *vivente*.

[7] B. h. 466 et D. ajoutent *Cabilonensem*.

sime, iterum supradictus domnus Walterius presul, et Warulfus, frater ejus, et Walterius, filius ejus, in manu jam dicti abbatis[1] hoc donum firmaverunt[2], et fidelibus suis firmare rogaverunt. S. Walterii episcopi. S. Warulfi, fratris ejus. S. Walterii, filii ejus. S. Bernardi, filii Raierii. S. Landrici[3].

2870.

NOTITIA WERPITIONIS QUAM FECIT BERNARDUS MILES MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE QUADAM VINEA IN VILLA BURZIACO.

(B. h. 452, CCCCLV.)

Notitia vuerpitionis sive donationis, si aliquid rectum habuit, Bernardi militis de quadam vinea quę est sita in pago Matisconense, in villa Burziaco. Fecit enim vuerpitionem cum hoc lapide[4], in presentia donni Walterii episcopi[5], Deo et Sancto Petro et monachis Cluniensibus, ut deinceps nec ille nec ullus de heredibus ejus amplius audeat calumpniare; et accepit ab ipsis monachis sex solidos. S. Walterii episcopi, in cujus presentia hoc factum fuit. S. Maioli, S. Walterii, monachorum, qui ibi fuerunt. S. Ingelfredi. S. Heinrici. S. Odonis. S. Adalberti. Actum villa Lascheriaco, x kalendas julii, feria III. Arnulfus scripsit.

1031-1059 (22 juin).

2871.

CHARTA QUA ENSBERTUS, EXMALDUS, ETC. VENDUNT CONSTABULO VINEAM IN IDUSA VILLA.

(Bibl. nat. cop. 19-213-1°.)

Domino fratribus Costabulus. Ego Ensbertus, Exmaldus, Garnerius, Giraudus, Costancius, vendimus vobis una peciola de vinea, qui

1031-1060.

[1] B. h. 466 ajoute *Hugonis*. L'abbé Hugues I succéda à Odilon en janvier 1049.

[2] B. h. 466 et D. ajoutent : « atque verpiverunt per hunc lapidem » et la forme de la pierre est dessinée en marge de B., suivant l'usage. C'est sans doute là une omission de L. de Barive.

[3] B. h. 466 et D. ajoutent : *S. Bernardi Adulteri*.

[4] La pierre est figurée en marge. La rubrique de B. porte : « Relaxatio Bernardi « de vinea in villa Burziaco, quam per lapidem dimisit. »

[5] [Gautier, évêque de Mâcon.]

est in pago Cabilonensi, in finem Sancti Germani adcensit, Idusa[1] villa resedit; terminet terra Stefanus et Ubertus, canbis, terris, via pullica. Infra istas terminaciones, totum ad integrum vendimus adque transfundimus et acepimus precium in valente soldos III; et faciatis post isto die quicquid facere volueritis, sine ullum contradicentem. Si quis vero, aut si ullus omo est, qui calumniare voluerit, de auro uncia una componat. Actum Sancti Gengulfi ubi fuit facta. Sitnum[2] Ensbertus, Exmaldus, Garnerius, Giraudus, Costantinus, qui vendicione ista fierit et firmare rogavit. S. Ensbert, Exmaudus, Garne[rius], Ermennont.

2872.

CHARTA QUA GERALDUS ET CONSTANTINUS VENDUNT CONSTABULO DUAS RASCIAS VINEÆ IN VILLA CUSLENSI.

(Bibl. nat. cop. 19-213-2°.)

1031 1060. Ego, in Dei nomine, Geraldus et Contantinus vendimus ad quendam hominem, videlicet nomine Constabulo, duas raschias de vinea et dimedia, et est precium istud solidos VII; et sedit ipsud alodum in villa Cuslensi et de tres partes sunt vię publice et de alia parte alodum Uberti: tali tenore quandiu vixerit teneat, possideat, et quicquid facere voluerit faciat, vendet, donet. Et si ego aut ullus de heredibus meis calunniare voluerit, de auro uncias duas componat; et carta ista firma et stabilis permaneat. S. Geroddi. S. Constantini. S. Ermeneldi. S. Ansberti. S. Aymaldi. S. Garnerii. S. Vuilelmi. Data per manum Aymoni monachi, feria V, regnante Aynrici regis.

2873.

CHARTA QUA GISLEBERTUS ET ALBERTUS VENDUNT BERNARDO ET CONSTABULO FRATRIBUS UNAM RASCIAM VINEÆ [IN VILLA CUSLENSI].

(Bibl. nat. cop. 19-123-3°.)

1031-1060. Ego Gislebertus et Albertus vendimus una rascia de vinea duobus

[1] [Ce nom de lieu nous paraît altéré.] — [2] *Signum.*

fratribus, videlicet Bernardo et Constabulo. Et est ipsa vinea de ipsa hereditate que super scripta est. Et est pretium solidos III et decem denarios. Et sunt ipsimet firmatores qui suprascripti sunt, videlicet Constantinus, Geraldus, Ermeneldis, Vuilelmus, Aymaldus, Garnerius. S. Gisleberti et Alberti, qui carta ista firmare et fieri rogaverunt.

2874.

CHARTA QUA ARTALDUS ET SOROR EJUS ELDEBURGA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM IN HONORE SANCTÆ MARIÆ ET SANCTI PETRI IN VILLA VARENNIS, ET ALIAS RES.

(Bibl. nat. cop. 21-189 et 190; B. o. 27, XXVI.)

Auctor et largitor totius humane salutis, Dominus noster Jesus Christus, consulens nostræ infirmitatis, contra inevitabilia peccatorum vulnera opponere dignatus est salubrium preceptorum medicamina, quæ fideles perducere possint ad vera et æterna gaudia; inter que illud restat precipuum quo precipimur de terrenis et transitoriis æterna mercarii et sine fine mansura. Quod ego Artaldus, cum sorore mea Eldeburga, animo perpendentes, donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam nostræ hereditatis ecclesiam in episcopatu Augustodunensi, in pago Brienensi, in villa Varennas sitam, et in veneratione sancte genitricis Dei Marie sanctique Petri apostoli constructam, scilicet post obitum nostrum totum ad integrum ad Sanctum Petrum perveniat, et in presenti damus in vestituram offerendam et baptisterium et sepulturam; dono etiam ego Artaldus circumadjacentem æcclesiæ [terram[1]], quam ad meum proprium laborem teneo et laborari facio, condominicas et clausum Bernardi Vicarii, mansum Bernardi de Bonafonte, tenementum Vuillelmi presbiteri[2]. Addo etiam forestem contiguam, que Cassania cognomi-

1031-1060.

[1] [Mot fourni par B., qui ajoute en plus : « quę terminat ab occidentem rivo « currente Artela, mansumque Bernardi. »]

[2] La copie de B., qui n'est qu'une analyse, se termine ainsi : « Clausum etiam « de vinea juxta positum, necnon contiguam forestem quę Cassania vocatur, cum « tota terra que inter forestem et fontem « Argentela decurrentem consistit; molendinos autem ad Paludello cum exclusa.

natur : hoc quod est super viam publicam in vita mea, quod autem est desubtus planis et plexatis cum suis terminis post obitum meum ad Sanctum Petrum perveniat. Dono etiam Deo et Sancto Petro servos et ancillas meas, filios Duranti Vicarii, et filios Magnalii, et omnes qui de illis egredierint. Addo etiam medietatem hujus æcclesiæ, terram que terminat ab oriente via publica et mansus[1] Benedicti, ab occidente via publica et mansus Martini, meridiano forestea Cassania, septentrione rivulus Collionus. Infra istas terminationes mansis, curtilis, campis, vineis, pratis, pascuis, cum apenditiis suis et cum omnia que ad ipsis tenementibus pertinent dono et concedo Sanctorum Petri et Pauli et ad locum Cluniacum et rectores ejusdem loci, scilicet post obitum meum. Dono ego Artaldus Deo et Sancto Petro, Duranti paromonarii[2] cum infantibus suis et filiabus suis et omnes qui de illis egredierint. Facio autem hanc donationem pro remedio anime mee, patris quoque mei et matris mee et sororum mearum et fratrum, filiorum meorum et uxoris mee Josceldis, omniumque parentum et fidelium meorum. Testes enim Artaldus et Eldeburga, qui hanc donationem fecerunt. S. Ugo. S. Artaldus. S. Gerardus del Barga. S. Ugo Rubius. S. Rotlannus de Scabellis. S. Vuillelmus de Maringas. S. Eldinus de Glana. S. Artaldus de Castello. Vuillelmus, presbiter. Rainaldus, presbiter. Beraldus, presbiter. S. Bernardus Vicarius et S. Vuillelmus, filius ejus. S. Artaldus de Faveriis. S. Agete et Girardus, filius ejus. S. Ugo de Sancto Prejecto. S. Lambertus. S. Gerardus. S. Vuichardus, Jotcerannus, Ugo, Ilionus et uxor ejus et filii eorum. Ragnerius clericus vicie cancellarii rogatus scripsit publice. Actum Varennis, regnante Henrico rege. Eldevrannus. Albertus. Engelbertus.

(*Au dos :*) Carta Artaldi de ecclesia Varennis.

« Testes : Ugo de la Bargia, Artardus, Gerardus, Rotlannus, Vuillelmus, Eldinus de Glana, Artaldus et Artaldus de Castello, Rainaldus. Actum Varennas, regnante Heinrico rege. Regnerius scripsit. »

[1] [Lisez *manso*. On remarquera que la barbarie du latin de cette charte dépasse beaucoup par endroits celle des actes du même temps.]

[2] Économe. Voyez Du Cange v° *Paramonarii*.

2875.

CHARTA QUA ERMENAUT DAT IN DOTALITIO ET SPONSALITIO SPONSÆ SUÆ ROTRUDI TERTIAM PARTEM FRATERNITATIS IN VILLA A NOALAS.

(Bibl. nat. cop. 21-191.)

Dilectum multum adque amabile viro meo, ego sponso Ermenaut sponsa mea Rotrudi. Pro amore et bonevolencia et per consilium parentum meorum amborum tibi exponsavit, et si Deo placuerit legitimum sociare volo. In pago Matisconense, in agro Potiaco, in villa resedit a Noalas, dono vobis de la mea fraternitatem qui de patre et matre me advenerit, la terciam partem tibi dono, de campo, de prado, de pascuis, de vineis, de silvis. Dono vobis in exdotalicio, ex in esponsalicio[1]: in tali tenore, si de nos natus exierit, ad illum pervenit; et si de nos natus non exierit, quandiu vivimus usum et fructum, et post suum dicessum a propincos pervenit. Et si nullius hominum est, qui exdotalicio comtradicere volerit, duas huncias d'auro componat. S. Ermenaut, qui exdotalicio fierit et firmare rogaverit. S. Bernart. S. Rofredus. S. Costantinus. S. Girodus, S. Stefredus[2]. In mense kalendas sedtember, in die regnad Einricus. 1031-1060.

2876.

CHARTA QUA ARLUINUS ET UXOR EJUS ODILA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS IGGIACO ET DOMANGO.

(Bibl. nat. cop. 21-192; B. h. 233, CCXXXV.)

In nomine summi Dei. Ego Arluinus[3] et uxor mea Odila, donamus 1031-1060

[1] [Lisez *in dotalicio et in sponsalicio*. Le rédacteur nous semble avoir formé *exdotalicium* sur *esponsalicium;* cette charte offre un mélange curieux de latin barbare et de langue vulgaire, *la mea, d'auro*, etc.]

[2] [Lisez *Siefredus*.]

[3] Le cartulaire renferme un préambule qui manque ici: « Quisquis illius terræ de « qua Psalmographus ait heres cupit effici: « Credo Domini dona videre in terra vi-« ventium »; hanc quam pedibus calcamus « pro Christo dare non dubitet, ut audire « valeat illud dominicum verbum: « Venite, « benedicti, etc. Unde ego Arluinus, etc. »

Deo et Sancto Petro, ad locum Cluniacum, aliquid de nostra hereditate, que sita est in pago Matisconense, in villa Iggiaco, hoc est terciam partem unius curtili, et in alio loco alium curtilum integrum, qui terminat a mane terra Sancte Mariæ, de omnibus aliis partibus terra Sancti Petri. Et in alio loco tres perticas in latum de terra plana, et in longum quantum ipsa terra tenet, et in alio loco duas perticas in latum, et in longum quantum ipsa terra tenet; guerpivi etiam aliam terram que sita est in Aliniaco; et[1] in alio loco dono unam petiolam de bosco in Rogiaco[2] vocat. Ut autem firma sit ista donatio, manu propria firmo et presentibus firmandam trado. Et donamus etiam in Domango villa quinque perticas de terra plana. S. Arluini et uxoris sue Odile. S. Riculfi. S. Vulardi. S. Arnaldi. S. Duranni. Actum Cluniaco publice, regnante Heinrico Francorum rege. Interdico itaque ut nulli detur in benefitio.

(*Au dos :*) Carta Arluini in Iggiaco.

2877.

CHARTA QUA CHOTARDUS ET UXOR EJUS GIRBERGA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN MONTE MONCANINO.

(B. h. 374, CCCLXXVI.)

1031-1060. Divina pietate largiente sancitum est, ut de terrenis rebus celestia adquirere debeamus. Quapropter, in Dei nomine, ego Chotardus et uxor mea Girberga donamus Deo et Sancto Petro et Sancto Paulo, ad locum Cluniacum, unum curtilum situm in monte Moncanino; et terminatur de duabus partibus terra Sancti Petri, a certio via publica. Si quis vero hanc donationem calumpniatus fuerit, auri libra[3] III componat, et postea firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. S. Attonis. S. Warnerii. S. Rotrudis. S. Warnerii. S. Wiberti. S. Tetfredi. S. Ebrardi. S. Huulardi. Regnante Heinrico rege.

[1] [La copie de l'original porte ici *ut*, sans doute par inadvertance.]

[2] Le cartulaire porte *Rogio*.

[3] [Lisez *libras*.]

2878.

CHARTA QUA HUGO ET CONSANGUINEUS EJUS TETBALDUS VENDUNT AIMIRICO, COGNOMINE BERTINO, QUANDAM DESERTAM SALINAM IN MARISCO QUI NUNCUPATUR SCALA.

(B. h. 487, CCCCXC; B. h. 56.)

Ego, in Dei nomine, Hugo pariterque Tetbaldus, consanguineus meus, vendimus Aimirico, cognomine Bertino, quandam desertam salinam, in qua jam enim[1] fuerunt areę LX[a], que vocatur Adalgardis; et ille emit de nobis C solidos, edificaturus eam in tantis areis, quante jamdudum fuerunt. Est autem ipsa terra in pago Alnisii, in marisco qui nuncupatur Scala. Ipsaque terra vocatur nomine Adalgardis; et ex parte orientis est sibi superposita salina quę nominatur Noveta Johannis Vernoriensis, et inter duas illas est exterius maris per quem sunt ambe adequatę; et ex parte occidentis subditur illi Ormisal altera salina, et ex parte aquilonis est salina quę vocatur Ebonis, et ex parte meridiei est alter exterius, et quedam salina quę vocatur Marolio. Et hanc prefatam terram totam liberam, excepta decima[2], trado atque omnino vendo, quatinus habeat et teneat, faciatque quicquid voluerit, nemine contradicente. Et si quis ex nostris heredibus vult insidias aut aliquam calumpniam huic venditioni imponere voluerit, maledicat illum trina majestas et una deitas. Et tandem si nimis optet habere terram, componat quadringintos solidos, et habeat cum ea maledictionem Dei. Ego Hugo propriis manibus verboque super et supter hanc cartam firmo, et circumstantes firmare rogo. Et Tetbaldus simili modo firmat[3]. S. Achardi Vuigerii. S. Aalmodis, uxoris ejus. S. Aimirici, filii eorum. S. Galonis et Otgerii, filii ejus. S. Aelelmi Albanellis. S. Adalgardis, uxoris ejus. S. Lantberti Bastardi. S. Unberti Sutoris. S. Benaventi presbiteri. Ainricus[4] levita scripsit mense septembri, regnante Heinrico rege Francorum. 1031-1060.

[1] [B. h. 56, *olim.* Cette seconde copie est incomplète de la date.]

[2] [B. h. 56 ajoute : *sibi.*]

[3] [B. h. 56, *et Petrus filius illius, et Willelmus, Ugonis nepos.*]

[4] [B. h. 56, *Aymericus.*]

IMPRIMERIE NATIONALE.

2879.

CHARTA QUA WIDO NOTUM FACIT SE QUERELAM QUAM FACIEBAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE VERTRE ET DE OMNI TERRA SIBI ADJACENTE WERPIVISSE.

(B. h. 498, DI.)

1031-1060. In nomine summi et ęterni Dei. Noverint cuncti [fideles], presentes et futuri, quod ego Vuido vuerpitionem facio de illa querela quam habebam contra monachos Clunienses de Vertre et de omni terra sibi adjacente, quam illis querelabam, ut habeant ab hac die et deinceps absque ulla mei et heredum meorum vel parentum contradictione. Accepi autem ab ipsis monachis pro hac re xxx[ta] solidos, et partem et societatem de omnibus benefactis eorum, et locum sepulturę mihi et uxori meę Adalaiz. Ut autem hęc carta permaneat, manu propria firmo, testibusque roborandam trado. S. Widonis, qui fieri et firmare rogavit. S. Gaufredi. S. Leotaldi. S. Eldini. S. Drogonis. S. Udolrici. Acta sunt hęc mense octobri, dominica die, luna xvi, regnante Heinrico rege.

2880.

CHARTA QUA GAUFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM VINEASQUE ET SERVOS IN VILLIS POTIOLO, BRINANTISQUE ET IN MONTE COARDO.

(A. a. 182; B. o. 791, DCCLXXXVI [1].)

1031-1060. Dominus dicit in Evangelio : « Cum facis elemosinam, nesciat sinis« tra tua quid faciat dextera tua[2], quia sicut aqua extinguit ignem, ita « elemosina extinguit peccatum. » Ego Gaufredus, cogitans mole[3] peccaminum meorum seu fratris mei Hugonis[4] vel parentum nostrorum, cupio dare aliquid de rebus meis ad domum Dei, videlicet ad monasterium Cluniacensi, pro anima fratris mei Hugoni, videlicet unum mansum cum ancilla et filiis et filiabus ejus. Et est situs ipse mansus

[1] C'est cette seconde copie que nous publions ici, en faisant connaître les variantes de la première.

[2] [*Matth.*, vi, 3.]

[3] [Lisez *molem.*]

[4] A. a 182, *Ugonis.*

in pago Matisconense, et in fine Saviniense[1], et in villa quę dicitur Potiolus, totum ad integrum et ad inquirendum, ipsum mansum dono Sancto Petro et rectoribus loci illius pro sepultura fratris mei; et omnia quę ad ipsum mansum pertinent, hoc sunt campi, prati, silvis : et in alio loco, in villa quę dicitur Brinantis, dono unam vineam cum campo quod est juxta ipsam vineam; et eandem vineam tenet Johannes : et in alio loco, in monte scilicet Coardo, aliam vineam, et tenet eam Auvardus[2]. Et quod si ego, aut post mortem meam aliquis de heredibus meis vel alius aliquis calumpniam inferre presumpserit, maledictus sit cum Datan et Abiron, et cum Juda traditore Domini. Data per manum Aymoni[3] monachi, II kalendas septembris, regnante Aynrico rege.

2881.

CHARTA QUA BERNARDUS GROSSUS NOTUM FACIT SE CONSUETUDINES QUAS HABEBAT IN VILLA MONTINIACO SERVUMQUE MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE.

(B. h. 263, CCLXV.)

Quia multociens refrigescente karitate et habundante iniquitate, 1031-1060.
posteri bene gesta priorum cupiditate avaricię vel causa penuriæ ducti evertere conantur, placuit juxta antecessorum statuta quę in presenti fieri videmus, ne in posterum futuros lateant, litterarum vinculis alligari. Igitur notum presentibus et absentibus sit, quod Bernardus, cognomento Grossus[4], consuetudines quas habebat in uno manso, in villa quę dicitur Montiniacus, quam Theudinus tenet, pro animę suę filiique sui uxorisve omniumque suorum parentum salute, Deo et sanctis apostolis ejus verpivit. Insuper cartam fieri quoque jussit quam ipsemet manibus propriis firmavit et super altare beati Petri eam posuit. Donat etiam quendam servum, nomine Muntelmum, cum suis infantibus. Si quis forte heredum vel coheredum meorum, quod tamen nunquam credo futurum, contra hanc donationem aliquam inferre temptaverit calumpniam, non repetat quod querit, sed nisi cito resi-

[1] A. a. 182, *Saviniacensi.*
[2] A. a. 182, *Auranus.*
[3] A. a. 182, *Aimonis.*
[4] [Voy. ci-dessous, au 18 nov. 1039.]

puerit, anathematis vinculo subjaceat. Actum est Cluniaco. Et nostra donatio semper rata et inconcussa consistat. Acta rege Einrico regnante.

2882.

CHARTA QUA GIRBERTUS ET FILIUS EJUS ANSELMUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA SACIACO.

(B. h. 318, CCCXIX.)

1031-1060. Cum omnia orta occidant, auctaque senescant, temporalia quoque more aquę fluentis, non retrorsum ultra undam dilapsam retorquentis celeri lapsu inreparabiliter defluant, preclaraque facies, honor, mundiales glorię, precipue divitiæ instabiles, preter hoc vis corporis aliaque hujus modi brevi lapsu in dies dilabi videantur, utile pretium est animam autem aut Domino ęterna exercitatione virtutum, aut contagione peccatorum infectam munificentia helemosinarum reddere preclaram, terrena pro cęlestibus commutare, cęlestia pro terrenis impetrare, sua pauperibus pro Christi amore factis caritative impendere, ut eorum orationibus adipisci regna mereatur cęlorum possidere. Quapropter notum omnibus tam presentibus quam absentibus esse volo, quod ego Girbertus et filius meus Anselmus, dominici dicti quo ait non immemores : « Date helemosinam », multaque hujusmodi precepta nobiscum reputantes, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro remedio animarum nostrarum, seu parentum nostrorum, curtilum unum qui est situs in pago Matisconensi, in villa quę dicitur Saciaco, qui de duabus partibus terminatur de ipsa hereditate, de aliis via publica. Similiter et vineam unam quę terminatur de ipsa hereditate inter curtilum et vineam via publica, et pratum et omnia queque ad ipsum curtilum pertinent. In tali conventu, ut quandiu filius meus vixerit, medietatem teneat et possideat, et post suum discessum ad supramemoratum locum perveniat. Et si quis de heredibus nostris forte hanc calumpniare voluerit, excomunicationis anathemate anathematizamus eum, et fiat habitatio ejus cum Datan et Abiron. S. Girberti, qui fieri et firmare rogavit. S. Anselmi,

filii ejus. S. Rotlanni. S. Berengerii. Est autem facta hæc carta mense octobri, feria IIII, regnante Heinrico rege.

2883.

CHARTA QUA ODILO, ABBAS CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT SE TERRAM QUAM GIRBALDUS PRESBYTER MONACHIS DEDERAT, AIÆ ET FILIIS EJUS PER PRÆSTARIAM CONCESSISSE.

(B. o. 592, DLXXXVIII.)

Notum sit omnibus filiis sanctę ęcclesię, tam presentibus quam futuris, quod veniens quidam presbiter, nomine Girbaldus, ad conversionem, ad locum qui vocatur Cluniacus, dicatum summo honore sanctorum Petri et Pauli apostolorum, contulit eodem loco aliquam partem ex hereditate quam sibi juste adquisierat, hoc sunt prata, campi, vineę, silvę, aquę, aquarumque decursus, totum ad integrum supradicto dedit loco. Facta est autem hęc donatio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.XXXII, indictione XV, feria V, infra paschalem ebdomadam[1]. Evolutis autem tribus mensibus post peractum hujus donationis testamentum, adiit quędam nobilis femina, vocabulo Aia, denominatum locum, et venit in presentiam domni Odilonis atque aliorum seniorum, et petiit ab eis ut terram quam predictus presbiter Girbaldus illis dederat per prestariam sibi concederent. Cujus petitionibus assensum prebentes, denominatam hereditatem sive prestariam, acceptis ab ea XL solidis et uno mulo valente pretium C solidorum, adjuncto uno bancale, [dederunt]. Faciunt autem hanc donationem eo modo atque ratione, ut quandiu predicta femina et filii sui vixerint, Bernardus atque Gaufredus, teneant et possideant; post discessum vero illorum, hoc quod eis datum est, et totum quod ipsi juxta hęc adquirere potuerint, Sancto Petro dimittant, et omni anno, in festivitate ipsius, III solidos in censum persolvant, et si aliquo anno dimiserint, duplicatum restituant in secundo. S. domni Odilonis abbatis, qui hanc cartam fieri et firmare precepit. S. Rotberti prioris. S. Almanni. S. Armanni. S. Jozaldi. S. Gilini. S. Petri levitę.

1032 (6 avril et juillet).

[1] Cette date correspond au 6 avril 1032.

2884.

CHARTA QUA BERLIO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI GERMANI IN INSULA INTER BULBURUM ET CARUSIUM SITAM.

(B. o. 788, DCCLXXXIII[1].)

1032 (avant le 6 septembre).

Divina pietate largiente concessum est legumque auctoritate sancitum, ut unusquisque fidelium de rebus transitoriis æterna valeat mercari, dicente Scriptura : « Divitiæ viri redemptio animæ ejus sunt; » et alibi : « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis. » Ego igitur, in Dei nomine, Berlio, mundi terminum ruinis crebrescentibus appropinquantem cernens, et magnitudinem peccatorum meorum recogitans, dono aliquid de rebus meæ proprietatis Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ac monachis Cluniaco cœnobio degentibus, quod monasterium est situm in pago Matisconensi, consecratum in honore Dei ac predictorum apostolorum, cuique preest domnus Odilo venerabilis abba. Ipsę vero res sunt sitæ in pago Viennensi, in agro Corsoriacense, in Insula sitam inter Bulburum et Carusium[2], hoc est æcclesiam in honore sancti confessoris Germani dicatam, cum appendiciis suis, scilicet decimis, oblationibus, et sepulturis, seu terris, quicquid est quęsitum vel quod restat inquirendum, totum ad integrum dono atque transfundo, a die presenti et deinceps, in stipendio et alimonia Christi servorum in prefato loco Deo servientium, pro remedio animę meæ, seu patris mei ac matris, uxoris etiam meæ Ildeardis, ac filiorum meorum Arberti et Artaldi, qui in hac donatione consentientes sunt, et insuper pro salute omnium Christi fidelium, tam vivorum quam defunctorum. Si quis vero, quod futurum non credo, ego ipse aut ullus de heredibus vel coheredibus meis, seu aliqua opposita vel intromissa persona, contra hanc donationem ali-

[1] Cette pièce a été publié par Baluze, *Hist. de la maison d'Auvergne*, t. II, p. 44. Pour la date que nous lui donnons, voyez la charte suivante.

[2] Voy. tome II, charte 1508, et tome III, chartes 2465 et 2466; le don de l'église de Saint-Germain par Berlion compléta les possessions de l'abbaye dans l'Isle-d'Abeau.

quam calumpniam aut litem inferre temptaverit, primitus iram Dei omnipotentis et offensam apostolorum ejus incurrat, parsque ejus fiat cum Datan et Abiron ac Juda traditore Domini; insuper eum fiscali cogente censura, auri libras x coactus exsolvat, et hęc donatio firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Berlionis militis, qui cartam istam fieri et firmare rogavit. S. Ildeardis, uxoris ejus. S. filiorum ejus Arberti et Artaldi. S. Leodegarii, Viennensis archiepiscopi. S. Aimonis, Belensis episcopi. S. Alamanni, prepositi Viennensis. S. Aimonis canonici. S. Dadonis. S. Witfredi militis. S. Milonis. S. Geraldi. S. Sofredi. S. Anselmi. S. Duranni archipresbiteri.

2885.

CHARTA QUA AYMO, BELENSIS ECCLESIÆ EPISCOPUS, NOTUM FACIT SE, PER CONSENSUM CANONICORUM SUORUM, ECCLESIAM SANCTI GERMANI IN INSULA, IN VIENNENSI PAGO PRO ALIA IN VILLA CARENCIACO, IN GRATIANOPOLITANO PAGO CUM BERLIONE MILITE PERMUTASSE.

(B. o. 789, DCCLXXXIIII[1].)

Notum sit omnibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Aymo, sanctæ æcclesiæ Belensis episcopus, per consensum et voluntatem fratrum nostrorum canonicorum seu ceterorum amicorum nostrorum, hanc prefatam æcclesiam quę juris nostri esse videbatur, domno Berlioni commutavimus, percipientes ab ipso aliam ęcclesiam cum suis appendiciis, in pago Gratianopolitano sive Salmoniacense sitam, et in honore sanctorum Gervasii et Prothasii dicatam, in villa quę Carenciacus vocatur; tali ratione ut quamdiu ipse et uxor ejus vixerint teneant et possideant, preter altare quod in vestitura in presenti accepimus. Post obitum vero utrorumque, ad sanctæ matris æcclesiam Belensium, absque ulla calumpnia perveniat sine mora. Ut autem hec amabilis commutatio perpetuum valeat vigorem obtinere, centum solidos a domno Berlione noverit plebs nos percepisse. Ego

1032 (avant le 6 septembre).

[1] Cette pièce est le complément de la précédente. Berlion était sans doute de la famille des vicomtes de Vienne.

frater Gausbertus levita et monachus hanc cartam scripsi rogatus, ad vicem cancellarii, anno incarnationis Dominicæ millesimo XXXII, regnante Rodulfo rege.

2886.

CHARTA QUA ADALVUIDIS, CUM CONSENSU MARITI SUI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA QUAM VOCANT COLONICAS ET MANCIPIA.

(Bibl. nat. cop. 21-216; B. o. 601, DXCVII.)

1032, octobre.

Divina pietate largitumque humanitate sanctitum est, ut homo ex propriis rebus quas Domino donante percepit, eodem Domino pro redemptione anime sue reddere debeat. Quapropter ego, in Dei nomen, Adalwidis reminiscor peccatis meis preteritis, dono aliquid ex rebus propriis, ad locum Cluniaco, qui est constructus in honore apostolorum Petri et Pauli, necnon et plurimorum sanctorum, ubi domnus Odilo abbas preesse videtur ad regendum : hoc est mansus qui est in villa quam vocant Colonicas, cum campis, vineis, silvis et omnibus suis ajacenciis que ad ipsum mansum aspiciunt vel aspicere videntur; dono pro redemptionem anime mee et seniori meo Stephano. De mancipiis vero dono his nominibus, Engalbert[1] cum infantibus suis et Raina[2]. Si ergo[3] ulla persona emissa qui hanc donacionem calumpniare presumpserit, non vindicet quod repetit, cum Dathan et Abiron et Juda traditore, et cum eis qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis, scientia via« rum tuarum nolumus », sit cum eis perpetualiter dampnatus et anathematizatus, usque incidat in laqueum diaboli maledictus et excommunicatus. S. Adalwidis, qui fieri et firmare rogavit. S. Stephano de Gridilongi, qui uxori sue consensit. S. Ailmodis. S. Adalasia. Datavi ego Andraldus presbiter in mense octobri, in die veneris, regnante Enrico[4] rege anno II.

(*Au dos :*) Carta de Colonicas, de hoc quod donavit Adalwidis.

[1] B. *Engelbertum.*
[2] B. *Rainaldum.*
[3] B. *vero.*
[4] B. *Heinrico.*

2887.

CHARTA QUA RICHARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA BESORNIACO.

(Bibl. nat. cop. 21-218; B. o. 713, DCCVIIII.)

1032, 20 juillet, à 1033, 19 juillet.

Amator humane salutis et a[u]ctor[1] Deus cernens nostre conditionis mutabilitatem [semper in ima delectari,[2]] divine sue pietatis intuitu studet omnimodis fragilitatem nostram convenire, quatinus bonorum operum et elemosinarum virtutibus conemus pregravantia peccatoris pondera levigare, amonet nos his verbis, dicens: « Date helemosinam « et omnia munda sunt vobis ». Quapropter noverint cuncti fideles, quod ego Richardus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et Cluniensis cenobio famosissimo, cui preesse videtur domnus abba Odilo, videlicet unam vineam que sita est in pago Matisconense, in agro Arniacense, in villa Besorniaco; terminat autem ipsa vinea a mane terra Gouceranni, a medio die terra Sancti Petri, a sero terra Bernardi, de alia parte terra Constancii. Dono etiam ipsa vinea totum et integrum quantum infra istas terminaciones habere videretur, pro remedio anime mee et parentum meorum; eo tenore, ut quamdiu vixero, possideam et unoquoque anno investituræ[3] IIII sextarios de vino persolvam. Post meum discessum ad jam dictum locum perveniat. Si quis vero contra hanc cartam aliquid temptaverit, perpetue maledictionis et excommunicationis vinculis sit ligatus cum Juda traditore in profundum inferni, et jam dicta donacio stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Signum Richardi, qui hanc donacionem et cartam fieri et firmare rogavit. S. Bernardi. S. Artardi. S. Gislardi. S. Ermenberti. S. Aremberti. S. Bernardi. S. Girbaldi. S. Atto. S. Almerada[4]. Actum Besorniaco villa, anno II regnante Aynrico rege feliciter. Amen. Ego Eldulfus sc[r]ypsit.

(*Au dos:*) Richardo in Besorniaco.

[1] La copie de Lambert de Barive porte à tort : *actor.* — [2] [Mots tirés de B.] — [3] [B. *in vestitura.*] — [4] B. *Aimerade.* La fin manque dans B.

IMPRIMERIE NATIONALE.

2888.

CHARTA QUA ROBERTUS BURGUNDIONUM DUX POSSESSIONEM JULIACI MONASTERIO CLUNIACENSI CONFIRMAT.

(B. o. 78, LXXVI[1] et 83, LXXXI[2].)

1032-1039. Ego Rotbertus, Domini gratia dux Burgundionum, filius pię

[1] Cet acte a été publié dans le *Gall. christ.*, t. I, instr. p. 94, «ex schedis Eust. Davesme»; et dans le *Rec. des hist. de Fr.*, t. XI, p. 612, d'après le *Gall. christ.*

[2] La seconde copie n'est qu'une analyse de la première qui est l'acte solennel; toutefois nous croyons devoir la donner ici en note, à cause des détails particuliers qu'elle renferme :

«LXXXI. *Rotbertus rex* (lisez *dux Burgundiæ*) *laudationem et roborationem de Juliaco.* — Æternę vitę gaudia adire conantibus cęlestisque patrię splendidissimis ępulis affatim perfrui cupientibus, prestat inter cętera optimarum virtutum opera, justitię et veritatis ac misericordię, hujus rei gratia adipiscendę, dare pro posse operam. Quod tunc procul dubio bene nos cępisse facere crediderimus, si matris ęcclesię res seu possessiones veluti dilecti filii studuerimus augmentando custodire ac tueri. Insuper etiam nostra quęque fient omnino potiora, cum peculiaris ipsius Dei causa nostro juvamine viguerit fida pace secura. Idcirco igitur ego Rotbertus, regis Rotberti filius, ac regis Heynrici filii ejus germanus, Dei miseratione Burgundię dux, volo universis presentibus et futuris perspicuum fore, quoniam veniens ad nostrę cohortis censuram, abbatum venerabillimus, domnus videlicet Odilo, Cluniacensis monasterii cunctorum sanctissimi, detulit prestantissimę liberalitatis idoneas cartas quas ad predictum locum Cluniacum olim fecerat Manasses, Arelatensis archiepiscopus, ex hereditate quę ei ab avis atque suis progenitoribus provenerat, ob amorem cęlestis patrię, Juliacum scilicet dans cum omnibus omnino integerrime appendiciis suis; sed per succedentia temporum curricula, frigescente karitate, humanaque exardescente cupiditate, contigit eandem hereditatem a dominio predicti monasterii per vim secularis potestatis separari. Tandem postmodum, justę quęrelę studentibus ac reclamantibus, reformata est sua rectitudo monachis per Ottonem comitem, cognomento Willelmum, necnon per Rainaldum comitem, ipsius filium, jussu tamen atque auctorita[te] regis Rotberti, patris mei, cum consensu etiam ac voluntate Hugonis, Cabillonensis comitis, cęterorumque virorum nobilium utriusque militię, utpote dum sua restituentes jure poscentibus, si quid haberent ipsi exinde, seu aliqui homines per illos gratanter insuper reddiderunt, ac deinceps, ut illorum descriptiones testantur, absque ullius contradictionis calumpnia, cum omni quiete ac securitate a servis Dei illam possideri voluerunt. Quod ego certissime verum per omnia esse comperiens, illorum red-

recordationis Rotberti, regis Francorum, volo ut sciant nostri fideles qui nunc sunt et qui post nos futuri sunt, hujus regni duces et presules, principes et proceres, et omnes utriusque ordinis nominis Christi cultores, quia venit ante presenciam nostram et duorum Hugonum, Autisiodorensium et Linguonensium venerabilium episcoporum, et multorum nostrorum fidelium, nostrę salutis et honoris, fidelis et devotus amicus, Odilo videlicet, Cluniensis monasterii presbiter et monacus, cum quibusdam ejusdem monasterii bonę opinionis fratribus; in quorum obsequio et solatio adfuit etiam domnus Alinardus, monasterii benignissimi martiris Benigni abbas venerandus, deprecantes ut audirem quo ordine antecessores illorum adquisierunt locum Juliacum, in comitatu Cabilonensi situm, cum æcclesia in honore beati Mauricii consecratam, et ceteris terris, cultis et incultis, ad ipsum locum pertinentibus, et qua occasione, neglegentia principum et violentia quorumdam hominum inimicorum, Aldonis videlicet et heredum illius, perdiderunt, et quo studio et quorum auxilio et benivolentia recuperaverunt. Ordo requirendi inprimis fuit donatio et oblatio, et liberalis, quando Manasses[1], archiepiscopus Arelatensis, postea Mediolanensis, obtulit et dedit supradictum Juliacum Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, Cluniaco monasterio, et fratribus inibi per cuncta succedentia tempora Deo servientibus. Fuit enim idem Manasses ex majoribus et nobilioribus proceribus Burgundię natus, patre Warnerio, matre vero Teutberga, ex quorum hereditario jure locus supradictus ei successit in hereditate. Audistis ordinem adquirendi; audite occasionem perdendi. Fuerunt quidam pervasores, qui calumpniam et violentiam intulerant supradicti monasterii fratribus. Qui, veniente duce Magno Hugone Francorum in regno Burgundię, timentes quod supradicti monachi deberent reclamationem facere,

ditiones atque descriptiones laudo ac roboro, et per hanc presentem descriptionis cartam perpetualiter predicto abbati cum omnibus suis monachis in Dei honore sanctique apostolorum principis Petri possidere concedo in successione abbatum ejusdem loci ęterna. Et ut firmitatis vigorem semper obtineat, manu propria illam firmo ac ceteris firmandam impero. »

[1] Voy. le numéro 726 (948).

prevenientes eos fraude, suaserunt duci quod ex beneficio illius deberent possidere predictum locum Juliacum. Sed dux, audita nobili et festiva episcopi Manase donatione, et justissima monachorum reclamatione, non curavit de suasionibus satellitum, sed pro sua clementia restituit supradictum [locum] Deo et principibus apostolorum ad sustentationem Cluniensis cœnobii monachorum. Quo decedente, supradicti pervasores et eorum heredes insurrexerunt, et calumpniam et violentiam iterum supradictis monachis intulerunt, usque dum Otto, cognomento Willelmus, Sancto Petro restituit et reddidit[1]. Et quia cognovit se, ex parte ducis Heynrici, Juliacum locum injuste adquisisse beneficium, rogavit ipse domnum regem Rotbertum ut in hac sua redditione et donatione assensum preberet, et ex sua parte Deo et sanctis apostolis donaret et redderet. Quod factum est, et pii regis benigna clementia, et boni principis pia benivolentia; et ut injusta violentia diu illata supradictis monachis omnino cessaret, et perpetuo irrita fieret, calumpniatoribus supradictarum rerum idem comes Willelmus, pro eo quod injuste tenebant, aliud eis dedit beneficium, videlicet pro terris terras, et insuper a monachis non parvas acceperunt pecunias. Postea vero Willelmo et Rainaldo filio ejus precipientibus, [i]idem ipsi calumpniatores iterum aliud receperunt beneficium, et apud Divionense castrum, omnem suam calumpniam deposuerunt, et ut ita dicam, sollempnem et publicam werpitionem fecerunt, coram omnibus principibus et senioribus qui aderant, sponte et voluntarie. His ita gestis, audiens supranominatus dux Rodbertus jam dictum locum Juliacum a possessore suo Manasse archiepiscopo sanctis apostolis Petro et Paulo et fratribus Cluniensibus destinatum et legali testamento confirmatum, et auctoritate regali corroboratum, et calumpniam supradictorum hominum tociens anulatam et evacuatam et ad nichilum redactam, precipiendo precepit, cum consilio fidelium suorum, ut deinceps, supradicti fratres jam dictum locum Juliacum cum omni securitate teneant et possideant, et ut eis placuerit ordinent. Si

[1] Voy. au tome III, la charte n° 2736 (1020 environ).

quis eis, (quod absit!) calumpniam inferre temptaverit, nisi cito resipuerit et congrua satisfaccione emendaverit, sciat se et mundanis legibus obnoxium et celesti propitiatione indignum. Et ut hęc noticia firmum tenorem obtineat, domnus dux Rotbertus manu propria firmavit ac corroboravit, et ut alii firmarent, jussit et rogavit. S. Hugonis, Autisiodorensis episcopi. S. Hugonis, Linguonis episcopi. S. Hugonis, ducis filii, bonę indolis pueri. S.. matris ejus. S. Odulrici decani. S. Ansculfi clerici. S. Arlei clerici. S. fratris ejus Milonis. S. Widonis. S. Unberti. S. Teoderici. S. Rainaldi. S. Bernardi. S. Aldigerii. S. Wileni. S. Araldi.

2889.

CHARTA QUA GELEVERTUS ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA SCOCIA, ET DIMITTUNT EMENDATIONEM PRO MORTE HUMBERTI, FILII EJUSDEM GELEVERTI.

(Bibl. nat. cop. 21-162; B. o. 598, DXCIIII.)

In nomine Verbi incarnati. Sciant cuncti fideles sanctæ Dei ecclesiæ, quod ego Gelevertus, et filii mei, videlicet Durannus et Constancius, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo habitatoribus[que] Cluniacensibus, ubi[1] domnus Odilo magis videtur prodesse quam preesse, unam vineam que sita est in villa quam nominant Scociam, totam et integram, cum omnibus appendiciis que in circuitu ejus sunt. Dimittimus quoque mortem fratris nostri Humberti, eo tenore ut me Gelevertum recipiant in cymeterio loci supra nominati. Facimus [autem] hanc donacionem vel werpicionem pro animarum nostrarum ac parentum remedio[2]; insuper dedimus firmatores[3] per manum domni Warnerii prioris, hos: Constabulum, Richelmum, Durannum, Constancium, ut ne[4] nos nec ullus homo sit in damnum contra alium hominem pro morte fratris nostri; sin alias, unusquisque solvat solidos C. Quicumque hanc firmacionem vertere[5] voluerit, nisi cito re- 1032-1048.

[1] B. *quibus.*

[2] [B. place en cet endroit la phrase qui se trouve ici après la date.]

[3] [B. *fidejussores.*]

[4] [Lisez *nec.*]

[5] B. *divertere.*

sipuerit, sit visurus[1] infernum cum diabolis et Juda traditore Domini, et inantea stabilis maneat. Sig. Geleverti cum filiis suis[2].

Actum Cluniaco feria VI, in Parascheve[3], regnante Eynrico rege. Omnia ergo convenientia atque servitia quæ post mortem Humberti habebamus recepta dimittimus.

(*Au dos :*) Gislaberti in Scotia.

2890.

CHARTA QUA HUGO, ARCHIEPISCOPUS VESONTINENSIUM, CONCEDIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DECIMAS MONASTERII VALLIS JUXTA POLINIACUM.

(Bibl. nat. cop. 22-32; B. o. 39, XXXVIII[4].)

1032, 24 juin. Cum cosmi decidentis variante procella firmitatis moderamine solidantur aliqua, rationis intime exposcit norma, quo rei veritas denotetur per apicum signa ut futurarum litium comprimantur machinamenta. Cujus rationis ordo in sancte ecclesie statu custodiendo congruit maxime in qua ea que aguntur perpetua permansura sunt stabilitate, ut eis qui pro redimenda scelerum enormitate misericordie opera adimplentes sua Christi offerunt sponse, hec eadem in eternum profitiant pro adipiscenda eterna retributione. Nam in Testamento veteri, jubente Domino per Moysen, alii lapides pretiosos, alii aurum, alii coccum bis tinctum, alii jacinctum et multa alia obtulisse leguntur ad cultum tabernaculi, quo pontificum ac sacerdotum hinc vestes fierent opere mirabili : quatinus offerentibus Dominus propitiaretur illorum placatus intercessione supplici. Sacerdotes enim et levite ministrantes in Domini templo, inter ceteras tribus nequaquam perceperunt sortes suas jure hereditario, eo quod ipse Dominus pars esset eorum pro hereditatis titulo, sed ex fidelium oblatione viverent sedulo, quatinus legalium victimarum exercitio, et divine contemplationis liberius insis-

[1] B. « mansurus in infernum. »

[2] B. porte : « S. Geleverti et filiorum « suorum Duranni et Constantii, qui fieri et « firmare rogaverunt. »

[3] B. *Parascheven.*

[4] Cette copie est fort réduite par la suppression des formules et très défectueuse en plusieurs endroits.

terent studio. Denique postquam per Domini nostri Jesu Christi Salvatoris adventum, per patriarchas et prophetas figuris ac enigmatibus persignatum, et quod est clarius verbum predictum vera lux intime claritatis radiis orbem inlustrasset tenebrosum, idem Salvator sponsam ex omnibus gentibus sinagoga castiorem eligens in sanctitatis introduxit cubiculum, sicut dudum sapientissimus Salomon prophetavit in Canticis canticorum. Ipse autem homo et deus inter homines conversatus probitatis et veritatis seu justitie legibus predictam informavit sponsam, sanctam scilicet ecclesiam, quam proprio sanguine passionisque misteriis redemptam, resurrectionis gloria letificatam, ascensionis exaltatione sublimatam, primum apostolis, deinde episcopis per succedentia tempora commisit regendam. Qorum multi ferventi studio commissi regiminis jura fideliter studuerunt exercere, gregibusque fidelium, clericorum atque monachorum Deo sub abbatum jussione militantium sollicite preesse, donec karitate frigescente malisque fervescentibus in seculi nos fine pigritantes videmur surrexisse. Quapropter, o fratres coepiscopi, surgamus a somno, secundum preceptum apostoli Pauli, bonisque operibus insistamus studio laudabili, locaque sanctorum ubi uberius noverimus abundare gratiam spiritus sancti, quosque amplius perspexerimus misericordie opera sectari, eisdem largiori manu bona nobis commissa hilariter studeamus impertiri, quo eorum remunerationis mereamur participes fieri[1]. Proinde ego Vesontinensium archiepiscopus Hugo, intercedente Cluniacensium monachorum Odilone abbate precipuo, concedo predicto Cluniacensi cœnobio quod Deo dicatum est in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, altare monasterii Vallis, siti juxta castrum Poloniacum, in meo episcopio, tempore domni Walterii archiepiscopi, precessoris mei, constructi a principe Ottone, cognomento Wilelmo; et ut eorum dicioni perpetuo subjaceat exopto. Concedo etiam predicto monasteriolo Vallis, quod a domno Walterio prelibato in honore sancte Dei genitricis Marie constat consecratum, decimas et oblationes

[1] Tout le préambule précédent a été omis dans la copie de B.

et sepulturas, capellamque cum decimis et sepulturis seu ceteris elemosinis oblationum, de villa que dicitur Mediolanum; et in villa Madriaco capelle oratorium Deo in honore sancti Victoris martiris consecratum, et ejusdem ville decimas cum sepulturis et elemosinis oblacionum, eo pacto ut tempore sinodali de paratis et eulogiis quartam partem ejusdem loci rectores rectoribus Sancti Stephani exsolvant in posterum, quos actenus rectores æcclesie Poloniacensis de cujus parrochia noscitur fuisse, traduntur reddidisse per tempus preteritum. Obsecro autem [vos[1]] et obtestor cunctos successores meos, per Dominum, ut pro Dei amore sanctorumque apostolorum Petri et Pauli honore, hoc decretum a me factum inviolatum conservent, ne perhennis dampnationis incurrant periculum. Qui autem servaverunt perpetue mercedis percipiant donum. Addimus etiam ad cumulum hujus nostræ helemosinæ unam bagarnam in Grausono, ea scilicet racione, ut III modios salis pro ea in censum non negligant reddere successoribus nostris omni anno. Ut autem hoc nostræ auctoritatis testamentum inconvulsum ac inviolatum maneat in æternum, manu propria corroboro, sancteque æcclesie Chrisopolitane[2] canonicos ex more confirmare facio. S. Hugonis archiepiscopi, qui hanc cartam fieri jussit, et suis firmari precepit. S. Rozonis prepositi. S. Rotberti abbatis. S. Gibuini archidiaconi. S. Humberti archidiaconi. S. Radaldi abbatis. S. Vuidonis archidiaconi. S. Oddonis capellani. S. Husiconis. S. Rodulfi. S. Dudini presbiteri. S. Berchrini[3]. S. Vuidonis levitæ. S. Huldigisi. S. Alberici presbiteri. S. Rainerii decani. S. Dudini levitæ. S. Hisiconis subdiaconi. S. Euvrardi subdiaconi. S. Durandi[4]. S. Teoderici decani, qui et hanc cartam scripsit. Actum Chrisopoli[5], anno millesimo XXX^{mo} III° ab incarnatione Domini, in die festivitatis sancti Johannis.

(*Au dos :*) Hugo archiepiscopus Vesoncionensium, de capellis [et] decimis de Poliniaco.

[1] [Mot fourni par B.]

[2] L'*h* de ce mot est figurée par un accent rude grec Ͱ.

[3] B. *Bercherinus.*

[4] B. *Durannus.*

[5] [*Urbs aurea, id est Vesontio.*]

2891.

« PRIVILEGIUM A DOMINO ET GLORIOSO SANCIO, REGE HISPANIARUM, MONASTERIO « SANCTI SALVATORIS, QUOD VOCATUR ONIENSE, CONCESSUM. »

(Bibl. nat. or. 90; cop. 283-52[1].)

Sancius, gratia Dei, Hispaniarum rex, cum omnibus episcopis, 1033,
ducibus, comitibus, et obtimatibus in provinciis suo imperio subditis 27 et 30 juin.
degentibus, domino pape presidenti Sanctę Romanę sedi et apostolicę ęcclesię, et totius orbis archiepiscopis, episcopis, et omnibus ęcclesiastici ordinis, cunctisque populis christianis, prospera vite presentis et gaudia supernę felicitatis. Dum, nullo meo merito, sed solo gratuito dono et misericordia Dei, ad regni gubernacula perveni, regimen et curam, sollicitudinem et vigilantiam, tam ęcclesiasticarum rerum, quam secularium, michi esse commissas intellexi. De quibus omnibus Deo immortali regi et equissimo judici, rationem redditurum esse cognovi, pro bene dispositis premia recepturum, pro neglectis vero penas luiturum; et propter hoc, ingenti timore pressus, anxietateque magna sollicitatus, ad exorandam Domini misericordiam, me omni cordis intentione converti; pondus enim honeris michi impositi vires meas, intellectum et sapientiam excedere vidi, et idcirco, quod michi deesse sensi, hoc a Deo fore impetrandum dignum duxi, et in corde meo obtimum judicavi, et quoniam, ammonente appostolo in fide postulavi, et in oratione mea non esitavi, effectum meę istę petitionis, Domino concedente, accipere promerui et dispositionem totius regni, preeunte misericordia Dei, nobiliter ordinavi; et, ut notum est universo orbi, magna ex parte oppressa et expugnata spurcissima

[1] Cette pièce offre un curieux spécimen d'écriture espagnole, dite Wisigothique, du XI[e] siècle. Le monastère de Saint-Sauveur d'Oña n'est pas porté sur la liste des dépendances de Cluny insérée dans la *Bibliotheca cluniacensis.* Le sommaire que nous donnons ici est tiré de la pièce même, dont il forme le début. [Cette charte a été imprimée par Yepez, *Coronica general de la Orden de San Benito,* tome V, scriptura XLV, folios 467 et 468, avec des variantes et des additions que l'on trouvera ci-après. (Valladolid, 1615, in-fol.) Voyez aussi Moret, *Annales de Navarra,* I, 613.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

gente Agarenorum[1], decentissime fines nostrarum provinciarum ampliavi. Tandem itaque, respectu divine miserationis, omnibus occursibus malis et cunctis adversitatibus remotis, omniumque sacrilegorum hereticorum, quondam religiositatem patrię pestifere opprimentium, versuciis canonicali disciplina resecatis, incidit meę menti summa christiane perfectionis, quam Dominus juveni salvationem animę suę querenti demonstrans ait : « Si vis perfectus esse, « vade et vende omnia que habes, et da pauperibus, et habebis tesau- « rum in cęlo, et veni, sequere me[2]. » Quam perfectionem, dum imperio michi a Deo commisso deesse comperi, vehementer dolui. Nam ordo monasticus, omnium ęcclesiasticorum ordinum perfectissimus, tunc temporis omni nostrę patrię erat ignotus. Dum ergo assiduis precibus Deum exposcere[m], ut michi dignaretur auxilium prebere, ut id quod mente retinebam possem ad efectum perducere et perfectione monastice ordinis tenebras nostrę patrię illuminare; tandem, inspirante Deo, a prudentibus ac religiosis viris salubre repperi consilium, quibus referentibus, didici quia perfectionem hujus sanctę quam requirebam professionis nemo perfectius ostendere poterat, quam congregatio monasterii Gluniacensis, que eodem tempore, clarius ceteris monasteriis[3] Benedicti perfecta florebat regulari religione, auxiliante Deo et venerando abbate Odilone amministrante. Igitur, super hoc negotio accepi consilium ab omnibus episcopis nostris et obtimatibus, et unum ex nostris patriotis virum, quantum hominibus possibile est ad cognoscendum, religiosum, et timoratum, vocitatum Paternum cum devoto comitatu religiosorum sociorum misimus ad predictum Cluniacense cenobium, ut in ipso perfectionem monastice vite cognosceret ac disceret, qua sufficienter imbutus ad patriam nostram rediret et sitienti patria[4] nostrę potum monastice professionis propinaret. Quod donante gratia Dei, ut ordinavimus factum est. Nam isdem vir doctrinam disciplinę regularis cum suis sodalibus perfecte instructus, prospere ad nos reversus est. Quem primo doctorem monasticę vitę

[1] [Les Agaréniens, c'est-à-dire les Arabes.] — [2] [*Matth.*, XIX, 21.] — [3] [Yepez ajoute : *Sancti.*] — [4] [*Sic.* Lisez *patriæ.*]

in monasterio Sancti Johannis Babtiste de Penna constituimus, et ut fratres sub ipso regulariter viverent, eum pastorem animarum perfecimus[1], et predictum monasterium ut firmiter in stabilitate regularis vitę persisteret, regalibus donis atque firmissimis privilegiis munivimus, quatinus hoc irritum facere nulli liceret ex nostris successoribus. Hoc ergo monasterio regulari dispositione decenter ordinato, omnes episcopi et principes totius regni communiter consilium inierunt, et ad me venientes, unanimiter petierunt, ut sicut cenobium Sancti Johannis Babtiste de Penna decoraveram monastica religione, sic etiam honestarem eadem regulari beati Benedicti proffessione Oniensem monasterium, quondam a religioso Sancio comite in honore sancti Salvatoris constructum, et amplissimis donationibus prediorum ac preciosissimis suppellectilibus sanctę Dei ęcclesię congruentibus ditatum; quam eorum petitioni[2] justam esse considerans, libenter accepi, et ut perficeretur tota mentis intentione destinavi. Viros ergo nobiles semper lateri meo adherentes ad monasterium Sancti Johannis Babtiste de Penna misi et domnum Paternum quem ibi abbatem venerande congregationi perfeceramus[3] ad nos venire cum aliquantis religiosis fratribus expostulavi, qui benigne obediens meę istę petitioni, quod ab eo petebam, sine aliqua dilatione impetravi, depulsisque mulieribus in Honiensi monasterio sine aliqua reverentia habitantibus, consensu et voluntate adque petitione omnium patrię nostrę ępiscoporum ac clericorum, nobilium quoque ac plebeiorum, statuimus ibi congregationem religiosorum monachorum, quibus abbatem Garseam nomine, secundum regulam Sancti Benedicti, communi ętiam fratrum acclamatione preposuimus, domnum vero abbatem Paternum abbate loci diligenter instructo et congregatione honorifice ordinata ad monasterium proprium remisimus. Ut ergo inconvulsa et stabilis in perpetuum permaneat hujus congregationis operatio[4], munivimus eam rigali et pontificali privilegio; placuitque michi et omnibus ut

[1] [Y. *prefecimus.*]

[2] [Y. *petitionem.*]

[3] [Y. *præfeceramus.*]

[4] Yepez ajoute : « auctoritate et jussione « domni papæ et omnium in nostro regno « degentium episcoporum voluntate. »

scriptis traderetur hujus privilegii affirmatio, quatinus omnibus malignis abbatem vel congregationem hujus loci opprimere conantibus omnis auferretur occasio. Igitur, in primis statuimus, et omni canonicali auctoritate roborabimus[1], ut abbas in hoc monasterio, sicut regula Sancti Benedicti precipit, non eligatur, nisi communi fratrum consensu, et ordinetur ab episcopo diocesis, si catholicus fuerit, et sine precio eum ordinare voluerit. Si vero episcopus catholicus non fuerit, et eum catholice ordinare noluerit, tunc abbas ordinationem a metropolitano ępiscopo requirat; qui, si defuerit, ad apostolicam sedem recurrat. Quod de abbatis ordinatione constituimus, hoc de omnibus ejus fratribus decretum esse volumus. Huic nostrę affirmationi addimus, ut abbas Honiensis monasterii universa subjecta monasteria et ęcclesias[2], villas, terras et omnia sibi pertinentia[3] sine omni molestia et inquietudine regat et possideat. Interdicimus omni auctoritate canonicali, ut nullus rex, dux, comes, episcopus, aut aliqua persona secularis, aut ęcclesiastica, idem monasterium inquietare aut invadere presumat, aut aliquit eorum, quę nunc libere habet, aut in futurum adquisierit, aliquis alienare, invadere, vel opprimere, aut aliqua occasione vexare, aut sine licentia abbatis se intromittere audeat. Super hoc etiam disponimus, ut hoc monasterium et omnes sibi subjecte congregationes nunquam pro excomunicatione circumjacentis provincie, nisi propriis culpis exigentibus, excomunicetur, aut a divino officio suspendatur. Super omnia autem prohibemus divina Patris et Filii et Spiritus Sancti auctoritate et sancti Petri, omnium pastorum principis, et omnium sanctorum conclamatione, ut abbas Honiensis monasterii non deponatur, neque a divino officio suspendatur, nisi canonicali justitia contrastantibus idoneis et justi numeri[4] testibus ac

[1] [Forme espagnole, pour *roboravimus*.]

[2] [Y. ajoute : *in suis possessionibus constitutas ab eo et.*]

[3] [Au lieu de *pertinentia*, Yepez donne ce qui suit : « in præsenti concessa, vel in « futurum concedenda, et quicquid ecclesiasticum redditum, aut secularium fuerit, « libera a regali omnimodo et pontificali et « omni seculari potestate. » Quelques mots manquent dans la suite.]

[4] [Y. *juste nominatis.*]

declaratis probatisque culpis capitalibus et certissime invenialibus, et hoc fiat in vere[1], catholico et generali concilio; sin alias factum fuerit, irritum fiat omnino. Simili modo descernimus de ejusdem loci congregatione, ut nullus eam contra decreta monasticę vitę presumat inquietare, sive a proprio loco evellere vel dispergere, aut quod illicitum est, teste omni decreto ecclesiasticorum canonum, aliam congregationem illi super inducere. Igitur, ad honorem Sancti Salvatoris et utilitatem predicti monasterii cupientes hanc nostram constitutionem perpetua stabilitate teneri, omnes contra eam incorrigibili temeritate venire temptantes fulti auctoritate Spiritus Sancti excomunicamus et anathematizamus, et ab omni consortio christianitatis expellimus. Sit pars eorum cum Datan et Abiron, quos resistentes Moysi vivos terra absorbuit; pereant cum Juda traditore, qui vendito Domino Salvatore, vitam proprio laqueo sibi ipsi extorsit, et ad eternam mortem transiit; habeat portionem cum Simone Mago, qui principibus apostolorum resistens et ad alta ascendere cupiens, oratione Pauli et imperio Petri de alto cecidit, et eternaliter periit; jungantur consortio impiorum sine fine cruciandorum et fumus tormentorum illorum ascendat in seculum seculorum. Amen. Nostra vero constitutio stabilis et inviolata permaneat, et quicumque eam pro suo posse et scire roboraverit in presenti vita felix vivat et in futurum cum omnibus electis ad eterna gaudia cum Domino perhenniter regnaturus perveniat. Amen.

Ego Julianus, Dei nutu Burgensis ęcclesię episcopus, hunc privilegium benedicens confirmo[2] †.

Ego Pontius, Dei gratia Palentine ęcclesię episcopus, similiter confirmo †.

Ego Johannes, Alavensis ęcclesię episcopus, confirmo †.

Ego Santius, gratia Dei Hispaniarum rex[3], coram omnibus ępi-

[1] [Y. *vero.*]

[2] [Dans Yepez, la formule est différente : *conditionem hujus monasterii laudo et confirmo.*]

[3] [Sanche III, dit *le Grand*, roi de Navarre, avait épousé Dona Munie Elvire. Du chef de sa femme, il réunit la Castille à la Navarre, à l'Aragon, etc.]

scopis, ducibus, comitibus et obtimatibus, in provinciis regni nostri degentibus, hunc privilegium Sancto Salvatori et omnibus monachis ibidem Deo famulantibus tradens, confirmo et manu propria hoc signum sancte crucis † pono, coram presente abbate Garseano.

Ego Ranimirus factum patris mei confirmo †.

Ego Garsea factum patris mei confirmo †.

Ego Fredinandus factum patris mei regis confirmo †.

Ego ancilla Christi, licet indigna regina, nomine Domna major, factum domini mei regis ac filiorum meorum coram omnibus confirmo †.

Et nos suprascripti episcopi, qui hic nominamur, hunc privilegium confirmantes cum omnibus optimatibus roboramus et laudamus[1].

Facta carta privilegii era millesima[2] LXI^a[3] noto die sabbato v° kalendas julii. (*Monogramme du roi*[4].) Gratia Dei ego Garsia scriba domino

[1] [Y. donne à la place de cette phrase les noms de quinze témoins :

« Comes Mavio Gondisalviz Alvensis, hic testis.

Comes Enego Lupiz Vizcaiensis, hic testis.

Fortunio Oyzgaz, hic testis.

Domnus Nunnous Albaez, hic testis.

Didacus Albarez, hic testis.

Fortunius Albarez, hic testis.

Gundisalbus Albarez, hic testis.

Ego Lope Oysgandariz majorinus, tes.

Comes Gondisalbus Muñioz Asturiensis, testis.

Lope Velasquez, testis.

Gonsalvo Rodriz, testis.

Didaco Munioz, testis.

Gonsalvo Pedreiz, testis.

Rodericus Vermudez, testis.

Gomez Didaz, testis.

Igitur nos omnes qui hic nominamur et hoc privilegium legere audivimus, confirmantes roboramus et manibus nostris his signis signamus +. »]

[2] [Ce chiffre est figuré dans l'original par un T. Voir Ducange, *Glossaire*, lettre T.]

[3] [Malgré l'incertitude des caractères, nous croyons devoir lire ici *æra millesima LXXI^a*, plutôt que *LXI^a*. C'est la date donnée par Yepez (*l. c.*), qui paraît avoir eu sous les yeux un autre original de cet acte. C'est aussi la date adoptée par Mabillon, qui donne l'analyse et des extraits de cette charte dans les *Ann. Bened.*, t. IV, p. 296 et 387-388. L'an 1071 de l'ère d'Espagne correspond à l'an 1033 de Jésus-Christ; en cette année, le 5 des calendes de juillet ou 27 juin tombait un mercredi, pour arriver au samedi Mabillon propose de lire *I kal. julii*, ou 30 juin. L'acte est compris entre ces deux dates.]

[4] Ce monogramme, ainsi que celui du scribe, est très curieux.

meo regi obediens, hunc privilegium scripsi propria manu atque hunc signum (*Monogramme du scribe*) feci[1].

2892.

CHARTA QUA ERMENGARDIS REGINA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA SENIORIS SUI RODULFI, DUOS MANSOS IN VILLIS SIBINGIACO (SILINGIACO) ET CICINLATIS.

(Bibl. nat. cop. 22-25; B. o. 565, DLXI[2].)

Sacręsancte ecclesię beatorum Petri et Pauli loco Cluniensium vel ceterorum sanctorum in ipsa domo venerantium, ubi domnus abba Odilo preesse dinoscitur. Ego Ermengart regina, cogitans Deum et animę mee remedium sive senioris mei Rodulfi regis, olim in Christo quiescentis, necnon et patris matrisve, seu fratrum meorum vel ceterorum propinquorum meorum salutem animarum, et ut ipsi sancti Dei pro nostris abluendis criminibus et peccatis apud altissimum judicem intercessores piissimi adesse dignentur, sumpsit mihi voluntas ut aliquid de propriis rebus meis ad ipsum sanctum locum et monachis ibidem Deo famulantibus, tam presentibus quam et futuris, concederem ac condonarem, quod et ita feci. Dono itaque ibi per advocatum meum comitem Humbertum[3] in usus monachorum ibidem Deo famulantium, mansos duos in pago Genevense, unum jacentem ex illis in villa Sibingiaco, alium vero in villa Cicinlatis, cum omnibus appendiciis ad ipsos predictos mansos pertinentibus, hoc est casis, casalibus, vineis, pratis, pascuis, silvis, ceterisque arboribus, pomiferis et inpomiferis, vel quicquid ad ipsos mansos pertinet usque ad exquisitum. Et volo ut ab hac die rectoribus prefate Dei ecclesie prefatis mansis libere ac quiete frui liceat. Si quis vero, quod fieri non credo, ego aut ullus 1033-1048.

[1] [Au dos, d'une écriture plus récente : « Privilegium regis Sencii de Corneliana « olim prioratus, modo abbassia. » Le rédacteur de cette note, au XV[e] siècle, a confondu le monastère de San Juan de Cornellana, province et diocèse d'Oviedo, avec celui de Saint-Sauveur d'Oña de la province et du diocèse de Burgos. Mais le doute n'est pas possible.]

[2] La copie du cartulaire diffère beaucoup de l'original quant aux formules; mais le fond est le même.

[3] C'est probablement le comte de Maurienne Humbert I[er], mort en 1048.

de meis propinquis, vel quelibet persona contra hanc cessionem meam ad illum sanctum locum facta venire, dici, aut agere aliquid vel temptare presumpserit, non valeat adimplere quod cupit, sed sit rectoribus ejusdem sancte Dei ecclesie reus et culpabilis, et a liminibus totius matris ecclesie segregatus.

(*Au dos:*) Ermengardis in pago Genevense.

2893.

CHARTA QUA GIRARDUS ET CONSTABULUS ET UXORES EORUM VENDUNT ALBERICO SACERDOTI PECIOLAM CAMPI IN VILLA VALS.

(Bibl. nat. cop. 22-39, 1°.)

1034, avril. Domino[1] fratribus Albericus sacerdos. Ego Girardus et Costabulus et uxores illorum Girburga et Ermenberga venditores, vendidissimus vobis una peciola de campo qui est situs in pago Matisconensi, in fine Saviniacocense, in villa Vals vocat, ubi in Campo Margerio resedit; qui terminet de uno lato terra Eldeard, in alio lato Gisla, in uno front Sancti Nazarii, in alio front silva. Infra istas terminationes, totum ad integrum vendimus adque transfundimus, et accepimus precium in valente solidos III; et faciatis post isto die quicquid facere volueritis, sine ullum contradicentem. Si quis vero, aut si ullus homo est, qui calumpniare voluerit, de auro uncia una componat. Actum Vals Sancti Martini ubi fuit facta. S. Girardus et Costabulus et uxores illorum Girberga et Ermenberga, qui vendicione ista fierit et firmare rogavit. S. Widzo. S. Oterio. S. Jodsaldus. S. Rodbertus. S. Gonfredus. S. Winiterius. S. Tedoenus.

2894.

CHARTA QUA OSANNA VENDIT ALBERICO SACERDOTI PECIOLAM VINEÆ IN VILLA VALLO.

(Bibl. nat. cop. 22-39, 2°.)

1034, avril. Domino fratribus Albericus sacerdos. Ego, in Dei nomen, Osanna

[1] La copie de Lambert de Barive porte, avant ce mot, une ligne qui semble renfermer une invocation : « Da qs (*quies* pour *quietem*), omnipotens Deus. »

vendo[1] vobis una peciola de vinea qui est situs in pago Matisconensi, in finem Saviniacocense, in villa Vallus vocat; qui terminet de uno lato terra de ipsa ereditate, de uno front aqua curentis, de anbis frontibus via pullica, et de uno front de ipsa ereditate. Infra istas terminationes vel perticaciones, totum ad integrum vendimus adque transfundimus; et accepimus precium invalentem solidos VII. Et faciatis[2] post isto die quicquic facere volueritis, sine ullum contradicentem. Si quis vero, aut si ullus ohmo est, qui calumniare voluerit, de auro uncias una componat. Actum in ecclesia Sancti Jangulfi, ubi fuit facta. Osanna[3], qui vendicione ista fieri et firmare rogavit. S. Ubertus. S. Landus. S. Girbaudus. S. Ricardus. S. Tetfredus. S. Grontfredus. Lebaudus sacerdo scripsit et adatavit die dominico, mense aprelis, regnante Enrico rege annos III[4].

2895.

CHARTA QUA JOCERANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS ET SERVOS IN VILLIS NOGLAS ET VEROLIAS.

(Bibl. nat. cop. 22-88; B. o. 575, DLXXI.)

Redemptor humani generis Jesus Christus, homo pro hominibus factus, per evangelium suum fidelibus suis loquitur dicens : « Thesaurizate vobis thesauros in celo, ubi nec reugo nec tinea demolitur »; et item dicit Scriptura : « Date elemosinam et omnia munda sunt vobis ». Qua igitur noverint cuncti filii sancte ecclesie, tam presentibus quam etiam et futuris, quod ego Jocerannus, pro remedium anime fratris mei Vuichardi, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Odilo abbas preesse videtur, de res meas que sunt in pago Matiscensi, hoc sunt duo mansi; unus enim ex eis est in villa Noglas[5] et alter in villa Veriolas[6], et omnia que

1034, 20 juillet, à 1035, 19 juillet.

[1] [Cette charte se trouvait sur le même parchemin que la précédente; mais elle était écrite d'une autre main.]

[2] [La copie porte *paciatis*.]

[3] [Le *signum* manque devant ce nom.]

[4] [Cette date sert pour les deux chartes.]

[5] [B. *Noglulas*.]

[6] [Lisez *Verolias*. B. *Berolias*.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

ad ipsos pertinent. Dono etiam et unum servum, nomine Ebrardum, cum uxore et infantibus eorum; et quicquid exinde facere voluerint monachi jam predicti loci faciant. Si quis contra hanc donationem aliquam calumniam inferre temptaverit, nisi citius ad emendationem congruam venerit, sit pars ejus cum illis qui dixerunt Domino Deo: « Recede a nobis, scientia[m] viarum tuarum nolumus[1] ». Similiter et supradictum servum et hereditatem ejus Sancto Petro tradimus. Si quis contradixerit, pari excommunicationi habeatur. S. Joceranni, qui fieri et firmare rogavit. S. Stephani. S. Artaldi. S. Bernardi. S. Witberti. Data anno quarto regnante Heinrico rege.

(*Au dos :*) Gauceranni in Nogles et in Verolias.

2896.

CHARTA QUA GAUCERANNUS ET UXOR EJUS ROTRUDIS ATQUE FILIUS EORUM GERARDUS, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA MONTINIACO.

(B. o. 218, CCXVI.)

1035 (n. s.), janvier-mars.

Auctoritas extat ecclesiastica nobisque a majoribus nostris tradita, ut si quis aliquid de hereditate proprii juris Deo vel alicui sancto, pro remedio suę animę dare voluerit, per testamentum notum faciat posteris. Quapropter ego Gaucerannus et uxor mea Rotrudis atque filius meus Gerardus, donamus Deo et sanctis ejus [apostolis] Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi preest domnus Odilo abbas, aliquid de nostra hereditate quę sita est in pago Matisconensi, in villa Montiniaco, videlicet unum mansum ubi Durannus residet et uxore sua et filiabus illorum, cum omnibus appendiciis suis, cultum et incultum, pratis, vineis, campis, exitibus et regressibus, totum et integrum, quantum ad ipsum mansum pertinere videtur. Et in bosco quem cognominant Borgia, concedimus ad illum qui in eo manso residerit, ut accipiat de illo bosco quicquid ei necesse fuerit, aut ad porcos, sive ad vineas, seu ad mansiones, sive ad alias res. Facimus hanc donationem pro re-

[1] [Le texte de B. est abrégé : il y manque le préambule et la fin de l'acte à partir du mot *similiter*.]

medio animarum nostrarum seu parentum nostrorum, et pro omnibus fidelibus christianis, ut omnipotens Deus concedat nobis gaudium sine fine mansurum cum sanctis angelis suis. S. Gauceranni et uxoris ejus Rotrudis, et filii Gerardi. S. Leotbaldi. Actum Cluniaci publice, regnante rege Heynrico, epacta VIIII, concurrente I, indictione III, feria V, anno millesimo XXXIII[1] ab incarnatione Domini. S. Bosonis. Si autem extiterit ullus homo, qui contra hanc donationem aliquam calumniam inferre voluerit, primitus iram Dei incurrat, et nisi cito resipuerit, sit pars ejus cum Dathan et Abiron in inferno; atque presens donatio stabilis ad finem permaneat.

2897.

CHARTA QUA LOBER ET UXOR EJUS ENGELUD VENDUNT RICHIELMO MANSUM ET VINEAM IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 14-150.)

Domino fratribus Richielmo. Ego Lober et uxor sua Engelud, propterea vendimus nos tibi de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Marciacense, in villa Varengo, oc est maso et vinea qui terminat de duas partes terra Sancti Petri, de alias vias publicas. Infra istas terminationes, la nostra parte tibi vendimus, tradimus et accepimus precium valente solidos V et denarios octo, et faciatis quicquid facere voluerit; et in ipsa villa unum campum de parte Duranno, qui abet in concluso perticas XVI, et faciatis quidquid facere voluerit. Lober[2] et uxor sua Engelud, et Durant, qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Vulgerius, Durant, Ermennart, Richar.

1035, environ.

[1] L'an 1033 concorde avec l'indiction 1, concurrent 7, épacte 17. Nous croyons qu'il faut lire ici MXXXIIII (v. st.), commencement de 1035, qui donne indiction 3, épacte 9, concurrent 1 ou 2.

[2] [Le *signum* manque encore ici.]

2898.

CHARTA QUA TEBOLDUS ET ODONO VENDUNT RICHIELMO CAMPUM IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 17-68, 1°.)

1035, environ. Domino fratribus Richielmo. Ego Teboldo et Odono, proterea vendimus vobis de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Marciacense, in villa Varengo, oc est campus, et abet perticas L. Infra istas perticaciones, totum vobis vendimus, et accepimus precium valente solidos III et dimidio, et faciatis quidquid facere volueris; et si ullus omo qui contradicere voluerit, aure uncia I persolvat, firma stabili. Teboldus et Odono[1], qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Crimar. S. Giraldus, Durant. S. Rannaldus, Durant.

2899.

CHARTA QUA WANDALMARUS ET UXOR EJUS SEGREDA VENDUNT RICHIELMO VINEAM ET CURTILUM IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 17-68, 2°.)

1035, environ. Domino fratribus Richielmo. Ego Vuandalmarus et uxor sua Segreda, poterea vendimus tibi de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Marciacense, in villa Varengo : oc est vinea et curtilo, et abet in concluso perticas XX; et infra istas terminaciones, totum tibi vendimus, tradimus et accepimus precium valente solidos V et dimidio, et faciatis quidquid facere voluerit. S. Vuandalmarus et uxor sua Segreda, qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Alatrucda. S. Girar. S. Gimar. S. Ranol. [S.] Ermenjar. S. Gondulfus. Data per manus Bernardi, sub die dominico, in mense marci, annos regnante Agdrico[2] rege.

[1] [Les *signa* manquent devant ces noms.]

[2] Voir la dissertation de M. Aug. Bernard sur le nom de ce roi, qui n'est autre que Henri Ier, roi de France de 1031 à 1060. *Revue des Sociétés savantes*, 1860, t. I, p. 652-655.

2900.

CHARTA QUA HUMBERTUS VENDIT RICHIELMO DUOS CAMPOS IN VILLA CURCIACO.

(Bibl. nat. cop. 17-69.)

Domino fratribus Richielmo[1]. Ego Huncbertus propterea vendimus tibi de res meas que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Itgiacense, in villa Curciaco : oc campus qui terminat a mane et a medio terra Sancti Petri, a sero via publica, a cercio[2] de ipsa ereditate. Et abet in longo perticas XI et dimidio, in lato pertica I et dimidio; et in alio loco alio campus, qui terminat a mane via publica, a medio die Beliar et infantibus suis, a sero et a cercio terra Sancti Petri; et abet in longo perticas XI, in lato I. Infra istas terminaciones totum vendimus, tradimus, et accepimus precium valente solidos III; et faciatis quicquid facere voluerit. Et si ullus omo qui contradicere voluerit, auri uncia persolvat; firma stabili permaneat, adtribulacione subnixa. Actum Cluniaco publice. S. Huncbertus et uxor Arenberga, qui fierit et firmare rogavit. S. Gunterius[3]. S. Rotgerius. S. Bernoenus. S. Costancia. S. Bernardi. Data per manum Bernardi, sub die dominico, mense janoarii, annos regnante Agdrico rege. 1035, environ.

2901.

CHARTA QUA BERNARDUS ET UXOR EJUS VUIBURGA ATQUE FILIUS EORUM VENDUNT ODONI ET UXORI EJUS CONSTANTIÆ TRES RASCIAS VINEÆ IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 17-70.)

Domino fratribus Odono et uxor sua Costanci. Ego Bernard et uxor sui Vuiburga et filio Ibertus, propterea vendimus vobis de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Marciacense, in villa 1035, environ.

[1] M. Bernard a collationné cette pièce avec une autre copie prise par Bréquigny sur les originaux envoyés à Paris pour être examinés.

[2] La copie de Bréquigny porte *accercio* ici et plus bas.

[3] Ce nom et les suivants sont au génitif dans la copie de Bréquigny.

Varengo : oc est vinea tres rascias, que terminat a mane terra Durant, a medio die Girbalt, a sero Costancii, a cercio terra Obgoldo; et abet in longo perticas XIII, in lato perticas V et dimidio, in uno fronte V. Infra istas terminaciones, totum vobis vendimus, tradimus, et accepimus precium valente solidos XX, et faciatis quicquid facere voluerit. Et s'ullus omo qui contradicere voluerit, aure uncia I persolvat, firma stabili permane, adtribulacione subnixa. Actum Cluniaco publice. S. Bernar, Vuiburga et filio suo Ibertus, qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Durant. S. Costancii. S. Girbal. S. Richar. S. Vendrant. S. Landol. Data per manus Bernardi, sub die sabato, mense aprilis, annos regnante Agdrico rege.

(*Au dos :*) Bernardus, Varengis.

2902.

CHARTA QUA DAVID ET BELOENUS ATQUE UXORES EORUM VENDUNT ODONI ET UXORI EJUS CONSTANTIÆ CAMPUM ET VINEAM IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 17-71.)

1035, environ. Domino fratribus Odono et uxor sua Costanci. Ego David et Beloenus et uxores illorum Offenia et Eldear et Teono, propterea vendimus vobis de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in villa Varengi, oc est campus et vinea qui terminat de duas[1] terra Richard, de alias duas terra de ipsa ereditate, et abet in longo perticas XVIIII, in lato perticas III, pro solidos IIII; et faciatis quicquid facere voluerit. S. David et Beolenus[2] et uxores illorum Offenia et Eldear et Teono, qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Costancius. S. Cristianus. S. Richiar. S. Teono et Durant. S. Girol. S. Rolant. Data per manus Bernardi, sub die marci, mense mai, annos regnante Agdrico rege.

[1] [Suppl. *partes.*] — [2] [Lisez, comme ci-dessus, *Beloenus.*]

2903.

CHARTA QUA RICHARDUS ET UXOR EJUS ERMENTRUDIS, ATQUE GIRBALDUS ET UXOR EJUS ERMENGARDA VENDUNT ODONI ET CONSTANTIÆ UXORI VINEAM ET CAMPUM IN VILLA VARENGO.

(Bibl. nat. cop. 17-72.)

Domino fratribus Odono et uxor sua Costanci. Ego Riihar et uxor sua Ermentrut et Girbal et Ermensenda, propterea vendimus vobis de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Marciacense, in villa Varengo, oc est vinea et campus. Vinea terminat a mane terra Sancti Petri, a medio et a cercio terra de ipsa ereditate, a sero via publica. Campus terminat a mane terra Costabulo, a medio Sancti Petri, a sero Dominico, accercio Bernar; et abet perticas LII et dimidio, in lato perticas III. Infra istas terminationes, totum vobis vendimus, tradimus, et accepimus precium valente de vinea solidos V, de campo solidos II et denarios quatuor; et faciatis quidquid facere volueritis. Et si ullus omo qui contradicere voluerit, aure uncia persolvat; firma stabili permaneat, adtribulacione subnixa. Actum Cluniaco publice. S. Riihar et uxor Ermenrut et Gibal et Ermentrut, qui fierunt et firmare rogaverunt. S. Ermensenda. S. Durant. S. Ibert. S. Costancius. S. Girbaldus. S. Landal, Vendrant. Data per manus Bernardi, sub die sabato, mense aprilis, annos regnante Agdrico rege. 1035, environ.

2904.

CHARTA QUA MAIOLUS NOTUM FACIT SE CAMPUM ET PRATUM IN VILLA KAMILIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 17-73; A. m. 287, CCLXXXVIII [1].)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus, quod ego Mayolus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniaco, de ereditate mea, pro anima fratris mei Joceranni [2], que est in 1035, environ.

[1] C'est par inadvertance et à cause du nom du donateur que cette pièce a été insérée dans le cartulaire de Maïeul. — [2] A. *Jotheranni*, ici et plus bas.

pago Matisconense et in villa Kamiliaco[1] : oc est campus et prato qui de Duranno et de Lanberto et de Ramnado conquesivit, totum dono pro anima ejus Joceranno et in locum sepulture. Mayolus, qui hanc donacionem fecerit et firmare rogavit. S. Martinus. S. Vualbertus. S. Arnulfus. S. Dotbertus. S. Ornulufus. Data per manus Bernardi, sub die veneris, mense marci, annos regnante Agdrico[2] rege.

(*Au dos :*) Carta de Camiliaco, Joceranni.

2905.

CHARTA QUA BERNARDUS NOTUM FACIT SE OMNES MALAS CONSUETUDINES QUAS REQUIREBAT IN ECCLESIA SANCTI GENGULFI ET MANSOS IN VILLIS NOGEROLS ET CABANNAS MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE.

(Bibl. nat. cop. 17-95; B. h. 439, CCCCXLII.)

1035, environ.

Ego, in Dei nomine, Bernardus volo scire omnes heredes juris nostri et possessionis nostræ et cives omnes presentes et supervenientes hujus patriæ, intulisse me injustam calumpniam Cluniensibus fratribus pro quibusdam rebus et terris meæ vicinitati adjacentibus, et modo penitet me aliquid eis contrarietatis et in his et in aliis causis fecisse; et ideo desiderans ab eis indulgentiam et remissionem de inlatis a me sibi injuriis accipere, sub sollempni renunciatione, et ut ita dicam vuerpitione, in presentia domni mei et karissimi senioris Hugonis episcopi et nepotis sui comitis Tethbaldi, reddo et relinquo omnes malas consuetudines et injustas quas requirebam in ecclesia Sancti Gangulfi et in atrio et in cimiterio ipsius ecclesiæ; promitto etiam et constituo ut, si iste qui nunc est presbiter in illo loco aut aliquis qui post eum officium presbiteratus ibi habuerit, si voluerit contra supradictos fratres aliquid contrarietatis agere vel servitium quod habet[3] et ab ipso loco debent habere, nullum apud me neque apud heredes meos abeant refugium et defensionem contra voluntatem supradictorum Cluniensium monachorum. Mansos etiam duos quos socrus mea Adheleyda dedit Sancto Petro, qui sunt siti unus in villa

[1] A. *Camaliaco.* — [2] A. *Heyinrico.* — [3] [B. *habeo.*]

Nogerols et alius in villa Cabannas, et alios duos mansos quos tenet Durannus, qui sunt siti in villa Sancti Gangulfi, si in illis aliquid rectitudinis habeo, totum Deo et Sancto Petro dono et transfundo; et si injustæ retinere presumpsi, penitentiam agens reddo, relinquo et publicam vuerpitionem facio, sub tali conditione et contestatione, ut nullus heredum nostrorum de his supradictis causis injuriam et calumpniam supradictis fratribus inferre presumat; et si aliquis eorum agere contra nostram istam institutionem temptaverit, nisi cito resipuerit et congrua satisfactione emendaverit, sciat se mundanis legibus obnoxium et celesti propitiatione indignum. Ego vero hanc convenientiam non pro his tantum causis de quibus modo tractamus, cum predictis monachis facio, sed ut dilectio et bonivolentia quam inter se dudum habuerunt nostri parentes et Cluniensi monasterii patres et fratres firma et incorrupta permaneat, ita ut supradicti seniores nos et successores nostros, ut fideles amicos et vicinos, diligant; et illi ex nostra parte quamdiu vixerimus fidelitatem et amicitiam habeant, et cum mortui fuerimus, animas nostras Deo commendent et corpora nostra sepulturæ tradant, salvo cumdigno hujuscemodi obsequii benefitio. Et ut hæc descriptio firmum tenorem obtineat, manu propria confirmo et corroboro; et ut aliis quibuslibet ad confirmandum presentetur volo et ammoneo. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Emme, uxoris ejus. S. Heymonis. S. Eldebranni. S. Rotfredi. S. Leotbaldi.

(*Au dos :*) Noticia werpicionis, sive donationis quam fecit Bernardus miles de consuetudinibus quas requirebat in potestate Sancti Gangulfi et in ceteris locis.

2906.

CHARTA QUA MONACHI CLUNIACENSES NOTUM FACIUNT LETALDUM DE MUNCNIACO WERPIVISSE CONSUETUDINES QUAS REQUIREBAT IN ALODIO QUOD EIS ADALBERTUS DEDERAT.

(B. o. 483, CCCCLXXX; B. h. 425, CCCCXXXI[1].)

Quocienscumque inter homines de aliqua re donatio, venditio sive 1035, environ.

[1] C'est la copie du cartulaire de Hugues que nous publions ici, il n'y a dans le cartulaire d'Odilon qu'une analyse très sommaire, dont nous relevons les variantes.

IMPRIMERIE NATIONALE.

verpitio fit, de quibus nobis succedentes certos reddere volumus, inserendum est litterarum testamento, quatinus ratum et inconvulsum perhenniter maneat. Quapropter nos fratres Cluniacenses dignum duximus posterorum memorię verpitionem transmittere, quam fecit Letaldus de Muncniaco Sancto Petro et monachis Cluniacensis cœnobii, in presentia domni Hugonis comitis, et Tedbaldi comitis, nepotis ejus, et in presentia Gaufredi prioris, et aliorum seniorum, Vuarnerii scilicet et Hugonis tunc decaniam Cluniacensem gubernantis, Vualonis quoque et Heinrici[1], Oddonis decani, Rannulfi Matisconensis prioris[2]. Nam requirebat consuetudines cujusdam alodii quod quidam, nomine Adalbertus, Sancto Petro et fratribus ibidem Deo militantibus dedit, quas hereditario jure sibi dicebat debere reddi : ita videlicet dimisit, ut nullus vel consanguinitatis objectione vel cupiditatis illectione, sive alicujus rei causa nevum querimoniæ inferre presumat; quod si quis fecerit, omnibus maledictionibus quę novo ac veteri continentur Testamento subjaceat.

2907.

CHARTA QUA HYLDINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM ET CONSUETUDINEM IN VILLA QUÆ DICITUR A JOCS.

(B. o. 158, CLVI.)

1035, 20 juillet, à 1036, 19 juillet.

Dum in hujus pretereuntis vitę mutabilitate unicuique mortalium conceditur vivere, quia nec momentum unius horę absque aliqua peccati macula valet percurrere, sollicitus id operetur, id expetat, quod sibi in futurum proficere valeat; etenim quia transeuntis ęvi tempus ad instar torrentis pretereundo deficit et deficiendo evanescit, illud diuturnitatis et longevitatis tempus omnimodis adquirendum est, quod inmutabiliter manet et manendo indeficiens perseverat. Ad hujus veri temporis et beatę vitę premium, nullum aliud verius quam elemosinę introducit vestigium. Hortatur nos ad hęc per se ipsam Ve-

[1] B. o. 483 ajoute ici *decani*. — [2] B. o. 483 porte *præpositi*.

ritas, dicens : « Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum « defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula[1] ». Hoc itaque sollicite perpendens et diligenter considerans, ego Hyldinus nomine, pondusque propriȩ infirmitatis et peccatorum pertimescens, jam jamque finem vitȩ instare non ignorans, facio hanc presentem donationem pro redemptione animȩ meȩ omniumque parentorum meorum, Deo proprio conditori et redemptori, sanctisque ejus apostolis Petro et Paulo et Cluniensi monasterio in eorum honore consecrato, cui preest domnus abba Odilo, de quadam terra mei juris et proprietatis quȩ sita est in pago Maticensi, in agro Alaliacensi, et in villa que vulgo dicitur a Jocs, et in confinio Cluniacensi determinatur. Sunt vero ipsius terrȩ hȩ determinationes : a mane terminationem habet de ipsa hereditate, a sero et a circio terra Sancti Petri. Infra has itaque determinationes quicquid videor habere tam in silvis quam in campis, mansionibus et curtilis, totum ad integrum confero Deo et predicto monasterio, ut ab hodierna die et deinceps in usus monachorum inibi degentium absque ullius contradictione in perpetuum deveniat. Si vero ego, aut aliquis de heredibus meis, vel ulla alia opposita persona huic testamento calumniam inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis sanctorumque ejus incurrat, et convictus judiciaria potestate, quod repetit non solum vendicare non valeat, verum etiam legibus mundanis subjaceat et auri libram unam persolvat; atque hęc carta firmum postmodum vigorem in perpetuum obtineat. Ut autem magis magisque roboretur, manu subterfirmavi testibusque roborandam tradidi. S. Hyldini, qui fieri et firmare rogavit. S. Walterii, Widonis, Hildini, Humberti, Hugonis, Wigonis, filiorum ejus. Facio etiam cum hac presenti donatione perdonationem de illa consuetudine quam mihi faciebant homines Sancti Petri pro pastura qua utebantur in terra de qua presens donatio fit. S. Attonis, Tetberti, Tetbaudi. Actum Berziaci publice, anno v Heinrici regis Francorum. Frater Jozaldus ad vicem cancellarii rogatus scripsit.

[1] [*Evangel. secund. Lucam*, XVI, 9.]

2908.

NOTITIA WERPITIONIS TERRARUM ET RERUM MONASTERII CLUNIACENSIS QUAM FECIT BERNARDUS MILES.

(B. o. 156, CLIIII.)

1035-1050. Noticia werpicionis quam fecit Bernardus miles[1] de quibusdam terris et rebus quas in calumniam habebat contra monachos Sancti Petri Cluniensis in presentia domni Odilonis abbatis, atque Hugonis comitis, et ejus nepotis Tetdbaldi. Post transitum autem domni Odilonis abbatis atque Hugonis comitis, iterum venit Cabillonam in presentia domni Tedbaldi comitis, atque domni Hugonis abbatis, et ad integrum omnia, sicut antecessoribus illorum perdonaverat, ita et istis similiter firmavit ipse et filius ejus Bernardus et Gulferius.

2909.

CHARTA QUA GIRBALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN LOCO DICTO VIGNIACO.

(Bibl. nat. or. 101; cop. 22-203; B. o. 197, CXCV et 224, CCXXII[2].)

1036, 1er mars. Conditor et redemptor humani generis, Dominus Jesus Christus, salutem fidelium suorum invenire desiderans, per semed ipsum proloqui dignatus est, dicens: « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis ». Idcirco notum sit omnibus fidelibus, quod ego Girbaldus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, cum aliis quamplurimis fratribus inibi Deo militantibus, unum clausum de vinea. Est ipsa

[1] Le mot *miles* est en interligne.

[2] Cette dernière copie, fort abrégée, offre des variantes assez importantes. Elle débute ainsi : « Dum in hujus pretereuntis « vitę mutabilitate unicuique mortalium « conceditur vivere, quia nec momentum « unius horę absque aliqua peccati ma- « cula valet percurrere, sollicitus id ope- « retur, id expetat, quod sibi in futu- « rum perficere (lisez *proficere*) valeat. « Hoc itaque sollicite perpendimus et di- « ligenter consideramus, ego Girbaldus « et uxor mea Engeltrudis atque dona- « mus », etc.

vinea sita in pago Matisconense, in agro Jovenciaco, in ipso loco vulgo dicitur Vigniaco; secus habet fontanam [1] qui vocatur Chadulfo. Sunt vero ipsius vineę hę determinationes : a mane terra Sancti Clementis, a meridie de ipsa hereditate, a occidente terra Sancti Nazarii, a aquilone terra Tehaldi clerici. Hanc autem donationem facimus pro redemptione animarum nostrarum, simul etiam parentum nostrorum, omniumque sive vivorum sive mortuorum, et in locum sepulturę; et ea ratione, ut quandiu vixerimus, faciamus nos ipsam vineam, et monachi supradictum locum medietatem de fructu habeant. Post discessum nostrum, si monachi facere volunt, faciant in dominicatu; si nolunt et aliquid [2] de heredibus meis facere vult, in ipso conventu [3] sicut et nos faciat. Si vero nos (quod absit!), aut aliquis de heredibus nostris, vel ulla alia opposita persona huic testamento calumpniam inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis sanctorumque ejus incurrat, et convictus judiciaria potestate quod repetit non solum vendicare non valeat, verum etiam legibus mundanis subjaceat et auri libram unam persolvat, atque hęc carta postmodum firmum vigorem in perpetuum obtineat, stipulatione subnixat. S. Girbaldi, qui fieri et firmare rogavit. S. Engeltrudis, uxoris ejus. S. Costantii. S. Donberti. S. Stephani. S. Ulgerii. S. Tehudini. S. Sigaudi. S. Leotbaldi. S. Ehimaldi. S. Hugonis comitis. S. Thetbaldi comitis. Actum in villa Effondriaco [4], per manus Arnulfi levitæ, anno nono imperii Heinrici regis Francorum, kalendis martii, dominica die, indicione IIII^{a}, luna XX^{ma} VIIII [5].

(*Au dos :*) Carta Girbaldi in villa Effondriaco.

[1] B. o. 224. «*fontem* habet qui *Hadulfus* vocatur ».

[2] B. o. 197. *aliquis.*

[3] L'original porte *convenentu.*

[4] B. o. 224. *Fondria.* C'est Effondré, commune de Saint-Clément-sur-Guye, arrondissement de Mâcon. Ici le règne part du 14 mai 1027, jour où Henri fut sacré du vivant de son père.

[5] Ces indications chronologiques concordent en effet avec l'année 1036, sauf une seule : le 1er mars tomba cette année un lundi et non un dimanche, parce qu'elle fut bissextile. Peut-être l'erreur du scribe vient-elle de ce qu'il ne prit pas garde à cette circonstance. Au bas de l'acte, il y a tracé d'un brin de paille (*festuca*) passé jadis dans le parchemin.

2910.

CHARTA QUA WIDO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM AD VENCIAGO.

(Bibl. nat. cop. 22-123; B. o. 651, DCXLVII; B. h. 627, DCXXX[1].)

1036 (?), 1er mars.

Ego W[ido][2], pro redemcio[3] anima mea dabo Sanctum Petrum de

[1] Il va sans dire que la copie de B. h. 627 ne porte pas les barbarismes de l'original. Au reste, ce dernier texte représente la rédaction primitive. Nous trouvons dans B. o. 651, copie de l'acte solennel. Nous le transcrivons ici :

DCXLVII. Wido vineam in villa Venciaco. Clementia divinę bonitatis, prospiciens inevitabiles casus humanę fragilitatis, multimoda preceptorum genera edidit quę suis fidelibus contradidit. Inter cetera itaque salutaria mandata quę suis auditoribus esse precepit post salutaris lavacri regenerationem, illud maxime precipuum est, quod hujus seculi bona habentibus precipit, quatinus ex his quę possident sibi amicos adquirant, ita inquiens : « Facite vobis amicos de iniquo Mammona, ut cum defeceritis, ipsi recipiant vos in perpetuis mansionibus. » His itaque tam saluberrimis preceptis, ego Wido, Arve[r]nice regionis indigena, aurem cordis apponens, dono ad locum Cluniacum, cui preest reverendę memorię dunnus Odilo abbas, quandam vineam positam in episcopatu sive comitatu Claromontis, in villa quę vocatur Venciacus, in confinio castri quod antiquitus Mons Pancerius vocatur. Hanc autem vineam avia mea Ermengadis dedit duobus servis suis, quos fertur adduxisse de illa villa quę vocatur Olladiacus, quam Sancti Petri vernaculi modo tenere videntur. Terminatur vero taliter ipsa vinea, ut ex omni parte iter publicum sit, quodam rivolo preterfluente. Habet vero tam in longitudine quam in latitudine secundum meam exstimationem, ut vulgo loquar, centum duodecim thesas. Hanc itaque elemosinam ea facio ratione, ut sanctissimi apostoli Petrus et Paulus, in quorum veneratione templum prefati loci esse cognoscitur dicatum, suis sanctis meritis et precibus conferant mihi veniam cunctorum delictorum. Si quis vero de heredibus meis, sive quecunque mortalis persona contra hanc donationis meę cartam aliquam voluerit inferre calumpniam vel requirere ullam consuetudinem, iram omnipotentis Dei et omnium sanctorum ejus incurrat; et omnes maledictiones quę in veteri Testamento continentur super eum veniant antequam ex hac vita discedat. In die vero judicii cum diabolo et angelis ejus eterna maledictione condempnetur, nisi in hac luce positus ad emendationem venerit. S. domni Widonis, qui hanc cartam scribere jussit et suis fidelibus firmare precepit. Volo autem huic meę donationi inserere, ut si aliqua necessitas mihi evenerit, aut ex infirmitate, aut ex aliquacumque re quę mortali homini accidere potest, si ego requisiero, domnus abbas Odilo ceterique seniores me recipiant et habitum Sancti Benedicti mihi induant.

[2] Le nom est en entier dans B. o. 651.

[3] B. h. 627. *remedio.*

Cluniensium una mea vinea ad alode, et est ad Venciago[1]; abet fines de duos latus via publica, de tercio unum pratum, de quarto rivum correncium. Et est de vicaria Monpancerii; et oc est ista vinea que mea avia, nomine Ermenjard, dabit ad unum suum servum, nomine Joan, qui fuit de illa curte que vocamus ad Olliazelt[2]. Omnique tempore firma permaneat. Set quamdiu ego W[ido] voluit eam tenere, reddam de ipsum vinum que vinea producit omnique anni duos modios censum. Et si ullus est homo, qui ista vinea voluit contrariare, cadat in ira Dei, sicut Pharao cum Egiptis et sicut Sodoma et Gomora, cui Dominus maledixit, et sicut Datan et Abiron in infernum permansit. [Actum] in mense, kalendas marcii, regnante Ainrico[3] rege annos v.

2911.

CHARTA QUA EVA ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA TISIACO ET CAMPUM IN VILLA PRADELIS.

(Bibl. nat. cop. 22-127; B. o. 255, CCLIII.)

Sicut indubitanter fides credentium retinet, ita Christi benignitas mortalibus consulit, ut ex bonis temporalibus quos lege mortis amissuri sunt, mansura perhennis vite premia sibi valeant preparare, ut scriptum est : « Divicie viri redemptio animę ejus. » Quapropter notum sit cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Æva, uxor Gausfredi, et filii mei Wichardus, Hugo et Jazerannus, donamus, pro redemptione anime ejus, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, duabus partibus de uno manso, sicut visi sumus habere peromnia usque ad inquirendum. Est autem ipse mansus in villa Tisiaco, in loco qui dicitur Roca, et in alio loco, unum campum in villa Pradelis, qui dicitur Motkas[4], medietatem de ipso campo. Si quis contra hanc donationem aliquam voluerit inferre litem, nisi venerit ad congruam emendationem, a consortio sanctorum sit segregatus, et

1036 (?). 7 mars.

[1] B. h. 627. *Venciaco.* — [2] B. h. 627. *Olliazel.* — [3] B. h. 627. *Heynrico.* — [4] B *Motbcas.*

cum Datan et Abiron demergatur in infernum vivus; ipse autem non vindicet quod repetit, sed partibus ejusdem loci cui aliquam calumpniam fecerit, coactus juditiaria potestate, auri libram unam cogatur exsolvere, et deinceps hæc carta firma stabilis permaneat, cum stibulatione subnixa. Actum Cluniaco, nonas martias, regnante Heynrico rege, indictione IIII[a]. Arnulfus recognovit levita. S. Æve, uxoris Gausfredi, qui fieri et firmare rogavit. S. Wichardi. S. Hugonis. S. Jozeranni. S. Constantini. S. Gausfredi. S. Bernardi. S. Aynardi. S. Wigonis. Gaufredus. Actum Cluniaco publice, feria IIII[ta] [1].

(*Au dos :*) Gausfredi in villa Sancti Poncii [2], in loco qui dicitur Roca.

2912.

CHARTA QUA TEZA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA VALLIS MANSUMQUE WERPIT IN VILLA CAVANIACO.

(B. h. 599, DCII.)

1036, 8 juillet.

Cunctipotentis ineffabilis misericordia omnibus prodesse volens, etiam hoc concessit inter cętera pietatis sue beneficia, ut mortales ex rebus perituris cęlestia regna possent promereri. Cujus pietatem atque justitiam ego Teza considerans, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus meis que sunt site in pago Augustidunensi, in villa que dicitur Vallis, hoc est unum mansum cum omnibus apendiciis suis, ubi Durannus residet : habet terminationes de omnibus partibus de ipsa hereditate. Facio autem hanc donationem pro animę remedio senioris mei Gondoldrici; et facio vuerpitionem de manso qui residet in pago Matisconensi, in Cavaniaco villa, quem habebat supradictus Gondoldricus in feudo de monachis.

[1] Cette date combinée (*nonas martias, feria 4[a]*) ne convient pas à l'année 1036, la seule qui se soit rencontrée avec la 4[e] indiction sous les gouvernements de l'abbé Odilon et du roi Henri. Il y a probablement quelque erreur de copiste. Ce n'est qu'en 1033 ou 1039 que le jour des nones de mars tomba un mercredi.

[2] Lisez *Tisiaci* et non *Sancti Poncii*. Il est vrai que Saint-Point se trouvait dans l'*ager* de Tisy, ancienne villa disparue, qui existait entre ce lieu et Bourgvilain.

Si quis autem contra hanc donationem aliquam litem inferre temptaverit, omnibus maledictionibus subjaceat, nisi ad emendationem venerit; et cui litem intulit auri libram unam persolvat, et hec donatio firma permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Tezę, que hanc cartam fieri et firmari rogavit. S. Hugonis, item Hugonis, Bernardi clerici, Bernardi presbiteri, Roberti, Artaldi. Actum Cluniaco publice, octavo idus julii, inditione quarta, anno nono Heynrici regis[1]. Arnulfus levita scripsit feria quinta.

2913.

CHARTA QUA WANDALMODIS ET FILIUS EJUS JOZERANNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUICQUID HABEBANT IN JOCS.

(B. o. 236, CCXXXIIII.)

Priscorum fidelium laudabili religione sancitum est, ut post hujus incertę vitę decursum, ipsa exanimata corpora tradantur et recondantur locis sanctorum et memoriis, ut per hoc aliquatenus valeant ipsis suis exui peccatis. Huic igitur sacrę institutioni fides a nobis accommodanda est et pro ipsis ut valeant veniam peccatorum consequi, quantum possibilitas parentum illorum et fidelium inpertit, elemosinarum largitio inpendenda est. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Wandalmodis et filius meus Jozerannus donamus, pro remedio animę Wichardi, aliquid de rebus nostris in loco qui vulgo dicitur Jocs, quantum visi sumus habere, videlicet per ipsas terminationes quas Hyldinus dedit[2]. Sunt ipsę res sitę in pago Matisconensi, in agro Igiaco. Si quis autem contra hanc donationem litem aliquam inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et nisi ad emendationem venerit, anathema sit in perpetuum, et cui litem intulerit auri libram solvat, et hęc donatio firma permaneat, stipulatione subnixa. S. Wandalmodis, S. Jozeranni, qui hanc cartam fieri et firmare rogaverunt. S. Elisabeth. S. Rodulfi, Hu-

1036, 8 juillet.

[1] [Le 8 juillet 1036, date obtenue par la combinaison du jour de la semaine et de celui du mois, correspond non pas à la 9e, mais à la 10e année de Henri Ier, comptée du 14 mai 1027.]

[2] [Voyez ci-dessus, n° 2907.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

gonis, Girlardi. S. Ranulfi presbiteri. Actum Cluniaci publicę VIII idus julii, luna VIIII, indictione IIII, regnante Heynrico rege. Arnulfus levita recognovit.

2914.

CHARTA QUA GAUSMARUS ET UXOR EJUS LEOTGARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI DE JUVILIACO.

(Bibl. nat. cop. 22-129; B. o. 24, XXIII[1].)

1037 (n. s.), 27 mars.

Salvatoris clementia procuratum est hoc salubre remedium, ut ex rebus transitoriis, si eis bene utantur homines, æterna valeat merces adipisci. Dent scilicet labentia et accipiant mansura. Hac igitur causa ego enim, in nomine Domini, Gausmarus et uxor mea Leotgardis, donamus Deo et sanctis ejus [apostolis][2], videlicet Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, ubi domnus Odilo abba presse videtur, donamus itaque ex nostra hereditate ecclesiam in honore beati Petri apostoli consecratam, que consistit in episcopatu Matisconensi, in loco Juviliaco[3]. Hæc itaque donamus Deo cum omnibus appendiciis suis et sibi pertinentibus, cultum et incultum, quesitum et inquirendum. Idem ecclesiam cum tota parrochia, pro remedio animarum nostrarum nostrorumque parentum, ea scilicet ratione, ut quamdiu vixerimus teneam et possideam, et in vestitura hoc exsolvamus, videlicet sepulturam de ecclesia ex integro, et per singulos annos duos modios de vino, et de nostro proprio labore omnem decimacionem. Post dicessum vero nostrum, cum omni integritate et sine ulla dilatione ad predictum perveniat locum; et si necesse fuerit, sepulture recipiamus beneficium. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos ipsi (quod absit!), aut ullus de heredibus nostris aut aliqua intromissa aut aposita persona, contra hanc donationem aliquam calumpniam generare vel litem inferre temptaverit, primitus iram Dei omnipotentis et offensam apostolorum ejus incurrat et cum dampnatis, in infernum cruciandus exurat; et hæc descriptio firma permaneat, cum stipulacione subnixa. Ut

[1] La copie de B. n'est qu'un extrait sommaire.

[2] [Mot fourni par B.]

[3] B. en rubrique, mais à tort, *Viviliaco*.

autem magis magisque roboretur, manibus propriis subterfirmavimus testibusque tradidimus roborandam. Signum Gausmari et uxori sue Leotgardi, qui hanc cartam fieri rogaverunt et firmare. S. Arlebaldi. S. Heymonis. S. Girardi. S. Tedonis. S. Hugonis. Actum Cluniaco publice, VI kalendas aprilis, die dominico, anno M. XXX^{mo} VI^{to} ab incarnatione Domini[1], indictione quarta. Bernardus sacerdos et monachus ad vicem cancellarii recognovit.

(*Au dos :*) Gauseranni[2] de una ecclesia in honore sancti Petri consecrata in villa Juviliaco, in episcopatu Matisconensi.

2915.

CHARTA QUA AIA, SANCTIMONIALIS FEMINA, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DIMIDIAM ECCLESIAM SERVUMQUE IN VILLA DOMNI MARTINI.

(Bibl. nat. cop. 22-135; B. o. 19, XVIII[3].)

Priscorum fidelium laudabili religione sanctitum est, ut post hujus incerte vite decursum ipsa exanimata[4] corpora tradantur et recondantur locis sanctorum et memoriis, ut pro hoc aliquatenus valeant ipsis suis exui a peccatis. Huic igitur sacre institutioni fides a nobis accommodanda est, et pro ipsis ut valeant veniam peccatorum consequi, in quantum possibilitas parentum illorum et fidelium inpertitur, elemosinarum largitio inpendenda est. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Aia, sanctimonialis femina, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, in quo magis prodesse quam preesse videtur domnus Odilo abbas, pro anime remedio filii mei Rodlanni, unam dimidiam æcclesiam, sicut ipse preceppit adhuc vivens, si subitana mors ei evenerit, videlicet cum cymiterio, decimis, baptisterio et de omnibus que pertinent ad ipsam æcclesiam medietatem, et servo, nomine Ottelmo. Est autem ipsa æcclesia in episcopatu Lugdunensi, in villa

1037, 14 mai.

[1] Les autres indications prouvent qu'il s'agit de 1036, vieux style, c'est-à-dire de 1037. Mais cette année a v pour indiction.

[2] Lisez *Gausmari*.

[3] [Cette copie est très abrégée.]

[4] [La copie porte : *examinata*.]

que vulgo dicitur Domno Martino. Si quis autem contra hanc donationem aliquam litem inferre temptaverit, omnibus subjaceat maledictionibus, nisi ad emendationem venerit, et cruciatus ab inferni penis suis recipiat meritis, coactusque judiciaria potestate auri libram unam persolvat, et deinde hæc firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Aie, qui fieri et firmare rogavit. S. Willelmi. S. Ysabellis, uxoris ejus, soror Rodlanni. S. Hugonis, filius Berardi. S. Humberti, fratris Berardi. S. Rodlanni. S. Gislaberti. Actum Cluniaco publice, pridie idus mai, ab incarnatione Domini anno M. XXX^{mo} VII^{mo}, indictione quinta. Arnulfus scripsit in sabato die.

2916.

CHARTA QUA GAUSFREDUS ET BERTRANNUS, COMITES PROVINCIÆ, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DILIADAM ET SEPTEM FONTES.

(B. o. 57, LV [1].)

1037, 26 mai. Postquam culpa primi parentis, ut supra. Nos duo fratres, comites Provincię, Gausfredus atque Bertrannus quandam terram aliquando Sancti Maioli hereditatem, actenus vero possessam a nostris antecessoribus, Diliadam, et Septem Fontes nomine, si quid recti aliquid visi sumus habere aut injuste, donamus vel reddimus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum totum ad integrum quiquid in jam dictis villis habere videtur [2]. Actum pubblice apud Serrianum villam, feria V Ascensionis Domini, regnante Chonone imperatore anno X regni sui. Testes Raymbaldus archiepiscopus, Feraldus episcopus, Petrus episcopus, Petrus episcopus Sextericensis, Franco episcopus, Willelmus, Teotbaldus, Isnardus, Berengerius, Dodo, Willemi de Monasterio fratris Isnardi, Adalacis uxoris Isnardi. Eldulfus scripsit.

[1] Ruffi (*Dissertations sur les comtes de Provence*, p. 25) a publié un sommaire de cette pièce.

[2] Guillaume III, comte de Provence en même temps que ses cousins Geoffroi et Bertrand, fit une pareille renonciation la même année. Voyez la charte suivante.

2917.

CHARTA QUA WILLELMUS, COMES PROVINCIÆ, ET UXOR EJUS LUCIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DILIADAM ET SEPTEM FONTES.

(Bibl. nat. cop. 22-148; B. o. 87, LXXXV.)

Dominus noster Jesus Christus per carnem mortalitatis nostre mundo visibilis apparuit, precipiens fidelibus suis, ut de bonis sibi concessis valeant adquirere perpetuum sibi regnum, quod primus humani generis parens, exigentibus culpis, perdidit. Igitur, in Dei nomine, cunctis mortalibus, tam presentibus quam etiam et futuris notum sit, quod ego Willelmus, nobilissimus comes, et uxor mea, nomine Lucia, memores pondus enormitatem nostrorum peccaminum, quandam terram Sancti Maioli aliquando hereditatem, actenus vero possessam a nostris antecessoribus, nomine Diliadam et Septem Fontes, pro animabus omnium fidelium christianorum, si quid recti aliquid videmur aut injuste visi sumus habere, donamus ac reddimus Deo et sanctis ejus apostolis, Petro videlicet et Paulo, et ad locum Cluniacum, hubi preest domnus Odilo abbas. Sunt autem ipse villule supra nominate, Diliada scilicet et Septem Fontes, site in episcopatu Regensi. Tradimus sive reddimus servis Dei militantibus in Cluniaco monasterio, cum omnibus ad se pertinentibus, videlicet terris, silvis, aquis aquarumque decursibus, farinariis, pratis, pascuis, vineis, campis cultis et incultis, exitibus et regressibus, totum et integrum ut ab hodierna die faciant rectores supradicti loci quicquid facere voluerint. Si autem ullius persona, qui[1] hanc donationem aliquam calumniam inferre conaverit, non vindicet quod cupit, sed coactus in fisco publico auri libras quinque persolvat, et nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus subjaceat; et inantea ista carta stabilis permaneat. Actum publice apud Podii Odolinum monasterium, feria II[2], anno MXXXVII

1037, mai (?).

[1] B. ajoute *contra*.

[2] La date du mois n'est pas indiquée; mais cet acte a dû être rédigé peu après, peut-être même avant celui des comtes Geoffroi et Bertrand, qui précède. En tout cas, il ne peut pas être postérieur à 1037, année de la mort de Guillaume III, suivant l'*Art de vérifier les dates*.

ab incarnatione Domini, indictione v, regnante Chonone imperatore anno x, regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Signum Willelmi et uxoris sue Lucie, qui hanc donationem fieri jusserunt et coram testibus ad roborandam tradiderunt. S. Aldeberti. S. Pontii. S. Ragnoardi. S. Autolfi. S. Petri. S. Bernardi. S. Poncii Mataroni. S. Arnaldi. S. Rostagni. Eiroardus[1] scripsit. S. Vuillelmi de Monasterio, et fratris sui Isnardi. S. Adalacis, uxoris Isnardi, et filiorum ejus Petri, Raimunni, Emenoni, Girini. S. Aldeberti, filii Poncii Benefilati. S. Gausfredi et uxoris sue Scocie, et filiorum eorumdem Ugoni, Willelmi et Gausfredi. S. Aldeberti de Sancti Georgii, filii Willelmi. S. Ugoni[2] et fratris sui Isnardi.

(*Au dos :*) Carta de Diliada et VII fontibus, de Willelmi comitis, filii Rodbaldi.

2918.

CHARTA QUA BERNARDUS, FILIUS ODONIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, JUXTA DELEGATIONEM PATRIS SUI, QUASDAM RES IN VILLA PERONNA.

(Bibl. nat. or. 96; cop. 22-141, extraits; B. o. 380, CCCLXXVII.)

1037, 5 juillet. Jus hæcclesiasticę religionis merito proprię dignitatis optinet, ut quicquid unusquisque fidelium alicubi hæcclesiæ conferre delegare studuerit, sub proprię titulatione auctoritatis, scripturę adnotatione una cum fidelium suorum corroboratione solempniter adfirmare decernat. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, tam pręsentibus quam futuris, quod ego Bernardus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, aliquid de ęreditate patris mei vel mea, sicut ipse Oddo, pater meus, delegavit adhuc vivens. Est autem ipsa hereditas in pago Matisconensi, in villa Perronna, in loco qui dicitur vulgo Malecocto unum curtilum; in alio loco qui dicitur Valzeletas duas peciolas de vineis. Facio autem hanc donationem pro animę ejus et meę redemptione, et omnium parentum nostrorum, ut nobis Dominus dignetur esse propitius in extremo judicio. Si quis

[1] B. *Erlulfus,* en monogramme. — [2] B. *Vuigonis.*

autem contra hanc donationem aliquam litem inferre temptaverit, Dei omnipotentis incurrat iram, nisi ad ęmendationem venerit, anathema sit in perpetuum, et cui litem intulit auri libram persolvat; et hæc deinceps firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Bernardi, filii Oddonis, qui fieri et firmare rogavit. S. Arnulfi presbiteri. S. Andreę. Iterum S. Arnulfi. Actum Cluniaco publice, furia[1] tercia, anno M. XXX. VII, indicione V, III nonas julii. Arnulfus levita recognovit.

(*Au dos:*) [Carta] Oddonis in villa Pærronna, de uno curtilo.

2919.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM HEREDITATIS SUÆ ET ALIAS RES IN VILLIS SALORNIACO ET BESORNIACO.

(B. o. 610, DCVI.)

Cunctis cruore mediatoris Christi redemptis, quadrifidoque orbe diffusis, maxima ejusdem redemptoris nostri patet karitas, largifluaque in omnibus benignitas; a mundi namque origine inimico instigante mors introivit in homine, a qua multis misericordię suę generibus eripere nos dignatus est omnipotentissimus Dominus, inserens etiam multorum genera virtutum in suorum pectora fidelium, prebens singulis qui ejus divinis obtemperant monitis, regnum supernę visionis, sed et seva tormenta inique agentibus reddens in penis infernalibus. Ego igitur Bernardus, privatus exteriore lumine, ea quę impiis debentur tormenta perti[mescens], consideransque gaudia quę adepturos credo facientes ea quę sunt salubria, abrenuntians presenti seculo, adherere cupio Deo, et ut possim interioris lumine non carere, monasticoque ordini, velut potuero, submitto, ut [in] ęternum, quemadmodum supradictum est, gaudere possim lumine. Cedo autem, pro mea redemptione cunctorumque parentum meorum salute cum consilio fratris mei Hugonis, et uxoris meę Marię et aliorum amicorum meorum, aliquid de mea hereditate Domino Deo sanctisque

1037, 3 novembre.

[1] Sic *furia* dans l'original; *feria* dans le cartulaire.

apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum qui cognominatur Cluniacus, sub tuitione dunni Odilonis abbatis constitutum. Est autem sita ipsa hereditas in pago Matisconensi, in ipso episcopatu, in villa Salorniaco : medietatem autem de ipsa hereditate quam ibi visi sumus habere ego et frater meus Hugo dono; aliam vero medietatem retinet ipse. Sunt curtilia, campi, vineę, silvę, aquę, pascuę, cum exitibus et regressibus, quesitum, ad inquirendum, et cursum de uno farinario, quartam partem; in villa Besorniaco unam perticam de terra arativa; in loco qui nuncupatur Duriaco, dimidiam partem de uno prato quod habet terminationes ab oriente et occidente aquam currentem. Dono etiam dotalitium uxoris meę Marię post discessum ejus in ipsa villa, et unam vineam quam concedo uxori meę quandiu vixerit; post discessum vero ejus, ad Sanctum Petrum deveniat. Habet enim terminationes de ipsa hereditate. Hęc autem omnia dono pro remedio animę meę et patris mei ac matris et fratris mei Hugonis, et uxoris meę Marię, et omnium parentum meorum, et eorum qui laudatores fuerunt hujus donationis meę. Si quis vero hujus donationis calumpniator estiterit, non vindicet quod cupit, sed coactus, in fisco puplico auri libram unam componat, et nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus novi ac veteris subjaceat Testamenti, et deinceps firma et stabilis hęc permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Hugonis, fratris ejus. S. Marię, uxoris ejus. S. Arlerii. S. Bernardi de Olsola. S. Duranni. Actum Besorniaco puplice, anno M° XXXVII° ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, indictione V, regnante Heynrico rege. Arnulfus levita recognovit III nonas novembris.

2920.

CHARTA QUA PONTIUS, COGNOMINE VULVERADUS, FRATER EJUS ARIMANNUS ET CONSOBRINUS EORUM ROSTAGNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM RERUM SUARUM IN VILLA SALA BALDEMARI.

(Bibl. nat. cop. 22-144; B. o. 702, DCXCVIII.)

1037, 12 novembre.

Si quis ex facultatibus rerum suarum quippia[m] dare disposuerit

sanctuario Dei et in eisdem[1] qui in eodem Christo Domino serviunt, sub optentu adipiscendi æternam beatitudinem, prius eum necesse est facere conscriptionem jure testamentario, et sic deinde manumissionis sue munimine eam corroborare, ut cum omni stabilitate id quod subiciendum est, sine alicujus contradictione in subjecto deinceps fine tenus maneat. Sub quo tenore ego Pontius, cognomen Vulveradus[2], et frater meus Arimannus, et Rostagnus consobrinus noster, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum monasterium, in quo magis prodesse videtur quam præesse domnus Odilo abbas, aliquid de rebus nostris que sunt site in pago Dyensi seu in episcopatu, hoc est medietatem de his que habemus loco hereditatis in villa Sala Baldemari, aliam vero medietatem retinemus tali conventu, ut ille primus qui de nobis mortuus fuerit sine legali herede, de nobis tribus[3] pars ejus ad alteros remaneat, et ita usque ad alterum[4]. Quod si ultimus sine legali herede mortuus fuerit, totum ad integrum ad Sanctum Petrum deveniat cum omnibus videlicet ad se pertinentibus, ut visi sumus habere, terris, silvis, aquis, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, vineis, campis cultis et incultis, exitibus et regressibus, quesitum et adinquirendum, ut supra taxavimus, ab hodierna die et deinceps. Si quis vero huic nostre donationi aliquam calumpniam inferre temptaverit, non vindicet quod cupit, sed oactus, in fisco publico auri libras decem componat, et nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus novi et veteris subjaceat Testamenti, ac cum Datam et Abiron, atque Juda, traditore Domini, dampnatus dispereat, et deinceps fine tenus hec firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa; ut magis magisque firmetur, manibus propriis subterfirmamus, testibusque tradimus roborandam. S. Pontii, qui fieri et firmare rogavit. S. Arimanni, fratris ejus. S. Rostagni, consobrini eorum. Actum Cluniaco publice, anno Mº XXXº VIIº ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, indictione v,

[1] [B. *et eisdem.*]

[2] B. porte *Wolveradus* dans le sommaire.

[3] [B. porte : *ille qui primus de nobis tribus mortuus fuerit*, etc.]

[4] B. *ultimum.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

pridie idus[1] novembris, regnante Chonone imperatore, anno x regni ejus. Arnulfus levita recognovit.

(*Au dos :*) Poncii, Arimanni atque Rostagni in pago Dyensi, de Sala Baldemari.

2921.

CHARTA QUA ADEMARUS, COMES VALENTINENSIS, ET UXOR EJUS ROTELDIS ATQUE FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM SANCTI MARCELLI, IN LOCO SALCIACO, IN COMITATU VALENTINENSI.

(B. o. 48, XLVII [2].)

1037. Primo homine transgrediente, ut supra. Ego Ademarus comes et uxor mea, nomine Roteldis, una cum filiis nostris, Pontio videlicet episcopo, Ugone, Lamberto, Gontardo, Geraldo, quendam locum Salciacum nomine, situm in episcopatu et comitatu Valentinę civitatis, consecratum in honore sancti Marcelli martiris[3], sub quibusdam abbatibus actenus in neglegentia curę animarum positum, ut ad statum melioris rectitudinis valeat everti, cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinent, videlicet terris, silvis, pascuis, vineis, aquis, molendinis, pratis et cunctis suis appenditiis, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et monachis de Cluniaco, quibus preest domnus Odilo abbas, ad possidendum et ordinandum et jurem hereditarium vel quicquid agere voluerint agendum. Ideo autem hæc facimus, quatinus tam nos quam cuncti propinqui et amici nostri, anima etiam domni Lamberti comitis, vel animę omnium fidelium christianorum mereantur habere societatem et partem orationum servorum Dei Cluniaco monasterio vel in cunctis suis appenditiis Christo militantium. Actum publice anno ab incarnatione Domini millesimo XXXVII, regnante Conone imperatore, anno x regni sui. Testes Ademarus comes et uxor sua Rotildis, qui hanc donationem fecerunt et decem untias auri a monachis pro ea acceperunt, et Edraldus monachus magnum servitium eis fecit, qui Sancto Petro eam adquisivit.

[1] B. porte : *II kal.*

[2] Cet acte a été publié par Mabillon, *Annal. Bened.*, t. IV, p. 418.

[3] [Voyez ci-devant la donation du comte Lambert, en 985, t. II, charte n° 1715. Elle nomme ce lieu *Fellinis*.]

Pontius episcopus[1], Hugo frater suus, et Lambertus, Gontardus, Geraldus, fratres eorum. Rainardus presbiter scripsit dictante Rainoardo.

2922.

CHARTA QUA ARCHIMBALDUS, VICECOMES MATISCONENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI LAURENTII, ET ALIAM DONATIONEM CUJUSDAM MANSI IN VILLA VIGOSETO CONFIRMAT.

(B. o. 62, LX[2].)

Omnibus in unitate fidei viventibus notum esse volumus, quod ego 1037.
Archimbaldus vicecomes[3] dono Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest reverendę memorię domnus Oydilo abbas, unam ęcclesiam in honore beati Laurentii martyris dicatam, in pago Matisconensi sitam, cum omnibus quę ad ipsam ęcclesiam pertinent, totum ad integrum, quęsitum et inquirendum, in campis, pratis, terris cultis et incultis. Dono etiam in alio loco silvam quę vocatur Plana Cassanea. Dono etiam unum mansum in villa quę vocatur Vigoseto; tali convenientia, ut teneant monachi Cluniacenses quousque revertar de Jerusalem. Posquam autem reversus fuero, recipiam eum si voluero.

Expleto itinere, dedit eum ita ut hic est scriptum.

Notum sit omnibus, quod ego Archymbaldus dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et habitatoribus Cluniacensium mansum quem misi in vadium quando perrexi Jerusalem, totum et integrum, cum omnibus appendiciis, servis et ancillis. Auctorizo etiam donum et cartham[4] quam avus meus Hugo et pater meus Artaldus[5] Sancto Petro fecerunt de curte Monmalardis, ea convenientia ut si ego sine legali herede mortuus fuero, teneant et possideant, sicut in cartha continetur quam ipsi fecerunt. S. Archymbaldi, qui fieri et firmare rogavit.

[1] Ponce de Valentinois, évêque de Valence.

[2] Voyez la confirmation de partie de cette donation sous l'an 1039.

[3] [Sur ce vicomte de Mâcon, voyez A. Bernard, *Essai historique sur les vicomtes de Lyon, de Vienne et de Mâcon*, p. 35.]

[4] [La lettre *h* est représentée par l'accent dur grec ⊦.]

[5] Voy. ci-dessus nos 1672 et 1673.

S. Walteri episcopi[1], Gaufredi canonici, Humberti, Hugonis Buchardi, Hugonis Tosi, Hugonis Maurelli, Artaldi, Humberti de Calvia[2]. Actum publice apud Cluniacum, anno millesimo XXXVII ab incarnatione Domini, indictione v^ta, regnante Heinrico rege. Humbertus levita et monachus scripsit.

2923.

CHARTA QUA RAINOARDUS ET UXOR EJUS MARIA NOTUM FACIUNT SE RES SUAS IN VILLIS MANISIACO ET ITGIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 22-193; B. o. 464, CCCCLXI.)

1038, 11 janvier.

Omnibus in Christo licet fidelibus dum canonica auctoritate persistimus, non activa sed contemplativa perscrutari debemus, dicentem Domino[3], dum in hoc seculo vivimus bonorum operum cessare non debemus, et ita perficiamus in hoc seculo, ut in futuro cum sanctis mereamur porcionem habere. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos ego Rainardus[4], et uxor mea Maria donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo [et] ad locum Cluniacum monasterium, in quo preese videtur domnus Odilo abba, aliquid de nostra hereditate, que sita est in pago Matisconensi, in agro Igiaco, in villa Manisiaco, unum curtilum scilicet, tres raxas[5] de vinea; habet terminaciones a mane terra Sanctæ Marie, a medio die via publica, ex aliis partibus terra Sancti Petri. Donamus in ipsa villa unum campum; a mane[6] terra Sancti Vincentii, a sero terminatur terra Sancti Petri, ab aquilone de ipsa hereditate. [Donamus et alium campum in eadem villa, in quo dicitur ad Cardros, terminatum a mane via publica, a meridie terra Sancti Vincentii, a sero Sancti Petri, ab aquilone de ipsa hereditate[7].] In villa Itgiaco unum curtilum, qui terminat ab aquilone Sancte Marie terra,

[1] Gautier, évêque de Mâcon.
[2] *Calma?*
[3] B. *dicente apostolo.*
[4] Lisez *Ranoardus.*
[5] B. *rascias.*
[6] [Sous-entendu *terminatur.*]
[7] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

ex aliis partibus a sero terra Sancti Petri. Alium curtilum donamus in ipsa villa, qui terminat a mane et a sero Sancte Marie terra, a meridie et aquilone vie publice. Donamus etiam in ipsa villa unam vineam que habet terminaciones a mane via publica, a meridie et a sero Sancte Marie terra. Donamus etiam in ipsa villa Manisiac unam perticam de prato in loco qui dicitur Putat[1]. Hæc omnia donamus Deo et ad supradictum locum pro redemptione animabus nostris, ea ratione ut quamdiu vixerimus teneamus et possideamus. Post discessum vero nostrum, ad supradictum locum deveniat; donamus vero in vestitura[2] sex sextarios de vino. Si quis vero huic nostre donationi aliquam calumpniam inferre temptaverit, non vindicet quod cupit, sed coactus in fisco publico auri libram[3] unam componat; nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus novi ac veteris subjaceat Testamenti, cum Dathan et Abyron ac Juda traditore dampnatus dispereat, et deinceps fine tenus hæc firma et stabilis permaneat, cum stipulacione subnixa. Actum Itgiaco[4] publice, anno M. XXX. VIII ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, indictione V[5], III idus januarii, feria IIII, regnante Chonone[6] imperatore. Arnulfus levita recognovit. S. Rainoardi et uxoris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Adalberti. S. Stephani. S. Ingelberti. S. Achardi.

(*Au dos :*) Rainoardus in Itgiaco.

2924.

CHARTA QUA HUGO, AUTISSIODORENSIUM EPISCOPUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI CIRICI SUPER GRAONAM.

(Bibl. nat. cop. 22-191; B. o. 45, XLIIII.)

Inter cetera divine pietatis, etc.[7] Ego Hugo, per Dei gratiam, Auti- 1038, 20 juillet, à 1039, 19 juillet.

[1] [B. *Pozat.*]
[2] [B. ajoute *omni anno.*]
[3] La copie porte *libras.*
[4] B. *Ipgiaco.*
[5] Lisez *VI.*
[6] B. *Chunone.*
[7] [Cette formule est ainsi abrégée dans la copie de l'original. B. *ut supra.*]

siodorensium episcopus[1], dono Deo et Sancto Petro, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, quamdam ecclesiam in honore sancti Cirici consecratam et potestatem sibi pertinentem, cum omni integritate. Est autem hec æcclesia in episcopatu Cabilonensi et super Graonam fluvium posita : ea ratione ut in presenti duos mansos quos elegerint et medietatem forestem indominicatam in vestituram accipiant; reliquam vero partem Seguino cuidam militi, dum vixerit, in beneficio tenere permittant. Post mortem vero ejus, ad eos redeat. Testes Hugo, Rotbertus dux[2], Roclenus, Ademarus, Gauzfredus, Johannes abbas, Lanbertus. Actum Autisiodoro, Jozaldo dictante, regnante Einrico anno VIII regni ejus.

(*Au dos :*) Karta de ecclesia Sancti Cirici que est in episcopatu Cabilonensi, quam jussit facere Hugo episcopus.

2925.

CHARTA QUA GUIGO VICECOMES LUGDUNENSIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CASTRUM MONTIS MERULI ET ALIAS RES IN VILLIS LIVER ET ROTNENS.

(B. h. 364, CCCLXVI[3].)

[1039, janvier-novembre.]

Notum sit omnibus hominibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Guigo vicecomes, cogitans de Dei misericordia, et de verbo ejus quo dicit : « Date elemosinam, et omnia munda sunt vobis », dono Deo et Sancto Petro omnibusque fratribus loco Cluniensi manentibus res proprietatis meę sitas in pago Lugdunensi : hoc est castrum qui vocatur Mons Meruli cum omnibus ibi pertinentibus, scilicet meas res indominicatas quę ad me jure hereditario pertinent. Et dono eis unum mansum in villa quę dicitur Liver, cum omnibus appenditiis suis, cum servi ibi inhabitante, nomine Constabulo, cum uxore et infantibus eo-

[1] [Hugues, fils de Lambert, comte de Chalon, succéda dans ce comté à Geoffroi Grisegonelle, son beau-père, en 987, devint évêque d'Auxerre en 999, et mourut le 4 novembre 1039.]

[2] [Robert Ier, dit le Vieux, duc de Bourgogne, en l'an 1032.]

[3] Voyez B. h. 320 (1080 environ). Cf. A. Bernard, *Essai sur les vicomtes de Lyon*, p. 12.

rum, quesitum et ad inquirendum. In villa quoque Rotnens omnes condaminas quę ibi ad me pertinent jure hereditario, et totum laborem ibi factum. Quas res ego Deo et Sancto Petro obtuli pro animę meę remedio. Si quis vero huic testamento contrarius extiterit, non valeat vindicare quod cupit, sed coactus quinque libras auri persolvat. Ut autem hoc scriptum pleniorem obtineat vigorem, manu mea firmavi manibusque amicorum et propinquorum meorum tradidi roborandum. S. Guigonis vicecomitis. S. Hugonis comitis[1]. S. Tietbaldi comitis. S. Ermessendis vicecomitisse. S. Hugonis.

2926.

CHARTA QUA ARNULFUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA VALLIS.

(B. o. 688, DCLXXXIIII.)

In Christi nomine. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Arnulfus dono Deo sanctis[que] ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui presse videtur domnus Odilo venerabilis pater, aliquid de rebus meis pro animę uxoris meę Simeldis redemptione, sicut ipsa jussit adhuc vivens. Est autem unum curtile quod est situm in pago Lugdunensi, in villa quę nuncupatur Vallis, et habet terminationes a mane terra Wichardi, a medio die aqua currente quę dicitur Vosana, a vesperi et aquilone terra Sancti Petri. S. Arnulfi, qui jussit fieri. S. Hugonis, S. Bernardi, filiorum ejus. S. Aimonis. S. Azonis. S. Galterii. Actum Cluniaco publicę, III kalendas maii, anno M. XXX. IX ab incarnatione Domini. Arnulfus levita scripsit. 1039, 29 avril.

[1] [Hugues, comte de Chalon, étant mort le 4 novembre 1039, notre charte est nécessairement antérieure à cette date; elle remonte au moins au commencement de l'année. Cette pièce est une de celles qui peuvent servir à déterminer l'étendue de la vicomté de Lyon : elle nous apprend, en outre, que le vicomte Guy II avait épousé une dame nommée Ermessinde.]

2927.

CHARTA QUA SIGIBODUS ET UXOR EJUS WOUDTONA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM BEATÆ MARIÆ IN VILLA QUÆ DICITUR SILINGIACUS, IN PAGO GENEVENSI.

(Bibl. nat. or. 98; cop. 22-219, extraits [1]; B. o. 46, XLV.)

1039 (après le 4 juin).

Legalibus atque antiquissimis instituimur [2] documentis, ut si quis per succedentia tempora aliquid ęternaliter vult confirmari, teli [3] testamento se debet muniri ne ullarum incursione personarum in posterum aliquid valeat impugnari. Quamobrem, auxiliante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, ego Sigibodus [4] scire volo omnibus ęcclesię filiis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego cum conjuge mea, nomine Woudtona adhuc illa vivente, donationem fecimus Sancto Petro, loco Cluniacensi, ęcclesiam quę est constructa in honore beatissimę Dei genitricis Marię, et est sita in pago Genevense, in loco [5] qui dicitur Silingiacus, cum omnibus dotis et decimationibus ad ipsam ęcclesiam pertinentibus. Dedimus etiam ibi mansum unum de terra in ipsa villa Silingiaco jacentem cum casale et vinea et prato [6] et silva, et quicquid ad ipsum mansum pertinet usque ad exquisitum. Hanc autem donationem fecimus per manum domni Odilonis, supradicti loci abbatis, viri famosissimę sanctitatis, qui tunc presens affuit. Hanc autem donationem nepotes nostri Letto et Sigibodus in tantum confirmaverunt, ut etiam ipsi postea aliam donationem facerent, et monachis predicti abbatis traderent, et per funem [7]

[1] Lambert de Barive nous a laissé une autre copie d'un double de cette pièce. (22-220). Elle offre quelques variantes, que nous relevons ici. Elle portait au dos deux inscriptions : « 1° Sigibodi Genevense; 2° Carta Sancti Petri Cluniaco, de Silingiaco. » Nous avons eu également communication d'une copie prise par P. J. de Rivaz sur le cartulaire B. et revue sur l'original de cette charte. Nous désignons les variantes de ce texte par la lettre R. Quant au texte de B., il est fort abrégé.

[2] [Cop. 220, *instruimur.*]

[3] Cop. 220, *tali.*

[4] La copie 220 porte ici *Sigiboldus.*

[5] Cop. 220, B. et R., *vico.*

[6] B. et R., *pratum, campum, silvam;* cop. 220, *pratum et campum et silvam.*

[7] [Cf. Du Cange, v° *Investitura, per funes seu cordas campanarum,* t. III, c. 888.

signi ęcclesiæ eosdem monacos revestirent, insuper et vuirpitionem illis facerent. Hanc autem donationem idcirco fecimus, ut remedium sit animabus nostris et nostra societas sit in benefactis supradicti loci[1] Cluniacensis, et monachi quos ad habitandum ibi delegaverint habeant semper memoriam nostri seu parentorum nostrorum et maxime illorum qui de benefactis suis hoc agere studuerint, ut locus ille crescat et amplificetur et cultus Dei ab inibi Deo famulantibus sine querela et murmurio adimpleri valeatur. Quod si postea aliquis malignus aliquo tempore istam cartam in aliquid perturbare voluerit, sciat se non solum in hoc seculo nihil proficere, sed etiam in futuro a Deo et a Sancto Petro dampnandum se esse; et ut hæc carta firma et stabilis in ævum permaneat, stipulatione subnixa. S. Sigibodi, qui istam donationem cum sua conjuge et cum suis nepotibus Leutone et Sigibodo fecit et firmare rogavit. S. Bruchardi[2] testis. S. Constantini testis. S. Odolardi testis[3]. Ego frater Girardus, presbiter et monachus, istam cartam rogatus scripsi, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo XXX. VIIII, indictione VII, regnante Heinrico rege, filium Cunonis imperatoris, anno primo.

(*Au dos:*) Sigibodi, Genevense.

2928.

CHARTA QUA LETO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS SILINGIACO ET CALVOMONTE.

(B. o. 557, DLIII.)

Sacrosanctę Dei ęcclesię Cluniensi, quę est constructa in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, cui preesse dignoscitur venerabilis abbas dunnus Odilo. Ego Leto dono III condaminas in villa Silingiaco, quarum una conjacet in campo Aliaco, alia vero jacet subtus Sinlingiaco villam, habens ex uno latere et ex una fronte viam publi- 1039 (après le 4 juin).

Les neveux du donateur devaient, après sa mort, donner une nouvelle investiture.]

[1] Cop. 220 ajoute : *videlicet Cluniacensis monachis et*, etc.

[2] [Cop. 220. *Burchardi.*]

[3] B. et R., *Testes Sigibodus cum uxore sua et nepotes sui Letto, Sigibodus, Brucardus, Constantinus, Odolardus.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

cam; tertia vero jacet in finem Vivenalem[1]. Similiter facio donationem de uno manso qui jacet in villa Calvomonte, cum molendino quod ibi est, cum pratis, campis, casale, vineis, silvis, et quicquid ad ipsum mansum pertinet usque ad inquirendum. Ego Sigiboldus, frater istius Letonis, istam donationem fieri rogo, laudo et confirmo, laudante et consentiente avunculo nostro item Sigiboldo, ne ullus deinceps contradicere valeat, cum stipulatione subnixa. S. Leutonis, qui fecit et ipse firmavit manu sua propria. S. Sigiboldi, fratris ejusdem. S. Orlardi. S. Berillonis. S. Bernonis. Ego Giraldus, presbiter et monachus, rogatus scripsi anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo XXX. VIIII, indictione VII, regnante Heynrico rege, filio Cunonis imperatoris, anno primo imperii ejus.

2929.

CHARTA QUA TORINGUS, ADVOCATUS MATRIS SUÆ AVÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN LOCO QUI DICITUR GERMINATA, IN PAGO GENEVENSI.

(Bibl. nat. or. 99; cop. 22-226, extraits; B. o. 712, DCCVIII.)

1039 (après le 4 juin).

In Christi nomine. Ego Toringus scire volo omnibus christianis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, advocatus matri meę nomine Avę[2], de quodam manso quod ipsa dedit Sancto Petro Cluniacensis cenobii, per manus domni Odilonis, supradicti loci abbatis, in alodum, jacentem in pago Genevense, in valle Albenensi, in locum qui dicitur Germinata; et habet terminationes de uno latus et uno fronte rivulum currentem, et de alio latus terram Sancti Petri Genevensis[3] et terram Bornonis, et ex uno fronte via publica. Et ut hęc carta stabilis et firma in evum permaneat, subscripti testes ydonei confirmant. S. Avane[4], qui istam donacionem fecit, per advocatum filio suo Toringum, et firmare rogavit. S. Armanni testis. S. Anselmi testis. S. Odelrici testis. S. Bertranni testis. S. Allioldo[5] testis. Ego Girardus,

[1] Les propriétés données sont dans le diocèse de Genève. Voyez la charte précédente de Sigibodus.

[2] B. *Ævæ*.

[3] [Le texte porte *Genevenensis*.]

[4] B. *Ave*. — [5] B. *Albooldi*.

presbiter et monachus, istam cartam rogatus scripsi anno ab incarnacione Domini Dei nostri Jesu Christi millesimo xxx. viiii, indictione vii, regnante Heinrico rege, filium Cunonis imperatoris, anno i^mo^.

(*Au dos :*) Ave in villa Germinata, Genevense pago. — Carta Toringi, quod fecit Sancto Petro Cluniaco.

2930.

CHARTA QUA DUDINUS, MONACHICUM HABITUM SUSCIPIENS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA AUSIACO.

(Bibl. nat. cop. 22-212; B. o. 567, dlxiii.)

Ego Dudinus[1], in Christi nomine, scire volo omnibus sanctę Dei ecclesię filiis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, propter timorem Dei et remedium anime mee, seculum derelinquens monachicumque habitum suscipiens sub norma regule Sancti Petri Cluniacensis cœnobii, in quo venerabilis pater Odilo preest, me et omnem hereditatem meam, que mihi jure parentorum meorum venit, ad ipsum sanctum locum legaliter coram testibus usque ad exquisitum tradens. Quicquid ergo habui in villą que dicitu rAusiacus, in terris, in pratis, in vineis, in silvis, vel ubicumque alio loco aliquid habui, sive in servis vel ancillis vel aliud quicquid habere potui, usque ad exquisitum, sicut jam supra diximus, totum dono[2] et fideliter trado ad ipsum supradictum sanctum locum, Cluniaco videlicet, ob remedium anime mee seu parentum meorum; et ut[3] habeant deinceps ipsi monachi supradicti sancti loci potestatem quicquid voluerint de ipsa hereditate faciendi, vendendi videlicet, commutandi, donandi vel quicquid aliud voluerint faciendi. Et ut hec carta firma et stabilis in evum permaneat, subscripti testes idonei confirmant. Ego Dudinus hanc cartam fieri jussi et firmare rogavi. S. Aymo testis. S. Ricardi testis. S. Hildradi testis. S. Dodoni testis. S. Rechioni testis. Ego frater Girardus presbiter rogatus istam cartam scripsi anno ab incarnatione Domini Dei nostri Jesu

1039 (après le 4 juin).

[1] B. *Dundinus*, partout. — [2] La copie porte, à tort, *Deo*. — [3] La copie porte, en lettres jointes, *et ud*.

Christi millesimo tricesimo nono, indictione VII, regnante Heinrico rege, filium Cunonis imperatoris, anno primo.

(*Au dos :*) Carta de Ausiauco, quem fecit Dudinus Sancto Petro de Cluniaco, in pago Genevense.

2931.

CHARTA QUA ERMENGARDA DELEGAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PER MANUS DURANNI, QUASDAM RES DE HEREDITATE SUA IN VILLA BUXIACO.

(Bibl. nat. cop. 22-211; B. o. 725, DCCXXI.)

1039, 18 novembre.

Sacro[1] et exorabili loco in honore Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum dicato, vocabulo Cluniacus, quod domnus Odilo venerabilis pater regere videtur, ego, in Dei nomine, Ermengarda[2] adhuc vivens, delego aliquid de mea hereditate Domino Deo et ad supra denominatum locum, per manus Duranni, ut ipse cartam precipiat facere ad denominatum locum. Sunt autem ipse res site in pago Matisconensi, in villa que vulgo dicitur Buxiaco, in agro Sigiaco : hoc est unum clausum de vinea; terminatur enim ex omni parte terra francorum. Dono etiam in alio loco duas raxas de vineis, quas emi de Rainoardo, et terminantur autem a mane terra Bernardi, ex aliis partibus terra francorum. Rogamus igitur et precipimus, ut ad nullum sit hominem datum in beneficium. Si quis autem hujus donationis cartam ullus homo, seu de heredibus meis calumpniare voluerit, primitus iram Dei omnipotentis ac sanctorum apostolorum incurrat; cum Datan etiam et Abiron quos vivos terra absorbuit, et cum Juda traditore Domini flammas incendii se sciat[3] esse comburendum in baratro dampnationis, nisi ad emendationem venerit. Juxta etiam mundanam legem, cui litem intulit auri libram cogatur persolvere, et inantea firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Cluniaco publice, XIIII kalendas decembris, indictione VII, in anno M. XXX. VIIII, regnantem domnum Jesum Chris-

[1] B. *Sacrosancto.* — [2] B. *Ermengardis.* — [3] B. *flammis incendii se sentiat.*

tum in perpetuum. S. Duranni, qui imperavit fieri jussus ab ipsius[1] Ermengarda. S. Girardi. S. Hugonis, S. Wichardi, filiorum ejus. S. Bernardi, cognomento Grosus[2]. S. Aimoni. S. Guichardi, filii ejus. S. Fulcrendis. S. Sigaldi. S. Fulcherii. Arnulfus levita recognovit, in dominico die, ad vicem cancellarii.

(*Au dos :*) Ermengarde, in villa Buxiaco.

2932.

CHARTA QUA ARCHIMBALDUS, VICECOMES MATISCONENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM DICTUM VINEALE ET CONFIRMAT DONATIONEM ANTERIOREM ECCLESIÆ SANCTI LAURENTII EIDEM MONASTERIO FACTAM [3].

(B. o. 141, CXXXVIIII.)

Qui perpetuę beatitudinis memores sunt, dum in hac terra vivunt, 1039.
ex mundalibus quas possident opibus si Christum heredem constituunt, noverint pro certo quia de rebus quas secum auferre nequeunt ęterna lucra adipisci possunt. Nam si prudens judicatur agricola, qui sibi in futurum previdens jacta semina terrę committit, ut multiplicate segetis fęnore gratuletur, multo magis prudentior judicandus est illę, qui ęternę mercedis intuitu habita dividit, congregata dispergit, ut in eo impleatur quod scriptum est : « Dispersit, dedit pauperibus, « justicia ejus manet in seculum seculi[4]. » Vere enim sapiens et prudens est, qui terrena quę possidet ante se premittit, quę in tempore necessitatis, cum tempus operandi jam non erit, metere possit, quorum sumptibus ęternę mendicitatis egestas suppleatur. Quę ego Archimbaldus vicecomes considerans, fragilitatemque communis humanitatis attendens, de his quę possidere videor, dum licet, dumque indulta tempora permittunt, Christum heredem constituere desidero, ut in tempore supremę necessitatis ipse mihi remunerator occurrat. Dono itaque Deo sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Clunia-

[1] [B. *ipsa.*]

[2] B. *Grossus*, qui est préférable. Cf. n° 2881.

[3] [Archembaud avait donné cette église à Cluny avant de partir pour Jérusalem.]

[4] [*Psalm.* CXI, 9.]

cum, cui magis prodesse videtur quam presse domnus Odilo abbas, aliquid de mea hereditate, quę sita est in pago Matisconensi, hoc est mansum qui vulgo Vineale vocatur, cum omnibus ad se pertinentibus, scilicet terris, silvis, aquis, aquarumque decursibus, pratis, pascuis, campis, cultis et incultis, exitibus et regressibus, quęsitum et ad inquirendum, totum ad integrum, ut ab hodierna die et deinceps faciant ex his quicquid facere voluerint rectores ipsius loci in Dei famulamine. Feci autem jam, per Dei gratiam, sub alio testamento, donationem de ęcclesia Sancti Laurentii[1] juxta positam predictis apostolis ad prefatum locum, eo voto et desiderio ut ex precepto abbatis prelibati loci ibi perpetuam habitationem habeant Cluniacenses monachi, et cum hoc per Dei gratiam impletum fuerit, volo ut hęc quę supra scripta sunt, et quę jam in aliis locis dedi, et abhinc inante per Dei voluntatem donavero ad denominatam ęcclesiam et ad usus monachorum inibi habitantium pertineant, salva tamen omnimoda dominatione abbatis et prepositorum Cluniacensis loci. Igitur facio hanc donationem pro remedio animę meę omniumque parentum et fidelium meorum, ut omnibus nobis proveniat ad indulgentiam et remissionem peccatorum nostrorum. Si quis autem hanc donationem temptaverit calumniari aut scindere, nisi cito resipuerit et congrua satisfactione emendaverit, sciat se et mundanis legibus obnoxium et cęlesti propiciatione indignum, coactusque judiciaria potestate, auri libras v persolvat, et hęc firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Archimbaldi vicecomitis, qui fieri jussit et firmare rogavit. S. Hugonis Boccharę[2]. S. Hugonis de Buxolio. S. Hylii, Gerardi. Actum Cluniaci publice, per manus Arnulfi levitę, [feria] VII^{a} sabbati, anno millesimo XXXVIIII ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, indictione VII^{a}, regnante Heynrico rege Francorum.

[1] Voyez ci-dessus, n° 2922. — [2] [C'est sans doute le même personnage, qui est appelé dans la charte n° 2922 : *Hugo Buchardus*.]

2933.

CHARTA QUA THEOBALDUS, COMES CABILONENSIS, REMITTIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS INJUSTAS EXACTIONES IN BELMONTE ET JULIACO POTESTATIBUS.

(B. o. 219, CCXVII.)

Notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod interventu domni Odilonis abbatis et cęterorum Cluniacensium fratrum, ego Thetbaldus[1] comes remitto exactiones Deo et Sancto Petro, quas comes Hugo, avunculus meus, exigebat per consuetudinem de Belmonte et Juliaco potestatibus Sancti Petri Cluniensis et de omnibus ad ipsas potestates pertinentibus, totum ex integro; ut nihil amplius neque a me, neque a meis exigatur vel requiratur, in receptis videlicet et aliis injustis consuetudinibus. Facio autem hanc remissionem pro Deo et animę meę remedio abhinc et in perpetuum per cuncta succedentia tempora. Ut autem firmior sit et stabilior, manu propria firmavi et fidelibus meis firmare precepi. S. Thetbaldi comitis. 1039-1048.

2934.

CHARTA QUA JOZERANNUS CALVUS ET ALIUS JOZERANNUS, PARENTES JOZERANNI INTERFECTI, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA DEFUNCTI, QUASDAM RES DE HEREDITATE EJUS IN VILLIS EXARTELLIS ET KAVANIACO.

(Bibl. nat. or. 97; cop. 22-200, extraits; B. o. 328, CCCXXVI.)

Priscorum[2] fidelium laudabili religione sanctitum est, ut post hujus incertę vitę decursum, ipsa exanimata[3] corpora tradantur et recondantur locis sanctorum et memoriis, ut per hoc aliquatenus valeant ipsis suis exui a peccatis. Huic igitur sacrę institutioni fides a nobis accommodanda est, et pro ipsis ut valeant veniam peccatorum consequi, in quantum possibilitas parentum illorum et fidelium impertit ęlemosinarum largitio inpendenda est. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, 1040, 5 janvier (n. s.).

[1] [Dans ce mot la lettre *h* est figurée par l'accent grec ⊢.] — [2] [Chrisme, en tête de l'acte.] — [3] [L'original et B. portent: *examinata.*]

tam presentibus quam futuris, quod ego Jozerannus, cognomine Calvus, et alius Jozerannus, parentes Jozeranni interfecti, pro animę ipsius redemptione, donamus aliquid de ipsius rebus, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus ac venerabilis pater Odilo. Sunt ipse res site in pago Matisconensi, in villa quę vocatur Exartellis, unum clausum de vinea: terminatur autem ex omnibus partibus terra Sancti Petri; et in alia villa quę nominatur Kavaniacus, unum curtilum cum vinea et mansione et fonte ad ipsum curtilum pertinente : terminatur autem a mane terra Sancti Petri, a meridie aqua currente, a occidente de ipsa hereditate, ab aquilone terra Sancti Petri. In ipsa vero supradicta villa donamus iterum unum pratum; a mane et a meridie terminatur muro et via publica, a sero de ipsa hereditate, ab aquilone aqua currente et a capite quod est a mane usque ad alium caput quod est ad vesperum, IIII^or perticas erpinales. Rogamus ergo et precipimus, ut nulli homini detur in beneficium, et si hoc factum fuerit, ad heredes[1] illius revertatur. Hanc autem don[a]tionem facimus pro redemptione ipsius animę et patris ejus Hildini, matris et omnium parentorum ejus vivorum ac defontorum; atque extiterunt laudatores istius cartę : S. Jozeranni Calvi. S. alium Jozeranni. S. Girbaldi presbiteri. S. Bernardi. S. Girbaldi. S. Oddonis. S. Contardi. S. Artaldi. S. Raimberti. Actum Cluniaco publicę, per manus Arnulfi levitę, nonis januarii, M. XXX. VIIII anno ab incarnati[o]ne Domini, indictione VII, regnante Heinrico rege.

2935.

CHARTA QUA GAUSMARUS ET UXOR EJUS PONTIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM CUM VINEA ET VIRCARIA IN VILLA LAMNARIACO.

(Bibl. nat. cop. 22-242; B. o. 583, DLXXVIIII.)

1040, 2 avril. Quia hujus vite status immusnis a crimine vix a nemine percurritur, oportet [unicui]que[2] pro modulo boni operis strenuitate et ele-

[1] [La première lettre de ce mot est figurée par un accent rude grec ⊢.] — [2] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

mosinarum largitione, si quis[1] delicta culpe, deluere et eterne mercedis fructum pro posse adquirere. Quapropter noverint cuncti fideles, tam presentes quam futuri, quod ego Gausmarus et uxor mea Poncia, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, unum curtilum cum vinea simul tenente et vircaria. Habet enim ipse curtilus he terminationes : a mane via publica, a meridie, a sero similiter, a aquilone terra Sancti Petri de Matiscone. Est autem ipse curtilus in pago Matisconensis, in agro Fusciaco, in villa Lamnariaco[2]. Si quis autem hanc donationem aliquam calumpniam inferre temptaverit, primitus iram Dei omnipotentis omniumque sanctorum cum genitrice Christi offensam incurrat, nisi ad satisfactionem venerit; cogente vero judiciaria [potestate], auri libram unam persolvat et inantea firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa[3]. S. Pontie, uxoris Gausmari, qui fieri et firmare rogavit. S. Sigaldi. S. Bladini. S. Arberti. S. Vuichardi. Actum Cluniacum publice, IIII^to nonas aprilis, anno VIIII imperante Heinrico rege. Arnulfus indignus levita scripsit.

(*Au dos :*) Gausmari in Lannariaco.

2936.

CHARTA QUA JOHANNES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMABUS PARENTUM SUORUM ACHARDI ET ERMENDRAÆ, CONDAMINAM IN LOCO QUI NUNCUPATUR ALBA PETRA.

(B. o. 663, DCLVIIII.)

Sacrosancto et exorabili loco in honore Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum dicato, vocabulo Cluniacus, quem domnus Odilo abbas regere videtur. Ego igitur, in Dei nomine, Johannes, reminiscens peccatorum meorum enormitatem, simulque pertimescens venturi judicii diem, dono Deo et sanctis supradictis apostolis, et ad locum nominatum, aliquid ex rebus meis quę sunt sitę in pago Lugdunensi, in agro Misiriacensi, in loco qui nuncupatur Alba

1040, 6 avril.

[1] B. *si qua sunt.* — [2] B. *Lannariaco.* — [3] B. met ici la signature de *Gausmarus*, qui manque dans la copie de l'original.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Petra, videlicet unam condaminam, sicut ego visus sum habere. Dono etiam juxta exartum qui nominatur Aldigrimi; terminatur autem a mane terra Sancti Petri, a medio die terra Humberti, a sero terra Aymonis, ab aquilone via puplica. Facio autem hanc donationem pro animę meę et patris mei Achardi et matris meę Ermendraę remedio, et omnium parentum meorum vivorum ac defunctorum, ut nobis proficiat ad salutem. Si quis autem hujus donationis cartam, aut ego ipse, aut ullus propinquus meus, seu de heredibus meis calumpniare voluerit, primitus iram Dei omnipotentis ac sanctorum apostolorum incurrat, cum Dathan quoque et Abiran, quos vivos terra absorbuit, et cum Juda traditore Domini, flammis incendii se sciat esse cumburendum in baratro dampnationis, nisi ad emendationem venerit. Juxta etiam mundanam legem, cui litem intulerit auri libram cogatur persolvere, et inantea firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Cluniaci, per manus Arnulfi levitę, VI idus[1] aprilis, in die Paschę, anno M.XL ab incarnatione Domini. S. Johannis, qui fieri et firmare rogavit. S. Pontii. S. Aymonis.

2937.

CHARTA QUA GISLABERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA FRATRIS SUI GAUSFREDI INTERFECTI, RES SUAS IN VILLA MUNIACO.

(Bibl. nat. or. 100; cop. 23-14, extraits; B. o. 574, DLXX.)

1040, 1er septembre.

In nomine Verbi incarnati. Sciant cuncti fideles sanctę Dei ecclesiæ, quod nos duo fratres, Gislabertus[2] videlicet et Gausfredus, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum monasterium, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, aliquid de nostra hereditate quę sita est in pago Matisconense, in villa quę vocatur Muniacus, totum ad integrum, quantum ibi visi sumus habere, scilicet campis, vineis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, ut ab hodierna die faciant rectores hujus loci quicquid facere volue-

[1] Il faut lire *VIII idus* ou *VI mensis*. — [2] B. *Gislebertus*, ici et plus bas.

rint. Facio autem ego Gislabertus hanc donationem pro animę fratris mei Gausfredi remedio[1], sicut ipse delegaverat in vita sua[2]; et si ego in hoc pago finiero, seniores recipiant me ad sepeliendum sine aliquo censu, nisi gratanter dederim. Actum Cluniaco publice, die kalendarum septembrium, per manus Eldulfi sacerdotis, regnante Eynrico rege Francorum. Si quis vero hanc donacionem calumniare voluerit, nisi cito resipuerit, omnibus maledictionibus subjaceat, et cui litem intulit auri libram persolvat, et deinceps stabilis maneat[3], cum stipulatione subnixa. Signum Gislaberti, qui hanc donationem fieri jussit pro se et fratris sui sepultura. Signum Tedulfi clerici. S. Jozaldi. S. Hugonis. Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi M. XL, indictione VIIII[4].

(*Au dos :*) Gislaberti et Gausfredi interfecti, in villa Moiaco, in pago Matisconensi.

2938.

CHARTA QUA RAINALDUS ET UXOR EJUS TERREDA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DIMIDIAM ECCLESIAM SANCTI ANDOCHII IN VILLA FONTANEDA.

(Bibl. nat. or. 63; cop. 40-176, extraits; B. o. 29, XXVIII.)

A paradisi amenitate primo parente nostro expulso, in hujus vite peregrinacione ob inobedientię culpam constituto, omnipotens Dominus ut sicut exinde ejectus fuerat, speciale ei tribuit quoddam remedium, per quod valeat ad æternum redire unde exierat regnum; dat namque unicuique fidelium speciale peculium, quatinus de conlatis ab eo sibi bonorum temporalium faciat sibi thesaurum indeficientem in celum, quo non ingreditur fur ad furandum, nec ubi nulla est demolitio tinearum, sed et sapientis et justi viri exortantis est vox in qua invitamur ad helemosinę tribuendum bonum, qualiter nos invitat, dicens in hunc modum : « Fiducia magna est coram altissimo Deo, « eis qui sectati fuerint helemosinę bonum[5]. » Quapropter ego in Dei 1040, environ.

[1] [B. *pro animę meę et fratris mei G.*]

[2] On voit par l'inscription au dos de l'acte que Gausfred avait été tué.

[3] [B. *permaneat.*]

[4] Il faudrait *VIII.*

[5] [*Tobiæ*, IV, 12.]

nomine Rainaldus, cum uxore mea Terredę nomine, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi prodesse magis quam preesse videtur domnus et reverentissimus Odilo abbas, ex nostrarum temporalium rerum a parentibus nostris jure obvenientium, videlicet dimidiam ecclesiam in territurio Augustudunensi sitam atque in honore sancti martyris Christi Andochii consecratam, cum omnibus que ad medietatem ipsius ecclesię pertinere noscuntur. In ipsa etiam villa, ubi eadem ecclesia constructa est, que Fontaneda vocatur, dono supradicto loco servientibus Christo, unum mansum cum omnibus que ad se pertinent, quesitum et inquirendum. Hanc autem donationem ex rebus supra denominatis facio pro anime meę remedio, necnon et pro anima uxoris meę Terredę et pro animabus omnium parentorum meorum salute, quatinus omnipotens Dominus, qui salus fidelium et helectorum suorum est, cum sanctis suis concedat nos gaudere in suo regno; in tali etiam convenientia hec ipsa facio, ut ab hodierno die et deincebs habitatores Cluniacenses ex his quicquid voluerint agant. Quod si quis huic nostræ donationi contrarius esse voluerit vel calumniam inferre temptaverit, omnium maledictionum que in divinis litteris continentur maledictione punitus, anatemate perpetuo damnatus intereat. S. Rainaldi et uxoris ejus Terrede, qui hanc donationem fecerunt. S. Landrici. S. Tedrici. S. Rolanni. S. Ansegisi.

(*Au dos :*) Rainaldus, de ecclesia Fontaneto, Augustuduno.

2939.

CHARTA QUA BEATRIX, UXOR ARCHIMBALDI VICECOMITIS MATISCONENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA SALZETO.

(Bibl. nat. fonds latin 17715, n° 33; B. o. 766, DCCLXI.)

1040, environ (?).

Quęque statu proclivi temporis firma debent persistere, necesse est ex litterarum caracteribus solidare, quo veritatis noticia agnoscatur et futurę litis affectus comprimatur. Quapropter notum sit fidelibus cunctis, tam presentibus quam supervenientibus, quod ego Beatrix

dono Deo et sanctis apostolis ejus, videlicet Petro et Paulo, ad locum Cluniacum monasterium, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, aliquid de rebus meis quę sunt sitę in pago Lucdunensi, in loco qui vocatur Salzeto, videlicet unum mansum cum omnibus ad se pertinentibus, quem incolit Umbertus. Facio autem hanc donationem pro animę meę remedio et omnium parentum meorum, quique laudatores hujus donationis extiterint, ut nobis in commune proficiat ad salutem. Si quis vero hanc ęlemosinam calumpniare aut scindere voluerit, a me libenter ex juris meis factam, nisi citius resipuerit, omnibus subjaceat maledictionibus, et cui litem intulit, coactus judiciaria potestate, auri libram exsolvat; hæc quoque firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Signum Beatricis, uxor Archimbaldi vicecomitis nuper defuncti, quę fieri jusit et firmare rogavit[1]. [S. Hugonis. S. Baldini. Actum Cluniaco publice, mense maio, per manus Arnulfi levite, regnante Domino nostro Jesu Christo sine fine in evum.]

(*Au dos:*) Beatricis in Salzeto, in pago Lugduno, de uno manso.

2940.

CHARTA QUA GAUSFREDUS ET FRATER EJUS DALMACIUS NOTUM FACIUNT SE WERPIVISSE IN MANU ODILONIS, ABBATIS CLUNIACENSIS, REFECTIONEM QUAM EXIGEBANT IN VILLA IVUIRANDA.

(Bibl. nat. cop. 15-208; B. o. 548, DXLIIII[2].)

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris, quod ego Gausfredus cum fratre meo Dalmacio vuerpicionem facimus de receptione[3] 1040, environ (?).

[1] Ce qui suit entre crochets est tiré de la copie du cartulaire.

[2] La date approximative que nous donnons à cet acte est fondée sur l'existence d'une autre charte des mêmes donateurs, qui ne peut être antérieure à 1049, puisqu'on y voit mentionné l'abbé Hugues, tandis que celui-ci a été passé sous l'abbé Odilon. (Voyez ci-après à la date de 1050 environ.)

[3] Ne vaudrait-il pas mieux lire *refectione*, comme plus bas? On emploie plutôt la forme *Receptum* au sens de repas. En somme, on voit que les deux fils de Dalmace cèdent aux religieux de Cluny, en mémoire de leur père, leurs droits sur Iguerande. Le patronage de cette localité appartenait, en effet, à l'abbaye de Cluny, ou du moins à sa fille, le prieuré de Marcigny.

quam exigebamus de villa Ivuiranda, in presentia et in manu domni Odilonis abbatis omniumque fratrum Cluniensium, ut ab hac die inantea non requiramus, neque nos neque aliquis heredum nostrorum in perpetuum; tali conventu, ut in anniversario patris mei Dalmacii ipsa refectio senioribus Cluniacensibus lautissime preparetur, ut libentius ipsi fratres memoriam illius habeant in cunctis divinis obsequiis[1]. Quod si aliquis hoc presumpserit [calumpniare[2]] de nostra progenie, omnibus maledictionibus subjacebit. S. Gausfredi, qui hanc vuerpicionem fecit. S. Dalmacii, fratris ejus.

(*Au dos :*) Werpicio Gausfr[e]di de servitio quem exigebat de obedientia Igoranda.

2941.

CHARTA QUA ACELINUS CLERICUS DAT PIGNORI INGELELMO VINEAM IN VILLA VARENGIS.

(Bibl. nat. cop. 23-12.)

1040, environ. In nomine sancte Trinitatis. Noverint cuncti fideles Christi, tam presentes quam futuri, quod Acelinus clericus misit unam vineam in villa Varengis in contrawadium Ingelelmo pro xxx[ta] quinque solidos Genevenses; in tali convenientia, ut si supradicta vinea non fuerit redempta usque ad quinque spacium annorum, sit enporpec[3] in loco venditionis. S. Stephani.

(*Au dos :*) Carta Maioli[4] in villa Warengis.

[1] [La copie porte *obsequis.*]

[2] [Mot fourni par B.]

[3] [Mot de la langue vulgaire que l'on trouve dans le cartulaire de Savigny, n° 250, sous la forme *impopec.* Cf. Du Cange, v° *Impopee.* Ce mot semble signifier que le gage est transformé en une simple vente, et que la vigne devient la propriété du prêteur.]

[4] Pourquoi ce nom? Rappellerait-il le gouvernement de l'abbé Maïeul? Dans ce cas, l'acte serait antérieur à 994, et non de 1040 environ, comme l'indique L. de Barive d'après la forme de l'écriture.

2942.

CHARTA QUA NOTUM EST SENALDUM SACERDOTEM, ET SOROREM EJUS ENGELBERGAM TERRAS IN VILLA CAVANIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 23-13; B. h. 198, CC.)

Noverit congregatio sancti Cluniacensis cenobii, quod quidam ejusdem monasterii postea monachus, nomine Senaldus sacerdos, veniens ad sancte conversationis habitum, dedit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo sanctoque Cluniacensi loco, quandam portionem terre que est in villa Cavaniaco. Soror quoque ejus, nomine Engelberga, longo post tempore, dedit aliam portionem terre que sui juris esse videbatur; tali convenientia ut in cunctis ipsius loci benefactis deinceps partem haberet, et post mortem, si fieri posset, Cluniaco sepeliretur. Factum est autem hoc donum tempore domni Widonis, prefati loci prioris; quod et longe post confirmatum est et conscriptum in manu domni Fulcherii, Lurdonensis decani. S. Engelberge, que hoc donum renovavit. S. filiorum ejus Bernardi, Stephani, Giraldi. S. Fulcherii, decani et totius familie Lurdonensis, que hujus rei testis est. 1040, environ.

(*Au dos :*) Carta de Engel[berga] de Lordo[no] [1].

2943.

CHARTA QUA LIETALDUS ET STEPHANUS WERPIUNT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVOS ET ANCILLAS IN OBEDIENTIA QUAM VOCANT CAVANIAS ET SOLUSTRIACUM.

(Bibl. nat. cop. 23-15; B. h. 356, CCCLVII.)

Notum sit omnibus sanctæ Dei æcclesiæ fidelibus, quod nos duo fratres Lietaldus et Stephanus, filii Stephani, pro amore Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum, [et] pro redemptione animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum et maxime patris nostri Stephani, annuimus donum illud et conventionem quam fecit ipse pater 1040, environ.

[1] On ne voit pas trop pourquoi ce nom paraît ici; les moines de Lourdon furent simplement témoins de la donation. Peut-être Ingelberge habitait-elle ce lieu.

noster prenominatus Stephanus, de servis et ancillis quos calumniabatur, qui pertinebant ad obedientiam Cavanias et Solustriacum. Hos étiam nos calumniabamur post mortem patris nostri; sed sicut diximus, nunc ex toto werpimus, et conventionem illam et donationem confirmamus, et in propria carta signamus, acceptis triginta solidis a domno Stephano decano eidem obedientiæ, præter alios duodecim solidos quos Martinus monachus, similiter ejusdem obedientiæ decanus, dederat patri nostro Stephano. Hanc conventionem et cartam, si quis amplius infringere voluerit, anathema sit, et in inferno cum diabolo et angelis ejus perpetuis tormentis puniatur. Hujus donationis testes sunt: Maiolus de Vincele, qui etiam testis fuit in donatione patris nostri, Durannus similiter et Walterius etiam in dono patris testes sunt, et alii presentes testes : Girbertus, Dalmacius, Arlebaldus et frater ejus Stephanus, Petrus.

2944.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM SILVÆ FAVERCENSIS, ETC.

(Bibl. nat. cop. 23-16; B. o. 470, CCCCLXVII.)

1040, environ. Mundi termino appropinquante, ruinis crebrescentibus jam certe signa manifestantur. Idcirco ego Bernardus, in ultimo positus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, cujus preest domnus Odilo abba, pro remedio anime mee et uxoris mee Ermengardis et filiorum meorum et omnium parentorum meorum, quasdam res site in pago Matisconense, unam silvam que vocatur Faversensis[1], totam partem quam ibi visus sum abere, eam dono et custodiam cum omni integritate, ab aqua que vocatur Margarita usque ad crucem. Infra istas terminaciones, totam et integram meam partem cedo habitatoribus supradicti monasterii. Dono eciam duos pratos, unus tenet cum supradicta silva Favercensi; alius tenet inter duas aquas Margaritam et Rivum Rusticum. Dono etiam unum campum, qui

[1] B. *Favercensis.*

vocatur in Chivronelnum : terminat a mane terra Raymbaldi, a meridie terra Sancti Petri et Sancti Johannis, a sero terra Sancti Vincencii, a septentrionali via publica. Dimitto etiam querelam quam habebam in quadam vinea qui est in villa Mariesontis [1], quam tenebat Otbertus; terminat a mane terra Girardi, a medio die via publica, a sero terra ipsius Bernardi, a cercio cutta currente. Istas nominatas res atque suprascriptas donamus, sicut jam diximus, ad prefatum locum, pro remedio animarum nostrarum; et volumus ut he res semper sint [2] in elemosina fratrum Cluniensium. Si quis vero, nos ipsi, aut ulla intromissa persona contra hanc donationem venerit, iram Dei omnipotentis incurrat et sanctorum apostolorum, nisi emendaverit. Cogente etiam potestate, auri libras quinque solvat, et inantea stabilis maneat. Actum Besorniaco publice, regnante rege Heinrico. S. Bernardi et uxoris sue Ermengardis, qui firmaverunt. S. Gausfredi, filii sui. S. Tedze, filie sue. S. Ugonis, filii sui. S. Elgodis, filii sui. S. Waldalmode, filie. S. Bernardi. S. Humberge.

(*Au dos :*) Carta Bernardi in Besorniaco.

2945.

CHARTA QUA GAUCERANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM SILVÆ FAVERCENSIS, ETC.

(B. o. 639, DCXXXV.)

Mundi termino appropinquante, ruinis crebescentibus (*sic*), jam certe signa manifestantur. Idcirco ego Gaucerannus, in ultimo positus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, cui preest dunnus Odilo abba, pro remedio animę meę et uxoris meę Richeldis, et filiorum meorum, videlicet Stephani, Wausfredi, et Hugonis, quasdam res sitas in pago Matisconense, scilicet unam silvam quę vocatur Favercensis, totam partem quam ibi visus sum habere, eam dono et custodiam cum omni integritate, ab aqua quę vocatur 1040, environ.

[1] Peut-être faut-il lire *Mariefontis?* — [2] B. *ut heredes semper simus.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Margarita usque ad crucem. Infra istas terminationes, totam et integram meam partem habitatoribus supradicti monasterii [dono]. Dono etiam duo prata, unum quod vocatur Pratum Rotundum, aliud quod conjacet inter duas aquas, quarum una nominatur Margarita, altera Rivulus Rusticus; et in uno manso, qui vocatur Cruciacus, consuetudinem quam ibi habeo totam et integram; et in alio manso, qui vocatur Platea, similiter totam consuetudinem. Istas nominatas res suprascriptasque donamus, sicut jam diximus, ad prefatum locum, pro remedio animarum; et volumus ut hę res semper in alimonia fratrum Cluniensium[1]. Si quis vero, nos ipsi, aut aliqua intromissa persona contra hanc donationem venerit, iram incurrat Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum, nisi cito ad emendationem venerit. Cogente etiam potestate[2] auri libras v solvat, et inantea firma et stabilis permaneat. Actum Cluniaco publice, regnante Eyrico rege[3]. S. Gauceranni, qui fecit et ipse firmavit. S. Richeldis, uxoris ejus. S. Stephani. S. Gausfredi. S. Milonis. S. Hugonis. S. Bernardi. S. Gauceranni. Data mense augusti. Eldulfus ad vicem cancellarii recognovit.

2946.

CHARTA QUA RAIMODIS REDDIT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM CASOIAM, OLIM A MONACHIS LEODBALDO EPISCOPO LOCO PRECARIÆ CONCESSAM.

(Bibl. nat. cop. 26-213 *bis;* B. o. 467, CCCCLXIIII.)

1040, environ. In nomine Verbi incarnati. Ego Raimodis, uxor quondam domni Wichardi, olim defuncti, nunc vero juncta matrimonio domno Ansedeo seniori meo, eodem consentiente sive favente, pro anima supradicti senioris mei Wichardi, dono vel potius reddo quandam terram que vocatur Casoia Sancto Petro et loco Cluniaco. Que quidem terra ante fuit Sancti Petri et supradicti loci. Sed ab abbate et monachis data est loco precarie domno Ledbaldo[4] tunc quidem clerico, postea Matis-

[1] [Suppléez *sint.*]
[2] [Suppléez *judiciaria.*]
[3] Pour la date de cet acte, voyez le numéro 2951, passé l'an 10 du règne du même prince, par le même rédacteur.
[4] B. *Leotbaldo.*

censi episcopo[1]. Ipse vero Leodbaldus, contra justiciam faciens, alienavit eam ex toto a Sancto Petro, et donavit eam Gauzeranno loco emendationis pro suo parente, Berengario nomine, quem interfecerat. Hanc itaque reddo Sancto Petro pro anima senioris mei Wichardi et patris ipsius supradicti Gauzeranni. Dono etiam unam ancillam, nomine Adalgardam, cum infantibus suis et totam hereditatem similiter pro anima ipsius senioris mei Wichardi et filie mee Wiceline et mea. Si quis autem hanc donationem calumniare voluerit, vindicare non valeat, sed in thesauro publico auri libram componat. S. Raimodis, que hanc cartam fieri et firmare rogavit. S. Ansedei. S. alterius Ansedei. S. Achardi. S. Walterii. S. Costabuli[2]. S. Ugonis.

2947.

CHARTA QUA PONTIUS COMES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN PAGO TREVIS, IN LOCIS DICTIS VILLETAS, MERDUZANA ET MOTA.

(B. o. 680, DCLXXVI.)

Dum in hac vita sumus, cogitare debemus qualiter ad vitam ęternam unde ejecti sumus, reverti mereamur. Quapropter ego Pontius, divino nutu compunctus, recognoscens enormitatem meorum peccaminum, dono Deo sanctisque ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Odilo piissimus abba magis videtur prodesse quam preesse, aliquid de mea hereditate, pro redemptione animę meę et patris ac matris meę, parentum meorum ac omnium fidelium christianorum, ut omnipotens Deus concedat nobis gaudium sine fine man- 1040, environ.

[1] Cf. la charte de précaire accordée par l'abbé Maïeul au clerc Leutbaldus en 978-979, n° 1460. Voir sur ce prélat une curieuse lettre du pape Benoît VIII qui donne de lui une idée toute différente de celle qu'on trouve dans notre charte. Voici les termes de cette bulle qui est mentionnée ci-dessus sous le numéro 2703 : « Warulfus de Branceduno et frater ejus Walterius, Matiscensis prepositus, qui eis « [monachis] contrarii sunt de precaria, « quam tenebat de Sancto Petro beatæ recordationis Leobaldus episcopus, eorum « videlicet avunculus, et de alia terra, « quam idem præsul ante mortem suam, « ipsam precariam restituens, ex sua parte « donaverat Sancto Petro. »

[2] [B. *Constabuli.*]

surum. Est autem ipsa hereditas sita in pago Trevis, in tribus locis, unus vocatur Villetas, alius Merduzana [1], atque alius Mota, juxta rivulum qui appellatur Lota, totum et integrum, cultum et incultum, cum campis et pratis, cum omnibus his quę ad istum mansum positum in istis locis supranominatis, quem ego in dominicatu laborare faciebam, pertinere videntur, concedo habitatoribus Cluniensis monasterii, ut faciant quicquid facere voluerint. Si autem ullus homo contra hanc donationem aliquam calumpniam inferre voluerit, nisi cito resipuerit, sit pars ejus cum Dathan et Abiron, quos terra vivos deglutivit, et inantea hęc elemosina stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum castro Torana, feria V, luna XXI, indictione VII, epacta XV [2], regnante Domino nostro Jesu Christo sine fine in perpetuo. S. donni Pontii comitis, qui fieri jussit. S. domni episcopi Cononis [3]. S. Arberti et fratris sui Hunberti. S. Arberti. S. Leotaldi. Et si aliquis homo aut femina de beneficio quod habuerint in mea potestate habitatoribus loci supra nominati dare voluerint, hoc firmiter concedo, et manu propria firmo.

2948.

CHARTA QUA PONTIUS COMES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VILLEAS, MERDUSANA, ERON, ETC.

(B. o. 805, DCCC.)

1040, environ. Ego Pontius comes dono Deo sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo, monachis habitantibus Cluniaco monasterio, condaminas et unum pratum quem habeo in his villis : una vocatur Villeas, alia Merdusana, cum omnibus ad se pertinentibus; unam medietatem de ecclesia quę [sita est in pago qui dicitur Trevis, in episcopatu Diensi, in loco qui] nominatur Eron [4], cum XII sextaradias de terra juxta eam; unam cellam in agro quę vocatur Lunis. Et si aliquis homo aut femina

[1] [Le cartulaire de Domène nomme ce lieu *Merdilane*, ch. 233-30.]

[2] Ces deux dernières indications chronologiques ne s'accordent pas entre elles.

[3] Évêque de Die.

[4] [Ces mots sont empruntés à une charte que l'on trouvera ci-après sous le numéro 2951.]

de mea hereditate vult dare Deo et supra nominato loco, hoc similiter dono et laudo. Istam donationem facio ad presens sine ulla terminatione, aliam facio in alio tenore de loco qui nominatur Gentiacus, cum viridiario jacente juxta eum, et unum clausum similiter prope, et de meis vaccis quas in dominicatu possideo : de clauso vero IIII sextarios de vino et de vaccis unam in vestitura omnique anno, eo tenore ut quamdiu vixero teneam; post meum discessum jam dicto loco revertatur cum omni integritate. Est autem facta audiente domno Aimone, Arberto, Berengerio, alio Arberto.

2949.

CHARTA QUA ROBERTUS, DUX BURGUNDIONUM, CONFIRMAT POSSESSIONES MONACHORUM CLUNIACENSIUM IN OMNIBUS TERRIS, UBICUMQUE SINT CONSTITUTÆ, ET NOMINATIM IN GIVRIACENSI POTESTATE.

(C. 117.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit fidelibus cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Robertus, dux Burgundionum, veniens Cluniacum causa orationis et ad sollempnizandum gaudium Dominice resurrectionis, susceptus sum cum magna reverentia et devotione a totius congregationis Deo devota fraternitate. Egressurum vero de monasterio et ad propria reversurum, adierunt me domnus Gaufredus prior cum simul tota congregatione, obnixe rogantes ut per testamentum litterarum notum facerem posteris insigne amicitię et familiaritatis, quam ab eis in Dei nomine accepi, adjutorii quoque et protectionis atque defensionis quam in omni loco quocumque potuero eis promisi, et precipue nominatim de Giviriacensi potestate, quam episcopus Hugo, Cabilonensis nominatus comes, cum matre sua et sorore olim dederunt Sancto Petro[1]. Hanc ergo justam eorum petitionem perpendens et sinceram in Dei famulamine conversationem perspiciens, libentissime annui, et tam presentibus precipio quam futuris denuntio, ut qui meam fidelitatem integre voluerint custodire et meam

1040, environ.

[1] [Voyez ci-devant, t. III, n° 2722.]

amicitiam perfecte habere, huic loco, sive habitatoribus ejus in quocumque loco nostrę dominationis vel potestatis, nullo modo quamlibet torturam aut contrarietatem presumat inferre. Quod si quis fecerit, meam amicitiam vel gratiam habere non poterit. Et ut stabile firmumque permaneat, manu propria firmo, presentibusque fidelibus meis firmandam committo. Signum Roberti ducis, qui hoc testamentum fieri precepit. Signum Iliç, uxoris ejus. Actum Cluniaco publice. Rogo etiam omnes episcopos et presbiteros et monachos, ut excommunicent et anatematizent omnes illos qui hanc preceptionem infregerint, et sint a societate cunctorum fidelium alienati, et in inferno trudendi cum Dathan et Abiron et cum Juda, proditore Domini. S. Eyrardi vicecomitis. S. Bernardi. S. Vualterii. Item Vualterii. S. Balduini. S. Ingelerii. S. Vuarini. S. Humberti. S. Duranni. S. Johannis. S. Gisleberti. S. Rainerii. Ego Eldulfus scripsi ad vicem cancellarii.

2950.

CHARTA QUA ODILO, ABBAS CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT SE OMNEM HEREDITATEM QUAM FILII FROTGERII MONASTERIO DEDERANT, PETRO MILITI, CONSANGUINEO DONATORUM, IN PRECARIA CONCESSISSE.

(B. o. 215, CCXIII.)

1040, environ. Notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego frater Oudilo[1], consentientibus et laudantibus senioribus et fratribus nostris, domno Hugone priore, Heinrico, Wichardo, Almanno, Walone, Rotberto et cęteris omnibus nostrę fraternitatis, dono huic militi, nomine Petro, loco precarie, omnem illam hereditatem quam sui consanguinei, filii Frotgerii, dederunt Sancto Petro in hora sui exitus de corpore, ut teneat et possideat quamdiu vixerit; et post ejus mortem, totum ex integro Sancto Petro remaneat, sine ullo contradicente. Reddat autem omni anno in vestitura v solidos. S. domni Oudilonis abbatis, qui hanc convenientiam fecit. S. Hugonis prioris. S. Heynrici, Wichardi, Almanni, Walonis. S. Rotberti.

[1] [On peut rapprocher de cette précaire la donation des fils de Froger, *in villa de Domno Martino*, n° 2118.]

2951.

CHARTA QUA PONTIUS COMES ET ROTLANNUS MILES DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAS SANCTÆ MARIÆ ET SANCTI JOHANNIS IN PAGO TREVIS, IN LOCO HERON.

(B. o. 53, LI.)

Dum in hac vita sumus, cogitare debemus qualiter ad eternam vitam, unde ejecti sumus, revertere mereamur. Quapropter ego Poncius comes et Rotlannus miles donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abba, unam ecclesiam in honore sanctę Dei genitricis Marię, alteram in honore sancti Johannis Babtiste, cum decimis et presbiteratu, totum ad integrum, quantum habemus in his rebus quæ ad ecclesiam pertinent, et in circuitu ęcclesię XII sextaradias de terra. Est autem ipsa ecclesia in pago qui dicitur Trevis, in episcopatu Diense, in loco qui dicitur Heron[1]. Facimus hanc donacionem pro remedio animarum omnium fidelium christianorum. Testes Poncius comes, Rotlannus et filii sui Milo, Arbertus, Wido, Arnaldus. Anno X regnante Eyco[2] rege. Eldulfus scripsit[3].

1040, 20 juillet, à 1041, 19 juillet.

[1] [L'église de Saint-Jean-d'Hérans a été jusqu'au XV[e] siècle, où elle fut érigée en prieuré, une dépendance de celui de Domène. On trouve dans le cartulaire de ce prieuré, charte n° 3, une donation des trois quarts des deux églises mentionnées dans notre charte; mais cette donation paraît se rapporter au temps de l'abbé Hugues, et l'éditeur l'a datée de 1062 environ. Elle commence ainsi : *Clementia divinæ bonitatis benigne consulens,* etc. et ne porte pour date que ces mots : *quinto calendas novembris.*]

[2] Lisez *Eyrico*, pour *Henrico*.

[3] Cet acte fut probablement passé à Cluny, comme le numéro 2945, où l'on voit paraître le même rédacteur. C'est ce qui explique la mention du règne du roi Henri de France, et non pas de Henri, fils de l'empereur Conrad le Salique, comme le pensait celui des savants du Comité des Chartes qui a annoté cet acte (*Chart. et Dipl.* t. XXIII, fol. 99). Nous avons, en effet, plusieurs donations du même Ponce, comte de Toulouse, faites dans le Diois : aucune ne mentionne ni l'empereur ni son fils. (Voyez les numéros 2947 et 2948.)

2952.

CHARTA QUA BLADINUS, FILIUS ATONIS ET BLISMODIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUATUOR CURTILOS, SCILICET DE LONGA VALLE, ETC.

(Bibl. nat. cop. 23-104; B. o. 299, CCXCVII.)

1040, 20 juillet, à 1041, 19 juillet.

In nomine Verbi incarnati. Ego Bladinus, verens enormitatem scelerum meorum, pro remedio animę meę, et patris mei Alonis, et matris mee Blismodis, dono Deo et sanctis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui donnus Odilo abbas preest, de rebus meis que michi ex majorum successione contingunt, [scilicet[1]] unum curtilum de Longa Valle, ubi Constantius Cornutus stabat, et alium curtilum ad Oredur, ubi Constantius Brunus versabatur, et alium curtilum ad Scolam, quem Josbertus incolebat; item aliud curtilum ad Jamp Segedes, in quo Stephanus morabatur, et in eodem loco partem quam ego habere videor in franchisia in qua Girbertus habitat: et hec omnia in comitatu Matisconensi sita sunt. Facio etiam vuerpicionem de rectitudine quam mater mea querelabat in obœdientia de Sancto Pontio. Et ut hec donatio firma permaneat, manu mea subterfirmavi, testibusque tradidi firmandam. Signum Bladini, qui hanc cartam fieri rogavit et firmavit. S. Gislardi. Actum publice loco Cluniaco, sabbato, regnante Heinrico rege, anno X regni ejus.

(*Au dos :*) Bladini in Longa Valle.

2953.

CHARTA QUA WIGO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS FLORIACO, CORTATON ET VUALENS.

(B. o. 445, CCCCXLII.)

1040, 20 juillet, à 1041, 19 juillet.

Communitate[2] generis humani orbis terrarum spaciaque aquarum, Dei omnipotentis dono, est adtributum; tamen, crescente humana

[1] [Mot fourni par B. — [2] Lisez *communitati*.]

sobole, traditum ac datum est a majoribus primo possidentibus minimis eorum prosapiis exemptis. Crevit tandem devotio fidelium, data Christi bonitate, circa servientes sanctę ęcclesię. Quapropter, inter reliquos qui de suis propriis ditaverunt ęcclesiam, extiti ego, in Dei nomine, Wigo, qui de meis rebus trado ac dono ad locum quem Cluniacum vocant, qui est conditus in honore almi clavigeri Petri necnon doctoris gentium Pauli ac reliquorum apostolorum, presente domno Odilone abbate cum reliquis fratribus, in villa Floriaco curtiles III et quicquid ad ipsos pertinet. Dono etiam pratum unum in prata conjacentia ibi in ipsa villa, et in villa Cortaton unum curtilum, sicut est conclusum. In alia etiam villa quę vocatur Vualens mansum unum et quicquid ad ipsum pertinet, cum silvis, pascuis ac pratis. Dono vobis in presentia Dei, pro remedio animę meę, ac patris ac matris meę, et omnium parentum meorum; ita perpetua stabilitate, ut neque ego, neque ullus ex parentela mea eam valeat repetere. Si quis vero ex parentibus vel heredibus meis, vel alius aliquis hanc donationem calumpniaverit, sit maledictus et excommunicatus, et anathematizatus, cum Cam, et Core, et Datan, et Abiran, et Juda, et Barraban, et cum Judeis, ac paganis, et scimaticis, et his qui dixerunt Domino Deo : « Re« cede a nobis »; pereatque cum diabolo et angelis ejus in secula seculorum. Hi sunt firmatores ac suadatores. S. Guigonis. S. Guichardi. S. Guigonis, quem vocant Paganum. S. Gibergię, sororis Guigonis, qui dedit, laudavit, firmavit. Data mense julio, die dominico, regnante rege Heynrico feliciter, x anno regni ejus.

2954.

CHARTA QUA NARDUINUS ET UXOR EJUS MARIA VENDUNT BERNARDO ET TETSANÆ UXORI CURTILUM, MANSUM ET VINEAM IN VILLA VINOSA.

(Bibl. nat. cop. 23-98.)

Domino fratribus Bernardo et uxor sua Tetsana. Ego Narduino et uxor sua Maria, vendo vobis curtylo, maso con supraposito et vinea insimul tenente, que xitus in pago Cabilonense, in fine Balorense, in 1041, février.

IMPRIMERIE NATIONALE.

villa Vinosa sedit : terminat de uno latus Vincenti, de alio latus francorum, de uno front de ipso hereditate, de alio front via pullica; abet in lungo perticas XIII, de uno front perticas duas et dimei. Et dono tibi alia vinea in ipsa villa vocat : terminat de quatuor partes Sancti Petri; abet in longo perticas XV, et de ambis frontibus perticas V. Trado adque transfundo, et faciatis quod volueris, pro solidos XVIII et denarios novem. Et si ullus homo est, qui calumniare voluerit, auro uncias V conponat; inantea firma stabilis permaneat et constipulacione sunnixa. Actum in villa Vinosa ubi[1] facta. Signum Narduino et uxor sua, qui vendicione fierit et firmare rogavit. S. Walterio. S. Giroldus. S. Oldemanno. S. Vincenti. S. Tetulfo. S. Duranno. Ego Arvei escrisit, datavit die dominica, mense febroario, anno X regnante Henrico rege.

2955.

CHARTA QUA ANDREAS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM ET VINEAM IN VILLA SANCTI GENGULFI.

(B. O. 294, CCXCII.)

1041 (?), 3 mars.

Dum in hujus pretereuntis vitę mutabilitate unicuique mortalium conceditur vivere, quod nec momentum unius horę absque aliqua peccati macula valet percurrere, sollicitus id operetur, id expetat, quod sibi in futurum proficere valeat, dicente Domino : « Facite vobis amicos de « Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in ęterna ta« bernacula. » Quapropter ego, Andreas nomine, pondus proprię infirmitatis et peccatorum pertimescens, jam jamque finem vitę instare non ignorans, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, pro redemptione animę meę, unum curtilum et unam vineam in pago Matisconensi, in villa Sancti Gengulfi. Habet ipse curtilus determinationes a tribus partibus de ipsa hereditate, a sero rivo currente. Ipsa vinea determinatur a meridie terra Bernardi, ex aliis partibus de ipsa here-

[1] [Sous-entendu *fuit.*]

ditate. S. Andreę. S. Arluini. S. Constantii, Gisloldi, Arluini, Aredi. Actum Sancti Gengulfi publice, imperante Heinrico Francis, v nonas martii, feria III[1]; frater Arnulfus levita indignus scripsit.

2956.

CHARTA QUA WIGO, FILIUS WILLELMI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM CUM SERVO IN VILLA BERZIACO.

(B. o. 296, CCXCIIII, et 794, DCCLXXXIX[2].)

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Wigo, filius Willelmi, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniaco, in quo magis prodesse quam preesse videtur domnus Odilo abbas, aliquid de mea hereditate quę sita est in pago Matisconensi, in villa quę nuncupatur Berziacus, videlicet unum curtilum cum omnibus appendiciis suis, campis, pratis, vineis, egressibus et regressibus, quęsitum et ad inquirendum, totum perpetualiter dono atque transfundo, ut monachi de supranominato monasterio faciant quicquid facere voluerint, tenendi, vendendi, scammiandi. Habet autem has terminationes : a mane aqua currente, a vesperi via publica, ab aquilone terra Adalberti presbiteri. Dono etiam servum, nomine Gondricum[3]. Hanc vero donationem facio pro animę meę et patris mei Willelmi et matris meę Gertrudis remedio, et omnium parentum meorum vivorum ac defunctorum, ut in commune omnibus proficiat. Actum Cluniaci[4] publice, die dominica in Ramis palmarum, per manus Arnulfi levitę. S. Guigonis[5], qui fieri et firmare rogavit. S. Gausfredi comitis. S. Gauzeranni, Achardi, Bernerii, Martini prepositi. Actum anno millesimo XL ab incarnatione Domini, regnante Heynrico

1041, 15 mars (n. s.).

[1] Le 5 des nones de mars n'est tombé que deux fois un mardi sous les gouvernements combinés du roi Henri et de l'abbé Odilon, en 1041 et en 1047.

[2] Cette seconde copie est un peu abrégée; nous lui empruntons néanmoins quelques variantes.

[3] B. o. 794, *Guidricum.*

[4] B. o. 794, *Cluniaco.*

[5] B. o. 794, *Wigonis.*

rege Francorum. Quisquis [hoc] contradicere voluerit[1] anathema sit, nisi citius ad emendationem venerit, et cui litem intulerit auri libram cogatur exsolvere.

2957.

CHARTA QUA AINARDUS ET UXOR EJUS GONTELDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VERCHERIAM ET DUOS BOVES IN VILLA BUFERIAS.

(Bibl. nat. cop. 23-145; B. h. 485, CCCCLXXXVIII.)

1042, 1er juillet.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Ainardus et uxor mea Gonteldis, cum consilio[2] filiorum nostrorum ac filiarum, et pro remedio animarum nostrarum, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, unam vercheriam in Buferias, ubi Nadalis manet, in loco sepulture nostre. Die etiam obitus mei, ego Ainardus dono supradicto loco duos boves obtimos aut XX solidos. Dono vero hoc pro remedio animę meę, uxoris etiam, filiorum et filiarum, et omnium christianorum fidelium. Si quis autem hanc donationem calumpniare voluerit, Dei omnipotentis iram incurrat, et separetur a congregatione justorum, nisi cito ad emendationem veniat. Acta publice Cluniaco, kalendis julii, luna VI, regnante Heinrico rege Francorum, anno regni sui XII. S. Ainardi, qui hanc cartam fieri et firmare rogavit. S. Gonteldis, uxoris ejus. S. Hugonis. S. Richardi.

(*Au dos:*) Ainart in Buferias.

2958.

CHARTA QUA LEDBURGIS ET FILIUS EJUS GISLEBERTUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM IN VILLA BAINAS, SILVAMQUE NOMINE BUSCEDAM.

(Bibl. nat. cop. 23-122; B. h. 600, DCIII.)

1042, 20 juillet, à 1043, 19 juillet.

In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Ledburgis et filius meus Gislebertus, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, pro remedio animarum nostrarum, loco etiam

[1] B. o. 794, *temptaverit.* — [2] B. *consensu.*

sepulturę nostrę, ad locum Cluniacum, in quo preest domnus ac venerabilis Odilo abbas, unum pratum in villa Bainas; unam etiam silvam quę vocatur Busceda, unumque campum juxta Buscedam, [terminat] a medio die terra Sancti Marcelli, a mane terra Eldeverti atque Bernardi, de alia parte terra Ansedei, atque de alia parte terra Aidoardi. S. Ledburgis et filii ejus Gisleberti, qui hanc cartam fieri et firmare rogaverunt. S. Ansedei. S. Aidoardi. S. Adcelini. S. Ornadi. S. Wichardi. S. Rodberti. S. Adzoni. Si quis autem hanc donationem calumpniare voluerit, iram omnipotentis Dei incurrat, omnibusque maledictionibus subjacebit quę in veteri et in novo Testamento continentur. Acta publice Cluniaco, regnante Heinrico rege anno XII.

(*Au dos :*) Carta Ledburgis et filii ejus Gisleberti in Bagenas.

2959.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAPELLAM SANCTÆ MARIÆ IN VILLA BRACNIACO ET VILLARE MASNILE.

(B. o. 30, XXVIIII.)

Omnipotens clementia Christi, ut supra. Ego Bernardus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abbas, capellam sanctę Dei genitricis Marię, sitam in pago Cabilonensi, in loco qui vocatur Bracniacus, cum tota terra quę ad ipsam capellam pertinent, sive altare, jure hereditario, ubicumque sit, sicut Vuido, avunculus meus, moriens mihi et fratri meo Vuidoni commendavit. Dono etiam illam quę ad ipsum altare post mortem domni Vuidonis adcrevit, et totam offerendam quę ad ipsum altare venerit, et medietatem de omnibus mercatis, et medietatem census de cellariis, et in adjacenti silva usum ad quotquot porcos habuerint in dominicatu, usum etiam [ad] alia necessaria tam ipsis monachis quam hominibus qui in terra illorum, in ipsa villa foris salvamentum habitaverint. Dono etiam, exceptis suprascriptis quę avunculus meus Deo delegavit, ex mea parte villare quod vocatur Masnile, cum adjacenti terra, bosco, pratos, campos, infra istas terminaciones, a Cam-

1042, 20 juillet, à 1043, 19 juillet.

burdicia sicut via vadit usque in Graunna, et usque ad fossatum de Cerlei et campum de Cerlei, pro remedio animę omnium christianorum. Testes Bernardus [et] uxor ejus Ema, Tetbaldus comes, Dalmatius, Bernardus, Aeynricius, Anselmus, Arleus, Aimo, Gausfredus, Archimbaldus. Regnante Heynrico, anno regni sui XII.

2960.

CHARTA QUA GIRARDUS MILES NOTUM FECIT SE CONSUETUDINES, QUAS DE CAROLOCO COENOBIO EXIGEBAT, MONACHIS CLUNIACENSIBUS SUPER ALTARE SANCTI STEPHANI LUGDUNENSIS DIMISISSE.

(Severt. *Lugd. archiep.*, Ed. 1628, p. 206.)

1044, environ.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Ego Girardus, miles, notum esse volo cunctis præsentibus et futuris, quod proclamantibus se monachis Cluniacensibus, videlicet Almanno, decano claustrensi, et Rodberto, priore Cariloci, cum coessentibus sibi fratribus, ante præsentiam domni Odulrici, Lugdunensis archiepiscopi, et quamplurimorum nobilium clericorum ac laicorum regionis, vuerpitionem feci super altare Sancti Stephani, de omnibus aliis consuetudinibus et executionibus[1] quas exigere solebam, quas pater meus non habuit, sed ego allevavi, non solum infra munitionem salvamenti monasterii, verum etiam in circumjacentibus terris et villis ad præfatum locum pertinentibus, etc., ut ab hac die et deinceps, neque ego, neque alius pro me, exigam qualicumque occasione omnibus diebus vitæ meæ; sed neque post mortem meam aliquis ex hæredibus meis ullam rationem habeat requirendi. Quod si quis hoc præsumpserit, iram Dei, etc. incurrat, præsentis quoque domni archiepiscopi Odulrici anathematizatione colligatus fiat, etc.; et in fisco publico auri libram componat. Signum Girardi, qui hanc vuerpitionem feci. Testes sunt vuerpitionis domnus Odolricus archiepiscopus, domnus Surannus decanus, frater ejus Rollannus (et viginti quinque alii, quorum nomina præterimus[2]).

[1] [Lisez *exactionibus*.] — [2] [C'est Severt qui a résumé ainsi la charte, dont il a abrégé en plusieurs endroits les formules.]

2961.

CHARTA QUA HUGO, NIVERNENSIUM EPISCOPUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM SANCTI SALVATORIS.

(B. o. 80, LXXVIII [1].)

1045, 6 novembre.

Sollertissimę prelati sanctę Dei æcclesiæ procurare debent ut omnia sibi a Domino credita ita constituant ne proruant, et quę viderint depravata, juvante Domino, prout potuerint in melius restituant. Quapropter ego, in Dei nomine, Hugo, Nivernensium humilis presul, cernens quandam abbatiam in honore Domini nostri Salvatoris rite fundatam sanctoque Cyrico delegatam, priscis temporibus monasticę hordinis decoratam, sed nostrorum predecessorum incuria valde depravatam, atque regulam almi confessoris Christi Benedicti pæne foris eliminatam, cupiens in pristinum restituere gradum, cum consilio Adalelmi, ejusdem rectoris loci, cæterorumque clericorum et omnium fidelium nostrorum, tradimus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniaco, cui preest domnus Odilo abbas, suisque successoribus, ob requiem animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum, hunc locum sublimatum, quatenus eorum frequentia precum omnes mereamur asscribi in libro vivencium, cum appendiciis et adjacentiis et sibi coherentiis, adquisitis scilicet et adquirendis, ut ab hodierna die et deinceps predicti rectores loci teneant et possideant, et quomodo melius eis secundum regulam Sancti Benedicti visum fuerit, absque alicujus contradictione et calumpnia disponant [2], manus nostras a cecitatis munere excucientibus, successores vero et posteros nostros propter Deum et pro Deo obtestamur, ut hoc testamentum a nobis conscriptum inviolatum conservent, ne quandoque cavillancium vigente versucia in reliquum fiet irritum [3]; ut autem hoc

[1] [Imprimé dans le *Gallia christ.*, t. XII, *instrum.*, col. 324.]

[2] [Le *Gallia* ajoute : « Tali conventione « ut prædictus locus omni tempore in S. « Cyrici Nivernensis matris ecclesiæ ma- « neat subjectione; sitque acclivis et sub- « ditus ipsius sedis præsulibus. »]

[3] [Le *Gallia* donne ce qui suit, omis

privilegium a nobis editum in posterum maneat inconvulsum, manu propria firmantes, clericis et laicis confirmandum tradidimus. Hugo, Nivernensis æcclesię episcopus, huic testamento subscripsi. Actum civitate Nivernis publice in sancta synodo, anno Dominice incarnacionis millesimo quadragesimo quinto, indicione undecima[1], regnante Heinrico rege Francorum. S. Hugo episcopus, Adalelmus, Gosfridus decanus, Malguinus archidiaconus, Gosfridus thesaurarius, Hugo prepositus, Rannulfus presbiter, Landricus, Engelbertus, Ildebertus, Bernardus, Rannulfus, Rodulfus, Rotbertus, Roclenus, Raginardus, et alii quamplurimi. Odo preceptor[2] atque cancellarius scripsit octavo idus novembris.

2962.

CHARTA QUA HUGO, CHRYSOPOLITANÆ ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPUS, PETENTE HUGONE CLERICO, POSSESSIONES ECCLESIÆ LAUDONENSIS CONFIRMAT.

(B. o. 51[3].)

1046. In nomine sancte et individue Trinitatis. Hugo, Dei gratia sancte Crisopolitane[4] ecclesie archiepiscopus humilis. Si fidelium, necnon amicorum nostrorum vota justa equanimiter suscipimus, id nobis profuturum in eternum esse credimus. Quapropter omnium tam futurorum quam presencium noverit industria, qualiter domnus Hugo, honestus religiosus ac clericus, constructor et amplificator Laudonensis ecclesie, imploravit nostram clemenciam, ut quasdam ecclesias in nostro episcopatu sitas, quas ipse ad eundem locum acquisivit, nostro pon-

dans B. : « Si quis vero, quod minime credimus, contra hanc testamentalem chartam calumniare ac contradicere temptaverit, sciat se primitus non vindicaturum quod præsumpserit, ac deinceps in adventu Domini cum venerit pro ausis illicitis feriendum jugulo. »]

[1] Ne faut-il pas lire plutôt *IIII decima*? Au mois de novembre 1045, on était, en effet, dans la quatorzième indiction.

[2] [*Gallia :* « præcentor. » On trouve également *præcemptor* dans Du Cange.]

[3] Cet acte est sans numéro dans le cartulaire. C'est une addition faite au XIV[e] siècle, dans un espace vide au bas d'une page.

[4] Il s'agit ici du diocèse de Besançon dans lequel se trouvait le prieuré de N.-D. de Losne. L'archevêque est Hugues I[er] de Salins, qui gouverna de 1031 à 1066.

tificali confirmaremus privilegio : cujus peticioni, quam justam conspeximus, gratanter annuimus; laudamus igitur atque pontificali auctoritate confirmamus donum quod petiit, scilicet ecclesiam unam, Calx nomine, in honore sancte Marie, cum omnibus appendiciis suis, sicut Hildeberga quedam nobilis matrona et heredes ejus tenuerunt, aliam in honore sancti Albini cum omnibus appendiciis suis, sicut ad predictam pertinet, terciam in honore sancti Simphoriani martiris, cum omnibus appendiciis, et ut hoc firmum, ratum, inconvulsum inviolatumque permaneat, interdicimus pontificali auctoritate, excommunicamus et dampnamus anathemate ne aliqua persona potens aut vilis conetur infringere. Si quis autem, quod minime credimus, hoc fecerit, sit pars ejus cum Dathan et Abiron, quos vivos absorbuit terra. Quod ut firmius habeatur, sigilli nostri inpressione in sigillo nostro insigniri jussimus. Ego Hugo, Dei gratia Crisopolitanus dictus archiepiscopus, hanc cartam propria manu firmo posterisque nostris tenendam transmitto. S. Willenci prepositi. S. Theodorici, decani Sancti Johannis. S. Lamberti, decani Sancti Stephani. S. Wichardi, Sancti Pauli decani. S. Roberti archidiaconi. S. Girardi archidiaconi. Ermenfredus, Crisopolitane ecclesie cancellarius, recognovit. Acta Bisuncii, anno Dominice incarnationis M° quadragesimo VI, indictione VI[1], rege Henrico.

2963.

CHARTA QUA JOHANNES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES PECIOLAS VINEÆ IN VILLA CROHET ET SEX PECIOLAS CAMPI CUM USU IN BOSCO DE BORGA.

(Bibl. nat. cop. 22-124; B. o. 168, CLXVI.)

Conditor et redemptor humani generis, Dominus Jesus Christus, salutem fidelium suorum invenire desiderans, per semet ipsum proloqui dignatus est dicens : « Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. » Quocirca notum sit omnibus fidelibus, presentibus [et futuris[2]], quod ego Johannes dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ad

1047 (?), 3 mars.

[1] En 1046, le chiffre de l'indiction était 14. — [2] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

locum Cluniacum, in quo preesse videtur domnus Odilo abbas, cum aliis quamplurimis fratribus inibi Deo militantibus, meam hereditatem que sita est in pago Matisconense, in villa Crohet. Sunt autem tres petiolas de vineis, in uno loco due raxæ cum curtilo simul tenente. Habent ipse raxæ hæ determinationes, a mane vinea Thegrini, a meridie terra Sancti Sufferini [1], a occidente terra Rabinardi [2] et Petri, a aquilone via publica. Alia raxa habet a mane terra Thegrini, a meridie et aquilone via publica. Et dono sex petiolas de campis cum usu de bosco qui vocatur Borga, a foreste Brinanni usque ad montem Gohaldi, sine aliqua calumpnia, totum ad integrum, dono quantum ego videor habere. Hanc autem donationem facio pro remedio anime mee, et sit pars et societas omnibus propinquis meis vivis et defunctis. Si quis vero hanc cartam a me libenter factam aliquis persona scindere aut calumpniare presumpserit, primitus iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum omniumque sanctorum offensam incurrat, et cui litem intulit auri libram unam persolvat, et hec carta deinceps firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. S. Johannis, qui fieri et firmare rogavit. S. Alberici presbiteri. S. Vuinzonis. S. Petri. S. Bernardi. S. Grimaldi. S. Girardi. S. Arluini. Actum Santo Gengulfo publice, per manus Arnulfi levite, v° nonis martii, feria III, regnante Henrico rege Francorum, indictione quarta [3].

(*Au dos :*) Carta Johannis in villa Crohet.

[1] B. *Fufferini.* [Il faut lire *Symphoriani.* Saint Symphorien est le patron de Sigy-le-Châtel, paroisse voisine de Saint-Martin-de-Croix, h. c^ne de Burnand.]

[2] B. *Rainardi.* L'original portait, sans doute, *Rahinardi.*

[3] Un mardi, 5 des nones de mars (3 mars), indiction 4, régnant le roi Henri. L'indiction 4 ne se trouve, sous le règne de Henri Ier, qu'en 1036 et en 1051, or, ni dans l'une ni dans l'autre de ces années le 3 mars n'est tombé un mardi. Ce cas ne s'est présenté qu'en 1041, 1047, 1052, 1058 qui, de leur côté, ne concordent pas avec la quatrième année de l'indiction. Il faut donc absolument qu'il y ait erreur dans cette indication. Comme nous sommes limité par le gouvernement de l'abbé Odilon, mort le 1er janvier 1049, cette date ne peut s'étendre que de 1031 à 1048. On peut adopter l'an 1036, qui donne la quatrième indiction, mais dont le 5 des nones de mars tombe un mercredi (dans ce cas il faudrait lire *IV* des nones et non *V*); ou bien si l'on adopte l'an 1047, il faut admettre que le scribe s'est trompé sur le

2964.

EPISTOLA CLEMENTIS PAPÆ II AD EPISCOPOS ET PRINCIPES GALLIÆ SEU AQUITANIÆ, NE ULLA MONACHIS CLUNIACENSIBUS MOLESTIA INFERATUR.

(C. 16.)

Clemens, etc. Scitis, fratres dilectissimi, quia, etc. (*Bull. Clun.*, p. 12, col. 1, n° 1.) 1047.

2965.

CHARTA QUA WALTERIUS, MATISCONENSIS EPISCOPUS, CONFIRMAT MONASTERIO CLUNIACENSI DONATIONEM TERRÆ IN VILLA CUELES A MATRE SUA TESCENDA FACTAM.

(Bibl. nat. cop. 21-188; B. o. 179, CLXXVII.)

Ego Walterius episcopus confirmo donationem de terra que est in villa Cueles, quam dedit mater mea Tescenda, pro remedio anime Walterii, filii Warulfi, fratris mei, qui mecum hanc donationem fecit et firmavit[1]. Et ut hec donatio firma permaneat, nepotibus meis Walterio, Bernardo et Ottoni supradictam donationem firmare feci, in presentia Hugonis prioris et multorum fratrum Cluniacensis congregationis. S. Walterii episcopi, Warulfi. S. Hugonis prioris, Bernardi vicarii. 1047, environ.

2966.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MINCIACO, CONSENTIENTE UXORE SUA ALGARDE, WERPIVIT MONASTERIO CLUNIACENSI QUARTAM PARTEM ECCLESIÆ TAZIACENSIS, ETC.

(Bibl. nat. cop. 15-147; B. o. 75, LXXIII.)

Noticia vuerpicionis quam fecit Wichardus de Minciaco, Deo et Sancto Petro, in presentia domni abbatis Odilonis[2] et omnium fra- 1048, environ.

chiffre de l'indiction, qui est *xv* en 1047. C'est cette date que nous adoptons, comme la plus probable.

[1] [Voyez ci-dessus la charte 2802. Cf. une autre donation de *Tetsa* ou *Teudsa* et de ses deux fils, sous le numéro 2869.]

[2] On trouvera la confirmation de cet acte sous l'abbé Hugues, à la date de 1050 environ, ainsi que deux autres donations de Guichard de *Minciaco*.

trum, in capitulo Cluniacensi. Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Wichardus vuerpicionem facio Deo et sancto Petro de omnibus querelis quas hucusque habui contra monachos Cluniacenses, videlicet de servis, de ancillis, de terris cultis et incultis, silvis scilicet et pratis, et de quarta parte ecclesiæ Taziacensis, quam calumniabar ex parte uxoris mee, et de omnibus omnino querelis quæ qualicumque modo excogitari vel requiri possunt, ut ab hac die non requiram neque aliquis pro me, non frater neque ullus ex parentibus meis, non uxor, non filius, non filia, neque aliquis ex heredibus meis in perpetuum. Quod si aliquis hoc presumserit, omnibus maledictionibus que sibi ex parte Dei et sancti Petri atque omnium sanctorum evenire possunt, subjacebit. Et ut firmum sit, manu propria firmo testibusque roborandam trado. S. Wichardi, qui hanc vuerpicionem facit. S. Algardis, uxoris ejus. S. Jodceranni, filii ejus. S. Gaufredi comitis. S. Achardi clerici. S. Constantini de Maliaco. S. Wichardi de Marziaco. S. Leotaldi. S. Humberti. S. Jodcelini [1].

(*Au dos :*) Werpitio Wicardi de Minciaco.

2967.

CHARTA QUA ARLEIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS, SILVAS, SERVOSQUE IN VILLA TILIACO.

(Bibl. nat. cop. 20-36, 1°; B. o. 186, CLXXXIIII.)

1048, environ [2]. In nomine summe et individue Trinitatis. Ego Arleius, reminiscens peccatorum meorum enormitatem, dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, in quo domnus ac venerabilis Odilo abbas preesse videtur, aliquid ex hereditate mea, pro redemptione anime mee, pro redemptione etiam anime Arleii, avunculi mei, et uxoris mee Rodceline filiique mei Agnonis, medietatem

[1] B. *Josceranni.*

[2] [Cette date n'est qu'approximative, la souscription du vicomte Archembaud pourrait la faire remonter à quelques années en arrière; mais la date de sa mort est, elle-même, fort incertaine. Cf. n° 2939.]

[scilicet][1] de omnia quecumque habeo in villa Taliacensi[2], videlicet pratis, silvis, silvam etiam que nuncupatur Vaure, aliamque silvam que vocatur Pradela, aliamque silvam Forestillam, unum etiam molenarium[3] quantum in ipsa villa habeo, de omnia super memorata medietatem [tribuo]. Dono etiam servos : Honoratum et uxorem ejus Adalgisam, filiumque ejus Durannum filiamque Eldegardim[4], Rotrudimque cum infantibus suis[5]. S. Arlei, qui fieri et firmare rogavit. S. Rodceline, uxoris ejus. S. Agnonis, filii ejus. S. Gausfredi comitis. S. Archimbaldi vicecomitis. S. Guilendi de Tisiaco. S. Rannulfi prepositi. S. Gausfredi clerici. S. Ebrardi. S. Stephani. S. Otonis. S. Gislaberti[6]. S. Gausfredi. S. Gauterii. S. Acardi. S. Hugonis. S. Ainonis[7]. S. Achardi clerici. S. Stephani, mariti ejusdem Rotceline[8].

(*Au dos :*) Arlei in villa Tiliaco de suis (silvis) et de uno molendino.

2968.

CHARTA QUA AGNO, FILIUS ARLEII, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA MATRIS SUÆ RODCELINÆ, QUASDAM RES IN VILLIS DONZIACO ET VARENGIAS[9].

(Bibl. nat. cop. 20-36, 2°; B. o. 186, CLXXXIIII.)

Post mortem quoque ipsius Rotceline, filius ejus Agnus[10] dedit, pro anima ejusdem matris sue, in villa Donziaco, unam vineam et unum curtilum quem tenet Constancius forestarius, servus Sancti Petri; 1048, environ.

[1] Les mots entre crochets sont tirés de B.

[2] B. *Tyliacensi.*

[3] B. *molendinum.*

[4] B. *Eldegardem, Rotrudem.*

[5] Il y a ici une addition postérieure, écrite en interligne dans l'original, et placée dans le corps de l'acte, par le rédacteur du cartulaire. Nous donnons cette addition au numéro suivant.

[6] B. *Gislamberti.*

[7] B. *Aymonis.*

[8] Cette signature était sans doute placée en interligne dans l'original, quoique Lambert ne le dise pas dans sa copie, c'est-à-dire qu'elle se rapportait à l'addition postérieure que nous donnons au numéro suivant. En effet, Rosceline ne pouvait être à la fois la femme d'Arleius et d'Étienne, mais elle les épousa l'un après l'autre.

[9] Cette notice se trouvait écrite en interligne sur la pièce précédente. Voyez ce qui été dit à ce sujet au numéro 2967.

[10] Il y a *Agnonis,* au génitif, dans la pièce ci-dessus. Le cartulaire B. porte ici et un peu plus bas *Agno;* mais à la fin *Agnus.*

in villa quoque Varengias dedit supradictus Agnus, filius ejus, unam partem prati que erat in extrema parte prati monachorum, illam partem quam pater ejus Arleius tenuit, unam etiam vineam in eadem villa Varingas. Hec omnia Agnus filius ejus dedit Sancto Petro pro anima matris sue.

2969.

CHARTA QUA EBRARDUS ET UXOR EJUS GERLENDIS ATQUE FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUICQUID HABEBANT IN PODERNIACO.

(Bibl. nat. cop. 24-73.)

1048, 20 juillet, à 1049, 1er janvier.

Notum sit omnibus fidelibus christianis, quod ego Ebrardus et uxor mea Gerlendis et filii mei Humbertus et Teotgerius, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, Cluniaco monasterio cui preest domnus Odilo abba, totum et integrum quod habemus in Poderniaco, quesitum et inquirendum cum servo, nomine Duranno, quem contra eos tenebamus. Facimus hanc donationem pro redemptione animarum nostrarum et pro redemptione anime filii mei Begonis, ut omnipotens Deus concedat nobis suam perpetuam gloriam. Si quis contra insurrexerit, omni maledictioni subjaceat; et nisi cito recipuerit, auri libras IIII persolvat : donacio vero stabilis maneat. S. Ebrard et Gerlendis uxoris ejus; Humbertus, Letgerius, ac Elena sororis eorum; Hugo, Leotaldus et frater suus Durannus; Rodulfus, Vuigo et Wilelmus fratres ejus, testes. Acta Cluniaco feria VII, regnante Aeynrico anno XVIII. Adulfus scripsit.

2970.

CHARTA QUA WIDO, LAUDANTE FRATRE SUO WALTERIO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM CUM SERVO IN VILLA TORNIACO.

(B. o. 750, DCCXLVI.)

1048, 20 juillet, à 1049, 1er janvier.

In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus sancte Dei ęcclesię fidelibus, quod ego Witdo, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest dunnus Odilo abbas, unum man-

sum cum omnibus apenditiis suis, videlicet vineis, campis, pratis, silvis, exitibus et regressibus, cum uno servo, nomine Tetberto. Est autem ipse mansus situs in pago Matisconense, in villa quę vocatur Torniacus. Facio autem hanc donationem pro redemptione animę meę et omnium christianorum. Quam si quis calumpniare voluerit, omni subjaceat maledictioni, nisi cito resipuerit; et ista carta firma permaneat et stabilis. S. Widonis, qui fecit. S. Walterii, fratris ejus, qui laudavit et propria manu firmavit. S. Wigonis. S. Constantii. S. Wilelmi. S. Wigonis. S. Gauceranni. Signum Adaleydis. Acta Cluniaco publice, feria II, regnante Einrico rege anno XVIII.

2971.

CHARTA QUA CONSTANTIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VALLE ET MONTINIACO.

(B. o. 790, DCCLXXXV.)

1048, 20 juillet, à 1049, 1er janvier.

Omnibus in fide Christi manentibus notum sit, quod ego Constantius, noviter ad conversionem monasticę veniens religionis, sacro et exorabili loco Cluniaco monasterio dedicato in honore apostolorum Petri et Pauli, cui preest donnus Odilo abba, dono de mea hereditate, quę conjacet in pago Matisconense, et in agro Aynacense, et est sita in duabus villis : in villa quę dicitur Vallis unum curtilum cum omni integritate simul et vineam; terminat autem a mane terra Sancti Tadii, a sero terra Sancti Petri et a medio die similiter. Et in alio loco, qui vocatur Alodium Berteldi, duas perticas de vinea, et terminant ex omnibus partibus terra Sancti Petri, excepto a medio die quę est de ipsa hereditate; et in villa Montiniaco unam petiolam de terra quę terminat a mane publica via, et a medio die terra Sancti Petri, ab aquilone terra Wizoni, et faciant rectores jam dicti loci quicquid facere voluerint. Acta Cluniaco feria I, regnante Eynrico anno nono decimo[1].

[1] [La mention de l'abbé Odilon et l'insertion de cet acte dans son cartulaire nous portent à penser que le scribe a dû se tromper sur l'année du règne. En effet, la 19e année de Henri Ier n'a commencé qu'après la mort d'Odilon, c'est pourquoi nous croyons devoir dater cette charte comme s'il y avait *anno octavo decimo*.]

2972.

CHARTA QUA ACARDUS MILES NOTUM FACIT SE MANSUM IN VILLA ROMANIS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 24-70; B. h. 395, CCCXCVIII [1].)

1048, 20 juillet, à 1049, 19 juillet.

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis ecclesie Christi fidelibus, quod ego Acardus miles dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, Cluniaco monasterio, unum mansum, hoc totum quod habebam indominicatum in ipso manso, et est ipse mansus positus in villa que vocatur Romanis : ea ratione ut filius meus Wichardus, si voluerit eum redimere, det pro ipso manso habitatoribus supranominati loci XX solidos; sin alias, ipsi monachi teneant et possideant. Facio hanc donationem pro redemptione anime mee et omnium christianorum; hoc donum laudaverunt Amedeus, Vuigo, Girinus et mater illorum Blismodis. Si quis contra hanc donationem litem inferre conaverit, nisi cito resipuerit, omni maledictioni subjaceat. Actum Cluniaco, regnante Eynrico, anno regni sui XVIII. Eldulfus scripsit.

2973.

CHARTA QUA BERNARDUS, FILIUS BERNARDI ET AREMBURGIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES ET SERVOS IN VILLA CAVANIACO.

(Bibl. nat. cop. 15-212 1°; B. o. 711, DCCVII.)

1048-1049 environ [2].

Universitatis conditor et humani generis redemptor et Salvator hanc

[1] La copie du cartulaire, beaucoup plus solennelle, renferme un préambule qui manque ici. Le voici : « Omnipotentis Dei « clementia humanum presciens genus labile et ad peccandum pronum quędam purificationum genera gratuita bonitate sua « conferre dignatus est, quibus sordidata « post baptismum ad misericordiam consequendam conditio humana denuo restauretur. Quorum unum precipuum esse novimus, helemosinarum largitionem, ipso « dicente Domino : « Date helemosinam. » « Igitur omnibus Christi caractere insignitis notum sit, quod ego Achardus miles, « peccatorum meorum reminiscens atque « exinde penas ignis inextinguibilis pertimescens, dono Domino Deo et sanctis « ejus apostolis Petro et Paulo locoque « Cluniensi, unum mansum, etc. »

[2] La date est commune aux deux chartes.

salutarem medicinam conferre dignatus est suis fidelibus, scilicet ut de temporalibus et transitoriis conquirant sibi æterna et sine fine mansura, dicens : « Date helemosinam, et omnia munda sunt vobis »; et « Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, qui vos recipiant in « æterna tabernacula. » Quod ego Bernardus animo perpendens et enormitatem peccatorum meorum reminiscens, pro eorum remissione dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Odilo abba, aliquid de mea hereditate que sita est in pago Matisconense, in villa Cavaniaco, hoc est franchisiam Adacri[1] et filiorum ejus, et franchisiam Alberti et Bernardi, consanguinei ejus, et stationem Costabuli[2]. Dono etiam servum, nomine Dominicum, cum uxore et filiis suis et tenementum suum, tali conditione ut teneam in vita mea et post meum obitum[3] . . . . . si legalem heredem de uxore habuero, si tenere voluerit, ducentos solidos sive solidatas tales que recupiende sint[4] . . . . redimi. Facio autem hanc donationem pro redemptione anime patris mei Bernardi, et matris mee Aremburgis, et pro anima mea, ut sit mihi salus et redemptio peccatorum meorum omnium. Ut autem hec donatio firma sit, manu propria firmo, testibusque roborandam trado. S. Bernardi, qui hanc donationem fecit[5].

(*Au dos :*) Carta Bernardi de Cavaniaco,

2974.

CHARTA QUA BERNARDUS SUPRADICTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES ET SERVUM IN VILLA CACHIACO.

(Bibl. nat. cop. 15-212 2°; B. o. 711, DCCVII[6].)

Supra hec ego Bernardus [pro] anime mee salute ac propinquorum 1048-1049, environ.

[1] B. *Adalcri.*

[2] B. *Constabili.*

[3] Le mot qui était ici a été gratté. Le copiste du cartulaire n'en a pas tenu compte.

[4] Il y a ici la place d'un mot d'une syllabe qui a été gratté. Les mots *recupiende sint* et *redimi* sont surchargés. Au lieu de *redimi* le cartulaire porte *reddat.* Le reste de l'alinéa manque dans le cartulaire.

[5] L'acte qui suit est d'une main différente, ce qui s'explique facilement puisqu'il est postérieur et qu'il se rapporte à l'abbatiat de Hugues; toutefois nous n'avons pas cru devoir le séparer du précédent.

[6] Cet acte était transcrit à la suite du

meorum vel remissione, dono sanctis[1] apostolis Petro et Paulo ad [eundem][2] locum Cluniacum, cui preest Hugo abbas, aliquid de mea hereditate, in pago Eduensi, et in villa Cachiaco[3], hoc est divisionem illarum terrarum que mihi evente sunt in predicta villa, [ex] parte avunculi mei Rotcleni[4], et servum, nomine Petrum, ac mansum qui dicitur Colonia, quam Rambaldus[5] tenuit, ad integrum, pro remissione peccatorum meorum[6], ut sit mihi salus utriusque vite; tali conditione ut in vita mea teneam [et possideam], et post meum obitum ecclesie predicte remaneat. Si quis autem hanc donationem contradicere vel calumniare voluerit, [ex] parte beate Marie ac beatorum apostolorum Petri et Pauli sit excommunicatus[7], neque in aliam remanentem hereditatem rectum habeat, sed prorsus confusus quod tenet perdat. Alamannus scripsit.

2975.

CHARTA QUA ACHARDUS, MILES ET CLERICUS, WERPIVIT MOLENDINUM DE MARZIACO, QUOD WITBERTUS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDERAT.

(B. o. 208, CCVI.)

1048-1100, environ.

Quidam homo, nomine Witbertus, cum consensu uxoris sue, nominę . . . . . et filiorum suorum Rotberti et Witberti, donavit Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniensem, cui tunc temporis sanctus Odilo abba magis prodesse quam preesse videbatur, unum molinum in Marziaco, pro salute animę suę et redemptione peccatorum suorum; quem molinum, post obitum predicti viri, elapso prolixi temporis intervallo, cum vidisset quidam miles et clericus, nomine Achardus, desolatum et adnihilatum ob malorum oppressionem hominum et cari temporis angustiam, contra voluntatem et con-

précédent sur l'original copié par Lambert de Barive.

[1] B. *supradictis*, qui semble préférable.

[2] Les mots entre crochets se trouvent dans B.

[3] B. *Chachiaco.*

[4] B. *Rocelini.*

[5] B. *Raimbaldus.*

[6] B. *animę meę.*

[7] Le cartulaire ne donne pas la fin de l'alinéa; mais il place ici la souscription : «S. Bernardi, qui fecit et ipse firmavit.»

tra dictum prioris Cluniacensis Gunterii reedificavit, congregatis his quę congrua edificationi erant. Tandem vero hujusmodi factum calumnians alter prefati loci prior, nomine Sigaldus, compulit invasorem ad placitum venire, in quo finita altercatione, pacificati sunt tali modo monachi Clunienses et Achardus, ut medietatem molini teneret quoad viveret, et post mortem ejus ab integro monachi possiderent, eo scilicet modo quo in vita ejus unam medietatem tenuerunt cum his quę ad molinum pertinent, cum piscinis scilicet et ingressu ejusdem molini ac exitu. Si quis vero ex parentela ejus aut alius quilibet aliquam calumniam inferre deinceps temptaverit eisdem monachis de ipso molino, iram Dei omnipotentis incurrat. Amen.

2976.

PRIVILEGIUM LEONIS PAPÆ IX, QUO LIBERTATEM CLUNIACENSI MONASTERIO AB ANTECESSORIBUS SUIS CONCESSAM, PETENTE HUGONE ABBATE, CONFIRMAT, ETC.

(B. h. 1; C. 34 et 36; E. 4.)

Leo, etc. . . Convenit apostolico moderamini, etc. . . (*Bibl. Clun.*, col. 1824, d'après E., et *Bull. Clun.*, p. 12, col. 1, n° 2, d'après la *Bibl. Clun.*; Mansi, t. XIX, p. 683[1].) 1049, 10 juin.

2977.

PRÆCEPTUM HENRICI III IMPERATORIS QUO CONFIRMAT HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, MONASTERIUM PATERNIACUM, ROMANUM MONASTERIUM, ETC.

(Bibl. nat. or. 202; cop. 24-122; C. 76[2].)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia, Romanorum imperator augustus. Si pauperum et Dei servorum necessitatibus pio affectu subvenire studuerimus, ut a 1049, 4 décembre.

[1] La seule variante importante consiste dans la rectification d'une mauvaise lecture. *Bibl. Clun.*, col. 1826, lig. 2, et *Bull.*, p. 12, col. 2, lig. 45, lisez *incunctanter* au lieu de *in tunc tantam*. Col. 1825, lig. 34, *imponere*, lisez *preponere*.

[2] Pub. par Grandidier, *Histoire d'Alsace*, I, CCLVI, d'après Rivaz et L. de Barive.

nobis exigit imperialis dignitas et professio, sine dubio speramus nos perfectam beatitudinem recepturos a Domino. Quapropter omnium sanctæ Dei æcclesiæ fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter adiit nostram presentiam Hugo, venerabilis abbas Cluniensis cœnobii, orans humiliter et obsecrans ut auctoritate precepti nostri corroboraremus, concedendo sibi suisque successoribus, imperatoria et regalia precepta. Cujus petitionem gratanter accipientes, propter antiquam familiaritatem et caritatem quam ipse suique antecessores cum nostris predecessoribus regibus et imperatoribus habuerunt, orando ad Dominum pro stabilitate regnorum et imperii, et salute animarum eorum; ut deinceps nobis eandem caritatem exhibeant, interveniente dilectissima contectali nostra Agnete imperatrice augusta : concedimus predicto fratri et fideli nostro secundum petitionem suam suisque successoribus monasterium in loco Paterniaco, in honore Dei genitricis consecratum, et a regina Berta, matre videlicet Conradi regis et imperatricis Adelaidis[1], post mortem matris ditatum, constructum et nobilitatum; et duas cortes in Alsatia, Ethinehim et Columbra, quas Rodulfus dux, frater supradictæ imperatricis a primo et maximo Ottone adquisivit[2], et omnia ad supradictum monasterium pertinentia, et in Burgundia et in Alsatia. Corroboramus etiam atque concedimus predicto fratri Romanum monasterium in honore apostolorum Petri et Pauli consecratum, suisque successoribus, ut predictum est, æcclesias, terras ad ipsum locum juste et legaliter pertinentes; cellam etiam Bethuatiam, a Rodulfo quondam bono viro Cluniacensi monasterio traditam[3]; cellam vero in archiepiscopatu Bisonticensi, quæ vocatur Vallis, in honore sanctæ Dei genitricis subtus castrum Poloniacum. Confirmamus etiam monasterium ad honorem Domini genitricis et memoriam beati Maioli, in urbe Papia constructum[4], et omnes terras et predia quæ eidem loco a bonis hominibus conlata sunt. Et concedimus eidem loco

[1] [La reine Berthe était femme de Rodolphe II, roi de Bourgogne, et mère de Conrad le Pacifique et d'Adélaïde.]

[2] Cf. Grandidier, ouvrage cité, p. CXXII.

[3] [Voy. ci-dessus, n° 2453.]

[4] [Cf. n° 2483.

usum quem fratres ibi habitantes habuerunt ex multo tempore in regali nostra silva quæ vocatur Carbonaria. Confirmamus, laudamus, corroboramus illam convenientiam, ad honorem et utilitatem Genevensis æcclesiæ quæ facta est inter bonę memoriæ Hugonem ejusdem civitatis episcopum, et felicis memoriæ venerabilem Ogdilonem, Cluniacensem abbatem, dictante imperatrice Adeleida, Rodulfo rege laudante, faventibus in hoc fratre ejus Burcardo archiepiscopo ceterisque regni principibus[1]. Concedimus etiam sibi suisque successoribus monasteria, cellas, æcclesias, omnesque possessiones, quas ipse dictus frater suique antecessores in nostris possederunt et possident per imperialia et regalia precepta, et decreta episcopalia, comitum, marchionum ceterorumque fidelium Dei dapsilitate largissima, in archiepiscopatu et comitatu Lugdunensi, Viennensi, Arelatensi et Valentinensi, et in omni regione illa, quę proprio nomine vocatur Provincia, et quicquid per succedentia tempora ipse suique successores juste et legaliter adquirere potuerint, optando precipimus et precipiendo optamus, ut remota omni inquietudine et calumnia, ad honorem Cluniensis monasterii et utilitatem fratrum sibi adherentium teneant et possideant. Et ut hæc nostri imperialis precepti sanctio incorrupta permaneat et firma, manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri jussimus.

Signum domni Heinrici secundi[2] serenissimi Romanorum (*Monogramme*) imperatoris augusti, Burgundionum primi[3]. Hugo archicancellarius et archiepiscopus[4] recognovi. Datum II nonas decembris, anno Dominicæ incarnationis M. XLVIIII, indictione III, anno domni Heinrici

[1] [Voy. cette charte imprimée ci-dessus au tome III, n° 1984. Elle est également rapportée par Besson, *Mémoires pour l'histoire ecclésiastique des diocèses de Genève, Tarentaise, etc.*, p. 347.]

[2] Plus loin et au dos il est qualifié *tertii*. Henri était le troisième de ce nom dans l'ordre des rois de Germanie, et le second dans l'ordre des empereurs.

[3] L'original porte ici un second monogramme qui semble composé des lettres C et R suivies de trois croix, et qui rappelle peut-être le souvenir de Conrad II, père de l'empereur Henri III. Voyez ce qu'en disent les auteurs du *Nouveau traité de diplomatique*, t. V, p. 776.

[4] Hugues, archichancelier de l'empereur Henri III, était archevêque de Besançon.

tercii regis invictissimi ordinationis ejus XXI, regni quidem XI, imperii vero III. Actum Argentine, feliciter. Amen.

(*Au dos :*) Preceptum Heinrici III imperatoris, de Colubra et locis in Alsatia sitis.

2978.

CHARTA QUA WILLELMUS ARNALDI, ET FILIUS EJUS PETRUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM BEATÆ MARIÆ ET VILLAM MOYRIACUM, ETC.

(Bibl. nat. cop. 24-124; B. h. 45.)

1049. Orbe in transitorio dum quis vivitur more humani generis semper ad deteriora labendo, si non ad primam, terciam vel sextam, ad nonam vel saltim ad XI^{mam} horam accedens, cum « jam securis ad radicem « arboris posita est », jactet vel tunc cogitatum suum in Domino, reminiscendo non solum factori sed redemptori proprio Jesu Christo, qui non solum incarnari, set et mori voluit, pro nostræ salutis pretio. Quiquis ergo te letaris tali redemptum sub salutari pretio, oculorum orbes, id est pure mentis studium, mundiciamque manuum figas oro in Domino, a quo salvandum te credas sine dubio, si hujus mundi caduca, fragilia et diatim usque ad exicium pertraencia fuerint a te pede cristiano viriliter conculcata, ad quem jam accedens uberrimos elemosinarum fructus in necessitatibus fratrum secundum illud beati Tobie erogat sedulo; dicit enim filio : « Si multum tibi fuerit, habundanter « tribuito, sin autem modicum, ipsum modicum libenter impertire « studeto. » Reminiscaris et beati prophete Danielis ortamento; dicit enim regi Nabucodonosor : « Rex consilium meum placeat tibi oro et « male a te commissa per elemosinarum largitatem ut [redimas] mo-« neo »; et propheta : « Absconde elemosinam in sinu pauperis, et ipsa « orabit pro te ad Dominum sedulo. » His et quam plurimis formati testimoniis, ego Willelmus Arnaldi[1], [sicut et[2]] filius meus Petrus, notum

[1] B. porte : *Willelmus Arnaldi filius et filius meus Petrus.* C'est le vicomte de Fenouillèdes. Cet acte nous fait connaître deux générations : Guillaume-Arnaud et Pierre. L'*Hist. de Languedoc*, t. II, p. 366, en montre une troisième, celle d'Arnaud-Guillaume, fils de Pierre en 1102.

[2] L'original était lacéré au milieu.

esse volumus, tam presentibus quam futuris, quod pro redemptione animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, aliquid ex nostra ereditate [quę nobis] jure evenit, donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, ubi domnus Ugo abba magis prodesse quam preesse videtur. Dona[mus ad predi]ctum locum æcclesiam quandam beate Marie Virginis, Moiriaco vocatam, [cum] omni villa et parrochia ad ipsam ecclesiam pertinentem, cum primiciis, dec[imis, oblationibus] et ceteris omnibus quecumque ibi Arnaldus, pater meus, habere visus est [vel] nos usque hodie abemus et inante adquirere poterimus in alodo et in bene[ficio, in campis, silvis], pratis, aquis aquarumque exitibus et regressibus, pascuis, et comanda, et guarda. Donamus etiam similiter æcclesiam de Albar, sicut supra dictum est [de Moyriaco], cum omnibus ibi pertinentibus, villam et parrochiam, totum ex integro, quę[situm] et inquirendum, sicut abuit Arnaldus et tenuit. Donamus quoque quartam p[artem ęcclesie] Sancti Martini de Lairaco, cum omnibus ad ipsam partem pertinentibus. Hanc e[nim] dedi Saxeto, decano, filiolo meo quo adjuvaret[1] in benefitio, ita ut post mortem ejusdem Saxeti meum ad dominium reverteretur; nunc autem do et hanc Deo et ejus genitrici Mariæ de Moyraco. Donamus etiam de Salenis similiter quantum ibi a[bemus, cum] omnibus a fine usque in finem, sicut Arnaldus tenuit aut aliquis vivens pro eo. Donamus similiter ecclesię medietatem des Kirs, sicut tenuit Arnaldus, pater meus, et Garse[as, filius e]jus[2], cum villa et parrochia et omnibus ibi pertinentibus quantum ipse abere visus est. Donamus et omnem terram, tam alodum quam beneficium, quantamcumque [inter Geirs] et Aurona[3] abemus vel alius per nos et Arnaldus possedit; ecclesiamque Sancti Amancii cum omnibus quæ ad eam pertinent, et portum de Agenno; æcclesiam quoque de Launiano cum villa et parrochia, cum omnibus quæ ad eam pertinere videntur, et villam San[c]tæ Columbe, sicut Arnaldus, pater meus, possedit et abuit, et terra quæ vocatur

[1] Lisez *quoad viveret*. — [2] B. à tort, *Garsens filia ejus*. — [3] Lisez *Garona*.

Karrils cum terra Desluc. Concedimus etiam æcclesiam Sancti Lupercii, quæ est in episcopatu Basatensi posita, inter Garonam et Bevera fluvius, et villa cum parrochia et piscationibus; quam ecclesiam Sancti Lupercii habebat pater meus Arnaldus propriam et sine aliqua calumnia in die qua misit eam in pignore ad Arnaldum de Sauniaco per C. solidos, eo tenore ut ipsis redditis ad se aut ad filios[1] Willelmum Arnaldum reverteretur. Hoc totum et integrum, sine ulla retentione nostra vel alicujus mortalis, quesitum et inquirendum, donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum. Si quis autem hanc donationem calumpniaverit, nisi resipuerit, ira Dei maneat super eum et pars ejus sit cum Juda traditore et Datan et Abiron, et insuper judiciaria potestate cohactus, centum uncias auri componat. Quod ut firmum maneat, manibus propriis firmamus et firmandum tradimus domno Hugoni abbati, anno incarnationis Dominicæ M. XLVIIII, regnante Henrico, Francorum rege, Bernardo Agencium episcopo, et G. Pictaviensium comite. S. domni abbati Hugonis. S. Bernardi episcopi. S. Duranni episcopi. S. Willelmi Arnaldi. S. Petri, filii ejus, et S. Anne, matris ejusdem Petri, qui hanc donationem fecerunt. S. Warini monachi. S. G. Pictavorum comitis[2]. S. Rodlanni militis. S. Garsia Arnaldi, et alii quam plures.

(*Au dos:*) Preceptum Willelmi et Petri filii ejus, de Moyriaco.

2979.

CHARTA QUA OTTO, COMES MATISCONENSIS, ET FILIUS EJUS GAUFREDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLA CAVANIACO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 19-154[3].)

1049, environ. Quisquis catholicorum pia intentione Deo placere appetit, ac ejus

[1] On ne comprend pas pourquoi il n'y a pas *filium* au lieu de *filios*, qu'on lit aussi bien dans le cartulaire que dans l'original, à moins d'admettre que le scribe a cru qu'il s'agissait de deux personnes.

[2] Guillaume V, surnommé *Aigret*, ou *le Hardi*, comte de Poitiers.

[3] Cet acte n'est que la confirmation, avec amplification, d'une donation faite une vingtaine d'années avant par le même

mandatis sedulus obsequi, et commissorum suorum penitudinem gerere, necesse est ei, ut quandiu in hoc corpore degit, sommopere provideat quod eidem in perpetuum expediat, dumque adhuc vacat et donec hodie cognominatur, dumque tempus acceptabile et dies salutis instare videntur, aurem corporis auditui cordis accommodet; et preveniendo faciem Domini in confessione, quantalibet valet satisfactione peccata sua bonis operibus expiare studeat. Quod ego Otto, comes Matisconensis, et filius meus Gaufredus perpendentes, futurique judicii diem pretimescentes, pro remedio animarum nostrarum, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et Cluniacensi cenobio, cui preest domnus ac venerabilis pater Hugo, aliquid de nostra hereditate que sita est in pago Matisconense, in villa Cavaniaco, videlicet totum ad integrum, sicut Stephanus, filius Artaldi, tam in jam dicta villa quam in omnibus appendiciis ejus de nobis tenebat in beneficio, et nuper moriens licet irrationabiliter suam hereditatem faciens pro elemosina sua delegaverat Sancto Petro. Nos vero injuste ipsius donationi contradicentes irritam fecimus. Nunc autem pro animarum nostrarum remedio donamus illam Sancto Petro beatoque Paulo, quemadmodum supra tenetur adscriptum. Sunt autem vinee, prata, campi, silve, et unum molendinum supra Graonnam fluviolum secus Roccam Cavernosam que sibi adfinis conjacet[1].

comte Otton. (Voy. le n° 2845, 1030 environ.) Mais ce qu'il y a d'extraordinaire, c'est d'y retrouver les mêmes signataires, sauf l'addition du nom de Geoffroi, le fils du donateur. Cette circonstance prouve, avec quelques autres, qu'on ne se faisait, alors, nul scrupule d'emprunter, pour une confirmation ou une amplification, les signatures inscrites sur l'acte primitif, ce qui rendait la charte subséquente fort peu régulière. Il en est ainsi dans celle-ci. Hugues n'a commencé à gouverner l'abbaye de Cluny qu'après la mort d'Odilon, arrivée le 1er janvier 1049; l'évêque Gaucelin, au contraire, qui figurait avec raison dans l'acte primitif, passé sous Odilon, a été remplacé sur le siège de Mâcon en 1031 au plus tard par Gautier. Il est donc impossible d'expliquer la présence de ces deux noms sur le même acte. A la vérité, l'auteur d'une histoire (manuscrite) des grands prieurs de Cluny dit que Gaucelin se retira à Cluny après sa retraite du siège de Mâcon : il aurait donc pu signer comme ancien évêque; mais tout cela est fort hypothétique.

[1] [Ce qui suit, jusqu'aux mots *Ut autem ista*, a été ajouté à la première donation.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

Facimus quoque Otto comes et filius meus Gauffridus aliam donationem sanctis apostolis Petro et Paulo et supradicto loco, ut quicumque in comitatu Matisconensi sive liber sive servus donare voluerit monasterio Cluniacensi de alodio suo vel feudo aut emptione vel libertate, licentiam et liberum ex parte nostra habeat arbitrium. Ego enim et filius meus Gaufridus remittimus ipsis cunctis donationem supradicto cenobio facientibus, omnem consuetudinem et censum quem nobis ex illis Deo datis terris reddebant, ut nos atque ipsi cunctorum a Deo remissionem mereantur habere delictorum, et partem omnium que in eodem sancto loco fiunt bonorum. Ut autem ista donatio firma permaneat, manu propria firmo presentibusque fidelibus meis firmare et laudare precipio. Signum Ottonis comitis. S. Gaufridi filii. S. Gauzleni episcopi. S. Adalardi. S. Bernardi.

(*Au dos :*) Carta Ottonis comitis Matisconensis Cavaniaco.

2980.

« NOTITIA VURPITIONIS QUAM FECIT BOSO DE COMANDA DE POLLIACO » IN MANUS GERALDI COMITIS.

(B. o. 323, CCCXXI.)

1049, environ.

Venit Boso ad quendam placitum ad ęcclesiam quę dicitur ad Cella, ubi fuerunt isti nobilissimi homines cum Geraldo, comite[1]: Girinus, Garento, Arbertus, Girardus, Ugo, et multi alii quod longum enarrare [foret] clericorum, monachorum, et juravit hoc sacramentum, ita dicens, manu sua propria : « Audi, Geralde comes; ego Boso, nec meus conductus me jubente, homo nec femina ad meam artem, nec ad meum « ingenium in Polliaco nec in ejus obędientia sive in apenditiis ejus comandam non requiram, prensionem nullam faciam de bove, de vaca, « de porco, de agno, de vervece, de feta, de capra, de asinis, de equis, « de mulis, de annona, de feno, nec de ulla causa calumpnię, me « sciente, amplius. Ego nec meus conductus, homo, nec femina ma-

[1] [Sans doute Giraud II, frère d'Artaud III, comte de Forez, fils d'Artaud II et de Théodeberge. Giraud mourut vers 1058.]

« num mittat; et si ego aut meus conductus, homo aut femina, aliquam « comandam vel prensionem fecerit, illum cui calumpniam intulerit « post xv dies postquam sciero, vel ad rationem missus fuero per te, « Geralde, vel per tuos missaticos, sive per abbatem qui modo est, vel « per ipsum qui inantea erit, vel per monachum qui ipsam obedien- « tiam tenuerit, captanea emendabo, et postea ad tuam misericordiam, « Geralde, veniam, sive ad abbatem vel ad monachum qui modo est « vel inantea erit, et postea in hanc convenientiam stabo. Ego Boso « hanc vurpitionem feci et juravi. »

2981.

EPISTOLA LEONIS PAPÆ IX AD RAIMUNDUM, AUSCIENSEM ARCHIEPISCOPUM, PRO CIMITERIO PRIORATUS SANCTI ORIENTII.

Leo, etc. Pervenit ad aures nostras, etc. (*Bull. Clun.*, p. 13, col. 1, n° 1.) 1049-1054.

2982.

CHARTA QUA AIMERICUS BERTINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SEXAGINTA AREAS SALINARUM IN MARISCO DE SCALA.

(Bibl. nat. cop. 24-250; B. h. 55 et 218, CCXX[1].)

Ego Aimericus, cognomento Bertinus[2], dono Deo monasterioque Cluniacensi constructo in honore Dei memoriaque beatorum apostolorum Petri videlicet et Pauli, pro redemptione anime mee et pro 1049-1060.

[1] Cette dernière copie renferme un préambule beaucoup plus solennel que les deux autres. Le voici : « Divinæ clementia pietatis unicum mittens suum filium « sibi ante tempora coeternum ex servili forma incarnandum in mundum in nostræ « mortalitatis forma, ne humanę conditio « naturę a maligno deceptæ periret post « lapsum, ex hoc enim apparuit quanta « dilectione nos dilexit, quod humanę na- « turę misertus est, quod si angelicę ruinę « post lapsum est. Quocirca, quia ille nos « prius dilexit integrę mentis sinceritate di- « ligendus est atque metuendus ne pro tot « beneficiis nobis a se collatis nos juste « ingratos sibi dampnet : dum acceptabile « tempus diesque salutis corrigere diffe- « rimus, et dum licet perpetrata a nobis « bonis operibus delere. Ideoque ego Ai- « mericus cognomento Bertinus, cognos- « cens meorum enormitatem peccaminum « et perpendens juste examen exaggera- « tionis, dono Deo, etc. »

[2] [Voyez ci-dessus n° 2878.]

amore et dilectione nepotis mei Aimerici, in Cluniensium fratrum congregatione conversantis, LX areas salinarum in marisco quod dicitur Scala, ut fratres ibi Deo servientes, quibus Dei gratia domnus Ugo abba potius videtur prodesse quam preesse, habeant et possideant, et insuper quicquid voluerint faciant. Areas autem istas salinarum coemi a Tescia, sorore domini Isemberti de Castro Alionis, consanguinea mea, C solidos, subtractis tamen quinque solidis de centum. Terra ista vocatur Novella Adalgardis; adjacet sibi ex parte septentrionali terra que vocatur Ebonis, quam monachi possident de Castro Acardi[1], australi quoque parte adjacet sibi esterius Marolionis, et ex parte occidentali terra quæ dicitur Ormissal. Hanc itaque terram alodi mei dono Deo, sicut jam dictum est, et sanctis apostolis Petro scilicet et Paulo, rogatu et voluntate et confirmatione parentum meorum, ut fratres apud Cluniacum Deo die nocteque servientes æternaliter habeant et possideant, et quicquid voluerint faciant. Hanc igitur donationem cum parentibus meis confirmo, aliosque nobiscum eam confirmare deposco. Si quis vero ex heredibus meis aut consanguinitate propinquis, excitus spiritu malignitatis, huic donationi calumpniam inferre voluerit, dupplici morte animę videlicet et corporis dampnetur, socius nefandissimorum principum, Anthiochi scilicet et Herodis; deleatque Deus nomen ejus de libro vite, et quod querit consequi non valeat. Tamen si in malicia sua perseveraverit, solvat quatuor libras auri, et habeat cum æterno interitu anime sue quod querit. Terra ista data est mense febroario, regnante imperium Romanorum Henrico augusto pacifico, regnum vero Francorum Henrico, Roberti filio. S. Isemberti et uxoris ejus Claricie, et Eblonis[2], filii eorum. S. Aimerici *Bertini*[3], et Gunbaldi, fratris ejus. S. Lanberti *Baldemari*[4]. S. Magenguisi[5]. S. Amalberti. S. Gausberti *Benengarii*[6]. S. Alduini *Narmandi*. S. Aldoini *Dapiferi*. S. Mainardi *Juvenis*. S. Gouscelmi[7] *Niortensis*. S. Ugo-

[1] B. h. 218, *Castello Acardi.*

[2] B. h. 218, *Ebonis.*

[3] Les mots en italiques sont en interligne dans l'original, suivant l'usage.

[4] B. h. 55 et 218, *Baldemarii.*

[5] B. h. 55 et 218, *Maienguisi.*

[6] B. h. 55, *Benenga.* Lisez *Berengarii.*

[7] B. h. 55 et 218, *Gozelini.*

nis et Berengarii fratrum, filiorum Gousberti[1]. S. Gunbaldi *Senis.* S. Unberti, filii Amalberti. S. Wilelmi *Serpentini.*

(*Au dos :*) Carta Aimerici de Salinis.

2983.

CHARTA QUA ISEMBERTUS ET UXOR EJUS CLARISCIA FILIUSQUE EORUM EBLO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI INSULAM QUÆ VULGARITER VOCATUR AIAS.

(Bibl. nat. cop. 31-13 ; B. h. 27 [2].)

Cunctis sane considerantibus liquet [quod ita Dei][3] dispensatio quibusque ditibus consulit, ut ex rebus que transitorie possidentur, si eis bene utantur, semper mansura premia valeant promereri. Quod scilicet divinus sermo possibile ostendens atque ad oc omnino suadens, dicit : « Divitie viri redemptio anime ejus. » Quod ego Isembertus, filius Eblonis, sollicite perpendens, ac proprie saluti, dum licitum est, providere cupiens, [ratum, immo] pernecessarium duxi, ut ex rebus que temporaliter collate sunt [mihi], ad emolumentum anime mee aliquantulum imperciar. Igitur ego Isembertus[4] et uxor mea Clariscia, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum atque filiorum, donamus Deo et sanctis apostolis Petro videlicet et Paulo Cluniacensi monasterio, cui donnus Hugo abbas, largiente Deo, pocius videtur prodesse quam preesse, insulam que vulgariter vocatur Aias[5], totam ex omni parte, cultum et incultum, cum omnibus adjacentibus sibi. Hanc autem donationem facimus nutu et voluntate propinquorum sive amicorum nostrorum. Si quis forte, quod absit et quod per Dei misericordiam et patrocinia sanctorum evenire non estimo, [vel] ex propinquis aut extraneis, vel ex qualibet conditione aut potestate

1049-1060.

[1] B. h. 55, *Gosberti;* 218, *Gozberti.*

[2] Cet acte a été analysé par Mabillon, *Ann. ben.,* t. V, p. 8, qui indique, au même endroit, une confirmation de cette charte que l'on trouvera ci-après.

[3] Les mots entre crochets sont tirés de B.

[4] Voy. ci-dessus le n° 2982.

[5] On lit en marge dans le cartulaire, et d'une écriture du XVII[e] siècle : « Patres Oratorii tenent nunc hunc prioratum, et debent annis singulis monasterio Cluniacensi 300 ᵗᵗ. » Ce prieuré fut uni à l'Oratoire par bulle de Paul V en 1618.

qualicumque calliditate contra hoc testamentum, quod pro Deí amore omnipotentis ac veneratione sanctorum apostolorum fieri sancivi, aliquam concussionem inferre temptaverit, primum quidem iram Dei omnipotentis incurrat; auferat Deus partem istius de terra viventium, et deleat nomen ejus de libro vite, fiatque pars illius cum his qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis », et cum Dathan et Abiron, quos terra aperto ore deglutivit et vivos in inferno absorbuit, perhennam incurrat damp[n]ationem, socius quoque Jude, Domini proditoris, effectus, eternis cruciatibus retrusus teneatur; et ne presente seculo humanis oculis impune [transire] videatur, in corpore quidem proprio future dampnationis tormenta [experietur, sortitus] duplicem direptionem cum Eliodoro et Antiocho, quorum alter diris verberibus coercitus vix[1] semivivus evasit, alter vero nutu superno percussus, putrescentibus membris, scatentibus vermibus miserrime interiit, ceterisque sacrilegis qui erarium domus Domini temerare presumpserunt, particeps existat; habeatque, nisi resipuerit, archiclavium[2] totius monarchie ecclesiarum Petrum obstitorem, et ameni paradisi aditus contradictorem. Secundum mundialem vero legem, is quibus intulerit calumpniam, centum auri libras, cogente judiciaria potestate, compulsus exolvat, et congressio illius frustrata nullum omnino obtineat effectum; sed hujus firmitas testamenti omni auctoritate suffulti semper inviolata hac inconcussa permaneat, cum stipulacione subnixa. Hec donatio facta est Castro Alionis, mense februario. S. Isemberti. S. Claricie, uxoris ejus. S. Eblonis, filii eorum. S. comiti Pictaviensi. S. Hugoni vicecomitis. S. Aemari[3] Mala Capsa.

(*Au dos :*) Karta quam fecit Eblo miles[4] et uxor ejus Clariscia de insula que vocatur Aias, nutu amicorum suorum.

[1] La copie porte ici *vita*.

[2] B. *archiclavum*.

[3] B. *Ademari*.

[4] [Ce titre doit être inexact, la donation émane d'Isembert, seigneur de Châtel-Aillon, fils d'Eble et père d'un autre Eble. *Clariscia* est sa première femme. Il en eut une seconde, nommée Gisberge.]

2984.

CHARTA QUA ARDUINUS MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM CONDAMINÆ SUBTUS ECCLESIAM SANCTI BAUDILII JUXTA CASTRUM QUOD VOCATUR ALESIO.

(B. h. 226, CCXXVIII.)

Notum sit cunctis fidelibus, presentibus et futuris, quod ego Arduinus miles, filius Joscende nobilissimę mulieris, Cluniacum ad limina apostolorum Petri et Pauli intravi in capitulum fratrum, ubi, accepta societate et parte omnium quę ibi geruntur bonorum, dedi eis medietatem condaminę quę subtus æcclesia beati Baudilii est, meam scilicet partem : ipsi possidebant jam alteram partem illius condaminę dono fratris mei Monaldi, quod fecit pro filio suo Wilelmo, quem eis nutriendum et perpetuo tenendum tradidit sub habitu Sancti Benedicti. Istud equidem donum tali feci convenientia, ut pro meorum absolutione peccatorum Deum semper nocte et die exorent, et pro redemptione animarum patris et matris aliorumque parentum meorum, ut in die juditii misericordiam Domini mereamur invenire. Ipsi vero fratres presentaverunt mihi hanc convenientiam facienti, sponte et cum bona voluntate, de Sancti Petri bono aliquid, quod et ego conpulsus precibus eorum suscipere non rennuï, unam mulam et quindecim solidos. Hanc autem cartam ego jussi scribere, et posui super altare Sancti Petri, die festivitatis illius quę vocatur ad Vincula, astantibus fratribus Almanno, consobrino meo, et Aldulfo, et Arnaldo maximaque parte fratrum, atque Pontio milite, Mainerio cognomento, et Algiso clerico. Domnus abbas Hugo presidebat tunc predictis fratribus, et Sigaldus prior, rexque Henricus regnabat. Si quis vero huic dono meo aliquam calumpniam inferre temptaverit, anathema sit, iramque Dei incurrat, ipsa vero stabilis et firma permaneat. Est autem ipsa condamina sita in pago Valentinense, juxta castrum quod vocatur Alesio. 1049-1060

[1] [Voir ci-dessus n° 925 (954-994) et ci-après B. h. 214 (1049-1109)].

2985.

CHARTA QUA WALTERIUS BERZIENSIS WERPIVIT MALAS CONSUETUDINES QUAS REQUIREBAT IN TERRA MONASTERII CLUNIACENSIS.

(Bibl. nat. cop. 40-41; B. h. 587, DXC.)

1049-1060. Convenientia quam fecit Walterius Berziensis contra domnum H[ugonem] abbatem Cluniensem, et fratres sibi subditos. In presentia eorum se representavit, culpabilem de pluribus que erga eos fecerat se recognovit, et misericordiam de his que male egerat impetraturus accessit, cuncta que possidebat in eorum jure posuit, ad ultimum corpus et animam suam Deo et illis reddidit. Wirpitionem autem fecit de his omnibus que calumniabat, tam de servis quam de ancillis, terris, agris, silvis, aquis, et quicquid adversitatis sibi intulerant seu monachi sive liberi eorum ac servi. Idcirco hoc fecit ut sibi et animabus patris ac matris sue misererentur spiritualiter et corporaliter, necnon filiis suis post decessum ejus consilium non denegent et adjutorium impendant, dampnum eorum non perquirant nec volentem perquirere recipiant. Cujus cum vidissent benivolentiam et subjectionem satis humillimam, ex[1] misericordia moti quam omnibus affluenter impendunt, omnia perdonaverunt et satis amicabiliter eum receperunt. Hoc scriptum ipse scribere jussit, quatinus firma permaneat vuirpitio quam fecit in perpetuo; si non tenuerit, anathema sit. Acta sunt hec in presentia domni H. abbatis, Gunterii prioris, Isnardi monachi, Petri monachi, Duranni monachi, Walterii Matisconensis episcopi, Rannulfi, Gonfredi archipresbiteri, Hugonis agnomento Buccardi, Olrici, Lietzelini, Constantini, Ebrardi, Jozeranni[2].

[1] [B. *ea*. — [2] Cette charte avait été écrite en forme de chirographe; L. de Barive a reproduit sur sa copie les lettres qui se trouvaient sur l'original.]

2986.

CHARTA QUA LAMBERTUS, COGNOMINE BALDEMARUS, ET UXOR EJUS RAINGARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM QUÆ DICITUR FOSSA IN MARISCO QUI VOCATUR VULTRONUS, ETC.

(B. h. 54, et 227, CCXXIX[1].)

Ego Lanbertus, agnomine Baldemarus, dono[2] Deo, ego et uxor mea Raingardis, et monasterio Cluniacensi constructo in honore Dei memoriaque beatorum apostolorum Petri videlicet et Pauli, terram quę dicitur Fossa, terram alodi mei bonam et optimam[3], pro redemptione animarum nostrarum et pro amore et dilectione domni Aimerici, privigni mei, filii videlicet uxoris meę : quam terram comparavi de Bernerio de Raret, nutu et voluntate et rogatu ac ammonitione fratrum et propinquorum suorum. Ille vero eo tenore Bernerius terram [mihi vendidit][4], nutu et voluntate[5] fratrum suorum propinquorumque, ut fratribus suis redderet fraternitatem pro terra ista. Est autem terra ista in marisco qui vocatur Vultronus, quam totam liberam, excepta decima et quatuor panibus, dono Deo et sanctis apostolis ejus, Petro [scilicet] et Paulo et congregationi sanctorum patrum Cluniacensium, quibus Dei gratia pocius videtur domnus Hugo abbas prodesse quam preesse. Illis igitur eam dono ita firmiter, ut habeant et possideant et quicquid facere voluerint faciant nunc et in perpetuum. Ista vero terra est salina, et habentur in ea XL et duæ areę. [Dono quoque Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et Cluniacensi congregationi dimidium vittum[6] vineę quod comparavi de Odelino de Lislello post dicessum meum.] Donationem[7] istam quam facio ego et uxor mea Deo, qui calumpniare voluerit vel temptaverit, Deus deleat nomen 1049-1060.

[1] C'est cette seconde copie que nous publions, comme étant la plus complète. Mais nous relevons les variantes qu'offre la première.

[2] B. h. 54, *et uxor mea . . . donamus . . .*

[3] B. h. 54, *obtimam.*

[4] Les mots entre crochets sont empruntés à B. h. 54.

[5] B. h. 54, *ammonitione.*

[6] [Cf. Du Cange, v° *Witellus.*]

[7] Les formules suivantes manquent dans B. h. 54.

ejus de libro vitæ, ut quod cupit namscisci[1] non possit. Tamen si omnino cupit terram habere hanc, reddat sanctis patribus Cluniacensibus v libras auri, et habeat quod querit non longe possessurus eam, tamen amissurus proinde vitam eternam[2]. S. Lanberti Baldemari, qui hanc donationem fecit et signum uxoris suę. S. Isemberti et uxoris ejus Clariscię, et filii eorum Eblonis. S. Agnetis, sororis Aimerici monachi, filię Lanberti et Raingardis. S. Aimerici Bertini. S. Maienguisi. Terra ista data est mense julii, regnante Henrico rege, filio Rotberti. S. Gausberti Berengarii. S. Gonbaldi senis, item alterius Gonbaldi juvenis. Signum Mainardi juvenis. S. Hugonis Bordeti. S. Arberti Lorelli. S. Heliæ de Sancto Germano.

2987.

CHARTA QUA ERBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS IN VILLA SINICIACO.

(B. h. 225, CCXXVII, et 358, CCCLIX [3].)

1049-1060. In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus sanctę Dei ęcclesię, quod ego Erbertus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abba magis videtur prodesse quam preesse, duos mansos cum suis conclusis, qui sunt siti in pago Matisconensi, in villa quę vocatur Siniciacus[4]; et faciant rec-

[1] Lisez *nancisci*.

[2] La disposition des signatures et les signatures mêmes offrant des différences dans B. h. 54, nous croyons devoir les reproduire ci-dessous d'après cette copie. Les mots soulignés sont placés en interligne dans le cartulaire. Nous ajouterons que ces signatures suivent immédiatement l'addition placée plus haut entre crochets : « S. Helię de Sancto Germano. S. Mainardi « *Juvenis*. S. Isemberti et uxoris ejus Cla- « riscię, et filii eorum Eblonis. S. Lanberti « Baldemari, qui hanc donationem facit, « et signum uxoris suę Raingardis, matris « Aimerici, Cluniacensis monachi. S. Agne- « tis. S. Aimerici Bertini. S. Maienguisi. « S. Gosberti Beringari. S. Gonbaldi *Senis*. « S. Gonbaldi *juvenis*. S. Ugoni *Bordeti*. « S. Arberti *Lorelli*. Terra ista data est « mense juli, regnante Heinrico rege. »

[3] C'est la seconde copie que nous publions, comme étant la plus complète, en relevant toutefois les variantes qu'offre la première.

[4] Ici et dans le titre, B. h. 225 porte *Siniacus*, qui est une faute du copiste.

tores supranominati loci ab hodierno die et deinceps quicquid voluerint. Facio autem hanc donationem pro remedio animę meę et patris ac matris meę, et pro sepultura fratrum meorum Hugonis et Drogonis; et ea ratione ut homines qui super ipsos mansos manserint accipiant de silva quę vocatur Naxa[1] totum quod eis necessarium fuerit, sive ad suum focum, sive ad suas vineas vel ad suas mansiones construendas, vel ad pascendos suos porcos. Si quis contra hanc donationem aliquam calumpniam inferre voluerit, nisi cito resipuerit, omni maledictioni subjaceat. Actum Cluniaco, die II[2] regnante Heinrico rege. S. Erberti, qui hanc donationem fecit et ipse firmavit. S. Achardi clerici. S. Hugonis Rabinelli. S. Odonis de Cluniaco. Eldulfus scripsit.

2988.

CHARTA QUA HILDINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS CUM SERVIS IN VILLIS MARCIACO ET MASILIACO.

(B. h. 484, CCCCLXXXVII.)

Sacrosancto et exorabili loco Cluniensis cenobii, ubi preest donnus Hugo abba, ego Hildinus, in ultimis positus, in Dei nomine, dono aliquid de mea hereditate, quę est sita in pago Matisconense, in villa Marziaco, videlicet unum servum, nomine Walterium et filium ejus Durannum, et mansum super quem ipse residet, cum omnibus consuetudinibus quę ad ipsum mansum pertinent, exitibus et regressibus, absque ullius contradictione, terris etiam cultis et incultis, silvis, pratis, vineis. Dono etiam in alia villa Masiliaco alium mansum cum omnibus appenditiis suis, et omnibus consuetudinibus suis. Dono quoque unam ancillam quam servus Sancti Petri tenet, nomine Ansaldus, qui manet in supradicto manso, et nomen ancillę Eldiardis. Facio autem hanc donationem Deo et sancto Petro, pro remedio animę meę, et omnium parentum meorum, ut adipisci mereamur remissionem peccatorum nostrorum. Si quis autem calumpniari presumpserit, iram 1049-1060.

[1] B. h. 225, *Naxia*. — [2] [Le copiste a oublié l'année.]

Dei incurrat, et omnibus maledictionibus subjaceat, et quod requirit vindicare non valeat. Sed ut permaneat stabilis et firma, firmo eam manu propria, et testibus trado firma[n]dam et robora[n]dam. S. Ildini, qui fieri et firmare rogavit. S. Sosfredi. S. Achardi. S. Agnonis. S. Consta[n]tini presbiteri. S. Arlebaldi. S. Jotceranni. S. Ugonis. Actum Cluniaco publice, regnante Heinrico rege.

2989.

CHARTA QUA ODILA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM JUXTA MOLENDINUM DE PULVOREL.

(B. h. 488, CCCCXCI.)

1049-1060. Ego Odila, recognoscens peccatorum meorum enormitatem, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo habitatoribusque Cluniensis monasterii, ubi donnus Hugo abba preest, unum campum qui est juxta molendinum, nomine Pulvorel; et terminatur a mane aqua volvente, a mane et a meridie terra Sancti Petri. Facio autem hanc donationem pro remedio animę meę, ut omnipotens Deus mihi et omnibus fidelibus christianis concedat gloriam paradisi. Actum Cluniaco. S. Poncii. S. Adalgardis. S. Advis. S. Beatricis. S. Agroardi. S. Lantberti. Accipio autem a Vuarnerio decano solidos v. Regnante Heinrico rege.

2990.

CHARTA QUA BERNARDUS COMES ET UXOR EJUS ERMENGARDIS ATQUE FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM SANCTI JOHANNIS DE SANCTO MONTE.

(Bibl. nat. cop. 28-93; B. h. 13[1].)

1049-1061 (?). Notum sit omnibus hominibus, quod ego Bernardus comes[2] et uxor mea Ermengardis et filii nostri Arnaldus atque Geraldus donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Clu-

[1] Cet acte a été publié par Baluze, *Miscell.*, t. III, p. 44, éd. in-fol., d'après la copie défectueuse du cartulaire.

[2] [Bernard II, dit Tumapaler, comte d'Armagnac, se fit moine au monastère du Saint-Mont vers 1061 et mourut en 1079.]

niacum, cui domnus abba Hugo magis prodesse quam preesse videtur, quoddam monasterium juris nostri ad Sanctum Johannem Babstistam in Sancto Monte vocatum[1], cum omnibus ibi pertinentibus nunc et quecumque ibi in perpetuum pertinebunt, ut faciant rectores ejusdem loci quicquid facere voluerint amodo et usque in seculum seculi, sine ulla contradictione. Si quis vero, (quod absit!) hanc nostram donationem contradicere vel irritam facere voluerit, quod infringere cupit non vindicet, sed sit super eum ira Dei omnipotentis et beati Johannis Baptiste et sanctorum apostolorum Petri et Pauli veniantque super eum omnes maledictiones veteris et novi Testamenti, nisi resipuerit et ad emendationem venerit. Ut autem hec carta firma atque stabilis permaneat, manu propria firmavi testibusque firmandam tradidi. Signum domni Bernardi comitis, qui hanc donationem fecit. Signum filii ejus Arnaldi. Signum filii ejus Geraldi. S. Unaldi de Alerach, vicecomitis, postea monachi. S. Ermengardis, uxoris ipsius comitis.

(*Au dos :*) Carta Bernardi comitis, de Monte Sancti Johannis.

2991.

CHARTA QUA ROTGERIUS, COMES FUXENSIS, ET UXOR EJUS, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI LOCUM SANCTI ANTONINI DE FREDOLEIZ.

(B. h. 12[2].)

Domno Hugoni abbati Cluniacensi, Rotgerius, comes de Foys, et uxor ejus, amici[3], et omnino servi pro posse sui, a salvatore Deo salutem et opem. Notum est nobis, pater et magister animarumque pastor, teste humano genere passim cotidie obeunte, non nos semper 1049-1064.

[1] On peut voir plusieurs chartes relatives à la formation et aux accroissements de ce monastère dans le *Gallia christiana*, t. I, *instr.*, p. 166-167.

[2] Publié par Martène, *Thes. an.*, t. I, p. 311, et par D. Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr. col. 238. Cf. *Gallia christ.*, t. XIII, c. 152, et *instr.*, col. 87, I.

[3] Tel est le texte exact du cartulaire. C'est donc à tort que D. Martène, le premier éditeur de cette charte, et d'après lui les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*, donnent pour femme à Roger I[er], comte de Foix, une dame nommée *Amica*, dont nous n'avons trouvé le nom dans aucun autre document.

corporaliter vivere posse. Ideo consilio inito inter nos ad remedium et nostrarum salutem animarum, remissionemque quę egimus peccatorum, ex hereditate, quam in presentiarum possidere videmur, transitoria, dare vobis partem jam disposuimus, ut perpetuam mereamur cum Domino mercedem, qua post corporum finem nostrorum in cęlesti feliciter vivamus requię. Quod quoque vestri ordinis meritis et precibus credimus adquirere superabundanter, quam petimus Christi misericordię affluentia desuper nobis pie lapsura, cui in nobis vos fidutialiter cum predicta donatione commitemus; verbi gratia, Domino Deo creatori, ac Redemptori nostro Jesu Christo, genitricique ipsius sanctę Virgini Marię et apostolis sanctis Cluniacensis cœnobii Petro et Paulo, necnon tibi, Hugo, sancte viventi, famosissimo per orbem Cluniensi abbati, ego R. et conjux mea, pro acquisitione vitę ęternę concedimus, cum omnibus ad se pertinentibus, cum assensu et ultroneo consilio comitis Tolosani, locum Sancti Antonini, qui vulgo vocitatur Fredoleiz [1], quatenus ibi monastici habitus, te statuente, regularis inseratur ordo, ad provectum profectumque nostrarum omniumque fidelium animarum.

2992.

NOTITIA WERPITIONIS SERVORUM CUM TERRIS EORUM QUAM FECIT MONASTERIO CLUNIACENSI WICHARDUS DE MINZIACO.

(B. h. 642, DCXLV.)

1049-1065. Notitia vuerpitionis quam fecit Wichardus miles de Minziaco sancto Petro et monachis Cluniensibus, in manu donni Gonterii prioris et fratrum qui cum eo fuerunt, de servis et ancillis, et de terris, quas in presenti possident et inantea adquisierint. Hanc autem vuerpitionem fecit ipse et fratres ejus qui ibidem fuerunt, Ansedeus, Arleius, ante presentiam donni Gausfredi comitis et nobilium seniorum qui cum eo fuerunt, Odolrici, Otgerii, Gerini, Ebrardi prepositi ejus in civitate Matisconis.

[1] [Le texte de Martène porte *Fredeleiz;* le *Gallia* la nomme *abbatia Fredelacensis.*]

2993.

CHARTA QUA ODILO ET UXOR EJUS BERLOTH ATQUE FILII ET FILIÆ EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUINQUE ECCLESIAS JUXTA CASTRUM UR, IN PAGO VALENTINENSI.

(Bibl. nat. cop. 19-208 [1]; B. h. 131, CXXXIII.)

Notum sit omnibus fidelibus christianis, presentibus et futuris, quod 1049-1095.
ego Odilo et uxor mea Berloth et omnes filii nostri et filie donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et senioribus Cluniacensis cœnobii, pro redemptione animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, de possessione nostra quantum ad presens potuimus : hoc est in pago Valentinensi, juxta castrum Ur, de quinque æcclesiis medietatem, excepta quinta parte. Est autem una de ipsis æcclesiis constructa in honore sanctæ Mariæ, altera in honore sancti Petri, cum aliis tribus quæ ad ipsas pertinent. Si quis autem hanc nostram donationem de filiis nostris vel filiabus aut aliquis ex parentibus nostris infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum omnium sanctorum incurrat, atque excommunicatione anathematis [2] subjaceat; sive judiciaria potestate constrictus, x^cem auri libras persolvat, et omnia suprascripta dimittat. S. Odilonis, qui hanc donationem fecit et testes firmare rogavit. S. Berloth, uxor mea [3]. S. Adonis, filii ejus.

(*Au dos :*) De quinque ecclesiis in castro Ur.

[1] Lambert de Barive a jugé l'original de cet acte de 1020 environ; mais il est probable qu'il n'était guère antérieur à 1095; car, outre qu'il est inséré dans le cartulaire de l'abbé Hugues Ier, dont le gouvernement ne commence qu'en 1049, nous voyons pour la première fois confirmer cette donation par le pape Urbain II, dans une bulle du 16 mars 1095. De là la date approximative ci-dessus.

[2] Lisez *excommunicationis anathemate.*

[3] B. porte *ejus uxoris.*

2994.

CHARTA QUA OLIVERIUS MILES HABITUM MONACHICUM ACCIPIENS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MOLENDINUM DE CASSENOLIS CUM QUADAM TERRA ET SERVIS [1].

(Bibl. nat. or. 111 1°; cop. 40-45 1°; B. h. 167, CLXIX [2].)

1049-1109. Audiant et sciant universi presentes et futuri, quod Oliverius miles, seculum deserens et habitum monachi apud Cluniacum accipiens, dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus molendinum de Cassenolis cum omni usuario quod ad molendinum pertinet, laudante et concedente Seguino *de Burzeio* cum filiis suis Gausfredo, Bernardo et Guidone, necnon Joceranno *Asinobruno*, avunculo ipsius Oliverii similiter laudante et concedente. Hubertus Ungro quoque, et Dalmatius de *Gineio* [3], avunculus ejusdem Oliverii hoc idem laudaverunt et concesserunt : de quo videlicet Dalmatio supradictus Oliverius molendinum ipsum habebat in feodo. Waldricus etiam de Colchis, de quo Dalmatius illud possidebat, hoc donum laudavit et concessit cum filiis suis Arleio et Guidone, coram Dalmatio *Ungro* monacho, et coram Hugone *de Masonis*. Sed et episcopus Augustidunensis de cujus capite erat, similiter laudavit et concessit. Soror quoque ipsius Oliverii cum marito suo Hugone *de Salduno*, hoc idem laudavit et concessit, et altera soror ejus quę dicebatur Surda. Sciendum preterea quod in eadem villa Cassenolis dedit Dalmatius *de Gineio* et uxor ejus, soror Landrici *Grossi*, monachis Cluniacensibus, terram juxta hoc molendinum sitam et pratum eidem terræ contiguum, et quendam servum, nomine Martinum, cum uxore sua et filiis ex eisdem

[1] [Cette charte et les suivantes sont dépourvues de notes chronologiques; mais comme elles font mention de saint Hugues, ou qu'elles ont été insérées dans le cartulaire de cet abbé, qui gouverna le monastère de Cluny de 1049 à 1109, nous les avons placées toutes sous cette même date.]

[2] Cette pièce et les deux suivantes se trouvent en original sur un même feuillet de parchemin, au dos duquel on lit : « Carta de molendinis de Cassenolis, de Ainnate, de Croset. » Les mots soulignés sont écrits en interligne au-dessus de ceux qui les précèdent.

[3] B. *de Cigueio* et plus bas, *de Gineio*.

natis et nascituris. Dato insuper fidejussore Uberto *Ungro*, ut si quis terram hanc eisdem monachis calumniaret, Dalmatius *de Gineio* pro eis inde responderet.

2995.

CHARTA QUA BERNARDUS DE BUSSERIA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MOLENDINUM DE AINNATE, ETC.

(Bibl. nat. or. 111 2°; cop. 40-45 2°; B. h. 168, CLXX.)

Sciant presentes et futuri omnes, quod Bernardus *de Busseria* dedit Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniacensibus molendinum de Ainnate, et plateam de Inter Duas Aquas, laudantibus et concedentibus filiis suis Letaldo, Gausfredi, Bernardo et Artaldo, et uxore sua Bernearde. Quod donum Bernardus *Grossus*, de cujus feodo erat, laudavit et concessit, audientibus Warnerio *famulo camerarii* et Bertranno *de Ver*. Similiter hoc donum laudaverunt et concesserunt Walterius *de Amugne*, et nepos ejus Jocerannus, audientibus hoc Guidone *Amadei* et Guidone *de la Sala*, et Aalaudo *cellario*. Hoc quoque donum Landricus *Grossus* auctorizavit coram domno Hugone, abbate Cluniacense, testibus et videntibus Bernardo *de Busseria*, qui hoc donum fecit, et Milone *de Umble* et Ilio *de Crai*, et Uberto *Ungro*, Hunberto quoque *de Curtevas*. 1049 1109.

2996.

CHARTA QUA ANSEDEUS DE UMBLE DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MOLENDINUM DE CROSET.

(Bibl. nat. or. 111 3°; cop. 40-45 3°; B. h. 169, CLXXI.)

Nosse volumus universos presentes et futuros, quod Ansedeus *de Umble* et filii ejus Bernardus et Rotbertus dederunt Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus molendinum de Croset; et Bertrannus *de Ver*, qui in feodo illud habebat, laudavit hoc idem et concessit; necnon Jocerannus *Rainerii*, et Hunbertus *de Curtevas*, qui hoc in feodo possederant, laudaverunt et concesserunt. Sed et Landricus, 1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Benedictus et Bernardus, fratres, quicquid ibi habebant similiter Deo et monachis dederunt, teste Hunberto de Curtevas. Omnes hi, quod ut diximus, dederunt cum omni usuario quod ad molendinum pertinet, dederunt et concesserunt.

2997.

CHARTA QUA DALMATIUS DE GINNIACO NOTUM FACIT SE TERRAM DE BERTIACO AB AVUNCULIS SUIS ANTEA DATAM MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE.

(Bibl. nat. or. 170; B. h. 175, CLXXVII.)

1049-1109. Omnibus recte credentibus luce clarius patet, secundum baptismum in helemosina fideliter erogata constare, secundum illud Domini dictum : « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis. » Item alibi veridica Scriptura dicit : « Sicut aqua extinguit ignem, ita helemo« sina extinguit peccata. » Igitur ego Dalmatius de Ginniaco prenominatus, his misericordiarum preconiis me inseri cupiens et optans, cedo et vuerpio quandam querimoniam seu calumpniam quam adversus sanctum Petrum et locum Cluniacum et monachos ibi habitantes habere videbar. Namque prefati loci habitatores, scilicet monachi Cluniacenses, acceperunt quiddam honoris a duobus avunculis meis, quem dederunt Deo et sancto Petro pro animabus suis, scilicet Rotbertus et Vuigo. Donaverunt enim eis terram de Bertiaco pro animabus suis, sicut in carta et testamento ab ipsis facto continetur, a fluvio Graonna usque ad terminos prefixos ipsius honoris, quę constat in silvis, pratis, vineis, campis cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et regressibus, secundum quod veracium testium id debonnare poterit testimonium. Quod donum ego non primitus laudavi, sed calumpniatus sum verbis. Nunc vero omnibus votis illud laudo, volo, et opto; et si aliquid recti in isto honore habere me putabam, per hanc manumissionis cartulam vuerpio, finio et cedo, ita ut ab hac die ibi aliquam consuetudinem vel excussionem requirere non presumam, nec ego nec aliquis heres, aut proheres meus, vel aliqua inmissa persona. Si denique aliqua persona id attemptare presumpserit, ut huic dono ali-

quam calumpniam inferat, iram Dei omnipotentis incurrat, nisi digne emendaverit. S. Dalmatii, qui hanc vuerpitionem fecit et hanc cartam firmavit. S. Gausleni. S. Dalmatii, fratris ejus. S. Oddonis de Craio. S. Gondoeni presbiteri. S. Huberti de Tuciaco. S. Girardi.

(*Au dos :*) Karta Dalmacii militis de Ginniaco.

2998.

CHARTA QUA DURANNUS DE SANCTO CHRISTOPHORO REDDIT HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, BOSCUM DE COLONGIA, ETC.

(Bibl. nat. or. 110; B. h. 684, DCLXXXVII.)

In nomine Domini. Noverint omnes sanctę ęcclesię filii, quod ego Durannus de Sancto Cristoforo, sine omni retinaculo reddo et verpio Domino Deo et sancto Petro, in manus domni Hugonis Cluniacensis abbatis, boscum de Colongia et terram adhęrentem eidem bosco, et decimam et offerendam de Plaanied, sicuti eam habueram et tenueram, quę omnia pertinent ad domum de Escuzoliis. Cujus rei testes et laudatores sunt Wido Salvagius, Hugo de Dardre et Wicardus, frater ejus et Constantinus cellararius. Facta est hęc verpicio Cluniaci, in cella novitiorum, in manus domni Hugonis abbatis, per manum domni Rotgerii, decani de Escuzoliis, presente camerario domno Bernardo et multis aliis Cluniacensibus fratribus. 1049-1109.

(*Au dos :*) Werpitio quam fecit Durannus de Sancto Cristoforo in obedientia d' Escuz[ol]io.

2999.

CHARTA QUA HYLARIA ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM, NOMINE LANDULFUM, CUM PROSAPIA SUA.

(Bibl. nat. cop. 17-40; B. h. 286, CCLXXXVII, et 620, DCXXIII [1].)

In nomine Domini. Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Hylaria 1049-1109.

[1] La pièce que nous publions ici d'après l'original (cop. 17-40) et B. h. 620 est fort courte; nous avons dans B. h. 286, la copie de l'acte solennel, que nous croyons devoir donner en note :

CCLXXXVII. *Hilaria cum filiis suis, ser-*

et filii mei Vuinebald, Atto et Rago, donamus sancto Petro et monachis Cluniacensibus unum servum, nomine Landulfum, et faciant quicquid facere voluerint. S. Hylarie et filiorum ejus Vuinebaldi et Attonis et Ragonis, qui hanc donationem fecerunt. S. Adalelmi. Signum Leodegarii.

3000.

CHARTA QUA WILLELMUS MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM ECCLESIÆ SANCTI SYMPHORIANI IN VILLA MEDIOLANO, COLONIAMQUE CUM SERVIS IN VILLA VOCATA AD VILARS, ETC.

(Bibl. nat. cop. 30-80; B. h. 34 et 552, DLV.)

1049-1109. Divine pietatis miseratio, que semper revocat errantes ad viam salutis atque a dominio antiqui exterminatoris avulsos indesinenter perducit ad summum et perhenne gaudium, mihi Vuillelmo[1] dignata

vum cum prosapia. Divina clementia miserante legumque auctoritate concedente sancitum est, ut liberam habeat libertatem si quis ex propriis bonis Deo et sanctis ejus aliquid donare voluerit, quod et per litterarum testamentum posteris notum faciat. Proinde omnibus Christi karactere insignitis clareat, quod ego Hylaria et filii mei Vuinebaldus, Atto et Rago, Dei timore pariter et amore ducti, donamus Domino Deo et beatis apostolis Petro et Paulo et loco Cluniacensi in eorum nomine consecrato, cui domnus Hugo venerabilis abba prodesse magis quam preesse videtur, aliquid de rebus nostræ hereditatis, unum videlicet servum, nomine Landulfum, cum omni prosapia sua, pro animarum nostrarum remedio, quatinus omnipotens Deus meritis et precibus predictorum apostolorum nostra relaxet crimina, et eorum concedat nobis possidere contubernia; videlicet ut ab hac die et deinceps fratres predicti loci quicquid sibi placuerit, nemine contradicente, faciant. Si quis vero heredum vel coheredum nostrorum, quod nunquam fore venturum arbitramur, diaboli fascibus succensus, hanc helemosinam a nobis gratuitam factam destruere voluerit, non ejus audiatur vox, neque quod repetit adquirere valeat, sed iram Dei omnipotentis et beatorum apostolorum, nisi cito resipuerit, incurrat, immo juditiaria potestate cogente, cui injuriam presumpserit inferre unam auri libram coactus exsolvat. Et nostra donatio tempore perpetuo firma et inmobilis, stipulatione subnixa, permaneat. Insuper ut firmum et inconcussum consistat, propriis firmamus manibus et testibus roborandam delegavimus. S. Hylariæ. S. Vuinebaldi, S. Attonis, S. Ragonis, filiorum ejus. S. Adalelmi. S. Leodegarii.

[1] [B. h. 552 ajoute : *mittere.*]

est in cor, ob remedium meorum peccaminum, ut aliquid ex his que mihi dedit, illi offeram. Dono igitur ego Wilelmus miles Domino Deo et sanctis[1] ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, pro remedio anime mee, aliquid ex his que a progenitoribus mihi jure hereditario relicta sunt, medietatem scilicet presbiteratus unius ecclesie que est dicata in honore almi testis Christi Simphoriani, et est sita in episcopatu Eduensis civitatis, in villa que dicitur Mediolanum[2]. Dono insuper et domum meam que est edificata juxta ipsam ecclesiam. Dono et medietatem prati qui vocatur ad Pradalas, qui est positus in villa Mediolanum. Dono et unam coloniam valde bonam, et omnia ad eam pertinentia ex integro, terram cultam et incultam, cum pratis, aquis, silvis et aquarum decursibus. Reddit autem annuale servitium, sicut plenum mansum, porcum scilicet, arietem, agnum, oblationes plenas, et corvadam, et cetera omnia que a pleno manso requiruntur. Est autem sita ipsa colonia in villa que dicitur ad Vilars. Dono autem et servum in ipsa colonia manentem, nomine Geraldum, et unam ancillam, nomine Petronillam, et alium servum, nomine Undradum. Et hoc donum [ideo[3]] facio ut Deus omnipotens det mihi et omnibus propinquis meis indulgentiam omnium delictorum, et societatem omnium electorum suorum. Et ut hoc donum omnibus fidelibus notum sit, sive presentibus, sive futuris, corroboro et coram testibus mando[4]. S. Willelmi, qui hanc cartam fieri fecit et firmare rogavit. S. Hugonis. S. Artaldi. S. Wigonis. S. Dalmatii. S. Willelmi. S. Stephani, avunculi eorum. S. Nazarii.

[1] [B. h. 552 ajoute : *apostolis*.]

[2] L'église de Meulin est aujourd'hui dédiée aux SS. Pierre et Paul; il vaut mieux supposer qu'il y a eu un changement de vocable, plutôt que d'admettre, comme le voulait L. de Barive, qu'il s'agit de S. Symphorien de Marmagne, église beaucoup trop éloignée de Meulin.]

[3] [Mot fourni par B. h. 34 et 552.]

[4] B. h. 552 porte ici après *futuris* : « illud firmavi propriis manibus, corroboraique mandavi idoneis testibus. »

3001.

CHARTA QUA BLISMODIS ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLIS SANCTI LEODEGARII, GALUMNIACO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-130; B. h. 351, CCCLII, et 551, DLIIII.)

1049-1109. Omnibus sanctæ matris æcclesiæ filiis presentibus et futuris notum esse volumus, quod ego Blismodis cum filiis meis, Rotberto, Maiolo, Hugone, Willelmo atque Stephano, pro remedio animæ mariti mei Gislardi, donamus Deo et sanctis apostolis [ejus[1]] Petro et Paulo Cluniensibusque fratribus, XII^{cim} denarios in manso Walberti, et in villa Sancti Leodegarii; atque pro anima filii mei Bernardi, in villa de Galumniaco, partem nostram terræ appellatæ de Duabus Sororibus; et in Malliaco campum de petra, sicut erat noster; et in villa Buddoni[2], omnes terras quas homines de ipsa villa tempore sancti Maioli et beati Odilonis[3] vendiderunt et donaverunt monachis et servis et francis beati Petri et Pauli, auctorizamus, laudamus et werpimus. S. Blismodis, cum filiis suis, qui donum fecerunt. S. Lanberti Discalciati. S. Artaldi Isperonis[4]. S. Hugonis de Centarben.

(*Au dos :*) Carta Blismodis.

3002.

CHARTA QUA ODO MILES DE SEGER NOTUM FACIT SEMET IPSUM FECISSE MONACHUM ET RES SUAS IN VILLIS CURTILIACO ET ESICIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 32-177; B. h. 483, CCCCLXXXVI.)

1049-1109. Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, agendum est ut unusquisque homo ex rebus a Deo sibi collatis peccata sua helemosinis redimere festinet, ut Christum omnium conditorem in die ultimo valeat reperire[5] misericordissimum. Ut autem emamus regnum

[1] [Mot fourni par B. h. 351 et 451.]

[2] B. h. 551, *Bugdoni.*

[3] B. h. 351 et 551, *Odilonis.* La copie de Lambert de Barive porte à tort *Oddonis.*

[4] B. h. 551. *S. Artaldus Iperonus.*

[5] B. *reperiat.*

sempiternum, properemus agere bonum; etenim scriptum est : « Re-« gnum Dei tantum valet quantum habes. » Valet enim regnum Dei his qui sua pauperibus et egenis larga manu distribuunt. Quapropter notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Odo miles de Seger, abrenuntio hujus seculi vanitates, et accipio abitum Sancti Benedicti; et dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas prodesse magis quam preesse videtur, et offero aliquid de hereditate mea quæ mihi legibus jure obvenit, videlicet omnia que habeo vel habere debeo in villa Curtilliaco[1], et in villa Esiciaco[2] mansum quem tenet Arnulfus villanus, totum ex integro dono et laudo supradicto loco, videlicet duodecim denarios quem[3] redebat mihi supradictus villanus per unumquemque annum; item campos cultos et incultos, pratos, silvas, arbores fructiferos [et infructiferos[4]], totum ex integro dono ego supradictus Odo loco supradicto pro remedio anime mee, ut Deus omnipotens det mihi partem et societatem cum sanctis et electis suis in regno celorum. Amen, amen, fiat, fiat. S. Odonis, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Josceranni, filii mei. S. Bernardi, filii mei. S. Ugonis, filii mei.

(*Au dos :*) Carta Oddonis, militis de Seger.

3003.

CHARTA QUA HUGO, ABBAS CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT SE SERVUM A SERVITUTE ABSOLVISSE, PRO EO FRATREM EJUS WALTERIUM SERVUM ACCIPIENS.

(Bibl. nat. cop. 32-183; B. h. 470, CCCCLXXIII.)

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Hugo, Cluniacensis abbas, astante et laudante domno Warmundo priore nostro, Hugonem quemdam juvenem, qui nobis, dono et concessu Achardi et Oddonis fratrum, in servitutem venerat, eisdem fratribus supradictis Achardo videlicet et Oddone laudantibus et rogantibus, a 1049-1109.

[1] B. *Cintilliaco.* — [2] B. *Cliciaco.* — [3] B. *quos.* — [4] [Mot fourni par B.]

servitute absolvi, et pro eo fratrem ejus, Walterium nomine, in servum recepi. Prepondituram autem nostram quam tenebat idem supradictus Hugo et feodum et quicquid juste vel injuste de nostro tenere[1] videbatur, ex toto dimisit spontanea voluntate, ita ut nec ipse, nec aliquis pro eo requirat vel calumpnietur quod dimisit.

(*Au dos:*) De Waltero servo pro Hugone.

3004.

CHARTA QUA AUTRANNUS ET UDALRICUS FRATRES, CUM UXORIBUS ET FILIIS SUIS, DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS ET SANCTI PANTALEONIS ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ IN TERRITORIO NOMINE VORZIO.

(Bibl. nat. cop. 32-185 1°; B. h. 314, CCCXV, et 474, CCCCLXXVII.)

1049-1109. Dum quis consistit in hoc seculo, de futuro debet semper tractare concupiscenti animo. Unde nos fratres Autrannus et Udalricus et uxores nostræ et filii nostri presumimus[2] de Dei misericordia, atque timemus æterne gehenne supplicium; donamus Deo omnipotenti et beato Petro apostolorum principi, qui habet potestatem animas ligandi atque solvendi, et ad locum Cluniacensis monasterii, ubi domnus Hugo abbas preesse videtur, et ad locum Sancti Pantaleonis ac monachis ibidem manentibus, pro redemptione animarum nostrarum vel parentum nostrorum, aliquid de hereditate nostra que est sita in pago Sisteriense, in territorio quem nominant Vorzio : hoc est totum quantum nobis obvenit vel obvenire debet, cum ecclesia que est consecrata in honore sancte Marie et omnium sanctorum, cum omnibus ad se pertinentibus, cum cimiteriis, primiciis[3], offerendis, terris cultis et incultis, silvis, arboribus, pratis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et regressibus et quicquid ibi ex alode parentum meorum mihi obvenit, totum dono Deo et a supradicto loco Cluniaco. Si quis autem nobilis vel ignobilis persona hanc donationis cartam fregerit[4] vel violaverit vel

[1] [La copie porte, à tort, *tenore.*]

[2] B. h. 314, *presumpmimus*, et 474, *confidentes . . . et timentes.*

[3] [B. h. 474, ajoute *decimis.*]

[4] [La copie porte, à tort, *fecerit.* B. h. 474, *infringere vel violare temptaverit.*]

aliq[u]am calumpniam fecerit, omnes maledictiones que in veteri et in novo Testamento contemptoribus legis imprecantur, accipiat et in domo ejus non sit qui inhabitet; sed vagus et profugus sicut Cain fratricida, et cum Datan et Abiron, Barrabam[1] atque Pilato divine ultionis penas inferni retrusus persolvat. Facta carta ista in mense augusto, feria VI[a][2], regnante Heinrico imperatore. Signum Autranni, S. Udalrici[3], qui hanc cartam scribere fecerunt et rogaverunt firmare.

(*Au dos :*) Carta Autranni et Udalrici.

3005.

CHARTA QUA GODISCALCUS ET FRANCO FRATRES, CUM UXORIBUS ET FILIIS SUIS, DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS ET SANCTI PANTALEONIS ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ IN TERRITORIO NOMINE VORZIO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-185 2°; B. h. 475, CCCCLXXVIII.)

Dum, etc.[4] 1049-1109.

3006.

CHARTA QUA BERNARDUS ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BASENENS, ET SANCTI VICTORIS JUXTAQUE CASTRUM CASTELLIONEM.

(Bibl. nat. cop. 32-192; B. h. 527, DXXX.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus hominibus, presentibus et futuris, qualiter ego Bernardus cogitavi de misericordia Dei, ut merces mea crescat apud Dominum. Propter hoc ego accepi habitum Sancti Benedicti in monasterio Cluniaco, ubi domnus Hugo abbas preest, et donavi ad ipsum locum supradictum de rebus meis que resident in pago Lugdunensi. He sunt res in villa que voca- 1049-1109.

[1] B. h. 474, *Juda.*

[2] B. h. 474, *feria III.*

[3] La copie de Lambert de Barive porte à tort *Vualdrici.*

[4] Cette charte étant identiquement semblable à la précédente, nous ne croyons pas devoir la donner une seconde fois. Les noms seuls de personnes diffèrent. Elle se termine ainsi : « Facta carta ista in « mense augusto, feria VII, regnante Hein- « rico imperatore. S. Godiscalci et Franco. » B. h. 475 est fort abrégé; ce texte ajoute toutefois un troisième donateur *Ugo* qui figure aussi aux souscriptions : « Et Ugonis « et uxorum eorum et filiorum ac filia- « rum, qui fieri et firmare rogaverunt. »

tur Basenens, unum curtilum cum vinea; et juxta castrum quod dicitur Castellio, unum mansum cum duobus[1] appendiciis suis qui vocatur ad Rispas, et in villa Sancti Victoris, unum mansum cum omnibus appendiciis suis, pratis, campis, silvis[2], et omnia quecumque pater meus Grimardus habuit in ipsa villa. Et si quis ex propinquis meis calumniam inferre voluerit, iram omnipotentis Dei incurrat; et sit anathema omnibus diebus vite sue usquedum ad satisfactionem veniat. S. ipsius Bernardi. S. Achardi, fratris ejus. Signum Stephani, fratris ejus. S. Umberti. S. Vuidonis Lombardi. S. Grimarii[3]. S. Bonazi. S. Bernardi, prepositi de Cavariaco.

3007.

CHARTA QUA BERNARDUS ET UXOR EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM, NOMINE ROTBERTUM.

(Bibl. nat. cop. 32-193; B. h. 500, DIII.)

1049-1109. Notum sit omnibus ecclesie Dei fidelibus, quod ego Bernardus et uxor mea Inima, annuentibus filiis nostris Bernardo, Milo, Jozeranno, Igmaro, dedimus Deo et Sancto Petro, presente Hugone abbate, quemdam nostrum servum, nomine Rotbertum. S. Odonis. S. Giraldi monachi. S. Guidonis. S. Ansaldi.

3008.

CHARTA QUA HUMBERTUS ET UXOR EJUS ADELEIDIS FILIIQUE EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CAPELLAM IN.... ET ADJACENTIA.

(Bibl. nat. cop. 32-195; B. h. 2.)

1049-1109. Notum sit omnibus fidelibus futuris et presentibus sanctæ Dei ecclesie, auctore omnium Deo cuncta faciente eoque vidente bona complesse, in sublimioris creature quam sui similem formaverat jure omnia tradente, ac ipsa quam ceteris altius honoraverat et dilexerat,

[1] B. *omnibus*. — [2] [B. ajoute *aquis*.] — [3] B. *Grimerii*.

quanto cercius et humilius deberet auctorem et datorem cognoscere, atque ejus obedire mandatis, tanto proterve, instimulante diabolo, est ab eo prolongata et sibi contrarior facta. Cetere namque creature ut valent servire ei student; homines vero ab initio usque nunc contra ejus precepta pugnare non cessant. Cujuscumque sint ordinis relinquunt sua et honesta, aliena vero atque vana curant peragere. Horum ego Humbertus et uxor mea Adeleidis, una cum filiis nostris Wichardo, Bladino et Petro, reminiscentes, ideo donamus Deo et sanctis ejus apostolis, Petro videlicet et Paulo, de hereditate nostra quantum nostre possibilitatis est, videlicet unam capellam que est sita[1]..... et unum cortile quem tenet Adalardus, et unum campum et unam vineam, que omnia circumjacent huic capelle. Hæc omnia supradicta donamus Deo et supradictis apostolis, pro redemptione animarum nostrarum et omnium parentorum nostrorum, et propter presentem prosperitatem et propter vitam eternam, Cluniensis[2] habitatoribus, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur. Si autem successor ullus extiterit, qui hanc cartam frangere voluerit, non possit quod quesierit vel agere temptaverit efficere quod reppetit.

(*Au dos :*) Carta Humberti et Adeleidis, uxoris ejus.

3009.

CHARTA QUA RAIMBALDUS, UNA CUM FILIIS ET NEPOTIBUS SUIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM SANCTI PONTII.

(Bibl. nat. cop. 32-198; B. h. 75; D. 50[3].)

Auctore omnium Deo cuncta faciente, eoque vidente bona com- 1049-1109.

[1] Cette lacune, qui existe dans l'original, se retrouve aussi dans le cartulaire ; mais la conformité de cet acte avec le suivant et son classement dans les archives de l'abbaye de Cluny auprès de ce dernier, nous portent à penser qu'il est de la même date et du même pays (Avignonais).

[2] B. *Cluniensisque loci.*

[3] La copie de D. a été collationnée par Baluze, en 1703, sur l'original même, dans les archives de l'abbaye, ce qui nous a permis de rectifier quelques inexactitudes de la copie de Lambert de Barive, qui en d'autres endroits est plus exacte que celle de Baluze.

plesse, in sublimioris creature quam sibi similem formaverat jure omnia tradente, ac ipsa quam ceteris alcius honoraverat et dilexerat, quanto cercius et humilius deberet auctorem et datorem cognoscere atque ejus obedire mandatis, tanto proterve, instimulante diabolo, esse ab eo prolongata et sibi contrarior facta. Cetere namque creature, ut valent servire ei student; homines vero ab initio usque nunc contra ejus precepta pugnare non cessant. Cujuscumque sint ordinis relincunt sua et honesta, aliena vero atque vana curant peragere. Horum ego Rainbaldus imitator existens, cui tantam Deus prudentiam atque honorem concessit, et quem ultra meos similes exaltavit, non enim que Deo placita erant curavi; sed vanitates et laudes humanas semper amavi. Ob hoc etenim Dei res male tractavi. Episcopatus quippe mee potestatis ac abbatiam injuste ordinavi, et tandiu ista peregi quousque abbatia Sancti Pontii est dissipata, et pene ad nihilum redacta. Unde valde doleo, et ex intimo gravia educo suspiria; cumque animadvertere cepissem qualiter ista emendare valuissem, nullatenus habiliore consilium reperi, quam ut in patris spiritalis sanccioris et religiosioris loci eam tradidissem. Quapropter notum sit omnibus hominibus, quod ego in Dei nomine Rambaldus una cum filiis meis et nepotibus meis dono abbatiam Sancti Pontii, cum omnibus appenditiis suis, ad domnum Ugonem abbatem Sancti Petri Cluniacensis, eo tenore ut abbates qui ibi fuerint per manum et donum abbatum Cluniacensium eligentur[1] atque ordinentur et constituantur. Rambaldus, qui cartam istam vel donationem scribere et fieri[2] rogavit, manu sua firmat. Episcopus de[3]. . . nense firmavit. Willelmus *Gardilonis*[4] firmavit. Pontius[5] [firmavit. Aicardus firmavit].

[1] [B. et Baluze, *eligantur*.]

[2] Baluze, *firmare*.

[3] Le cartulaire porte *Deavinionense* (*sic*). Baluze avait écrit d'abord *de Avinione*, puis il a barré ce mot.

[4] Ce surnom est en italique au-dessus de *Vuillelmus* dans B.

[5] Ce qui suit était effacé sur l'original, mais se lit dans B. Aucune note, au dos, qui puisse nous éclairer sur cet acte.

3010.

CHARTA QUA ARTALDUS DE ARGENTACO, CUM UXORE ET FILIIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAS SANCTI PRIVATI, SANCTI ANGELI, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-202; B. h. 32.)

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Artaldus, miles de Argentaco, et uxor mea Fica et filii mei Ademarus atque Wilelmus, pro remedio animarum nostrarum, pro spe salutis et incolumitatis nostre, necnon pro requie parentum nostrorum, donamus, concedimus et transfundimus Deo et beatis apostolis Petro atque Paulo, atque loco Cluniacensi, cui preest domnus Hugo abbas, ecclesiam Sancti Privati, atque ecclesiam Sancti Angeli, necnon quoque capellam Sancti Lamberti, in territorio castri Roannaci[1] sitas, et unum pratum et quandam condaminam et unam cabanariam que dicitur Cornetz, et aliam cabanariam que pertinet ad ecclesiam Sancti Lamberti, atque tertiam partem de decimis Clarimontis. Dedimus etiam in pago Vellagico, duas ecclesias, eclesiam Sancti Petri de Grazac, atque ecclesiam Sancti Stephani de Rocolis cum feodis sacerdotalibus. In pago quoque Viennensi donavimus capellam castri Clavazonis, ecclesiamque Sancte Marie de Monte Castaneo[2]. Concessimus etiam, ut si quis hominum nostrorum de feodis vel possessionibus quas a nobis habent, aliquid loco supradicto conferre voluerit, absque omni contradictione, liberam habeat facultatem. Hec superius nominata laudavimus, corroboravimus, et loco jam dicto in perpetuum sine omni[3] inquietudine possidenda tradidimus. Si quis autem callidi temptatoris instinctu de suprascriptis quicquam surripere vel calumpniare seu auferre presumpserit, nisi cum digna satisfactione emendaverit, cum Anna et Caipha, et Pilato, et Juda, iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum incurrens, perpetuis cremetur ignibus eternisque defitiat suppliciis atque doloribus; faustores[4] vero et laudatores et dona 1049-1109.

[1] B. *Roennaci.* — [2] B. *Castanato.* — [3] B. *ulla.* — [4] A. *fautores.*

nostra aucmentantes, Domini benedictionibus repleantur, et indulgentiam delictorum suorum consequantur, regnaque celestia pro devotionis sue merito adipiscantur. S. Gerentonis, qui dedit et laudavit hoc quod habebat in capella castri Clavazonis et ecclesiam Sancte Marie. S. Wilelmi Botze. S. Gotseranni et Gelini. S. Artaldi de Vallegelata. S. Petri. S. Arberti. S. Guigonis. S. Archinbaldi. S. Wilelmi, filii Hugonis, et Ademari, fratris sui, et Lamberti.

(*Au dos :*) Carta Artaldi, militis de Argentaco, de VII ecclesiis.

3011.

CHARTA QUA HUGO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUARTAM PARTEM ECCLESIAE IN VILLA TREMBLENSI CUM SERVIS, ALIASQUE RES IN VILLA JULIACENSI, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-203; B. h. 72.)

1049-1109. Notum sit cunctis fidelibus et filiis sancte matris æcclesiæ, presentis temporis et futuri, quod ego Hugo miles, recordans sentencie dicentis : « Diviciæ viri redemptio anime ejus », meorum peccatorum magnitudine perterritus, cum essem sine heredibus, Deum et sanctos ejus apostolos Petrum et Paulum et Cluniacense cenobium, ubi domnus[1] Hugo preest, feci heredes, dans eis, in villa Tremblensi, quartam partem æcclesiæ, sicut ad eam æcclesiam pertinet, et[2] unam coloniam, et unam condaminam, et unum brollum sive pratum, et duas ancillas cum duobus filiis in eadem villa, et duos servos, nomine Adalardum et Rotbertum, et vineam de Rocein, rasamque quam habeo in clauso de Sancto Pontio. In villa quoque Juliacensi, unam vineam et campum unum ibidem; omnes etiam usus quos homines Sancti Petri in omnibus meis terris habent concedo et trado, ut deinceps sine ullis malis consuetudinibus et serviciis que actenus ab eis injuste exegi, habeant et teneant. Et si quis propinquus aut alter aliquis hujus donationis sive carte calumpniator sive contradictor extiterit, iram Omnipotentis incurrat, et sit particeps Judæ, traditoris Domini, et Datan et Abiron,

[1] La copie porte, à tort, *dominus*. B. *domnus*. — [2] [Le mot *et* serait mieux placé avant *sicut*.]

in inferni baratro, nisi penituerit et emendaverit. S. Hugonis, qui hoc donum fecit et cartam fieri precepit.

(*Au dos:*) De ecclesia de Tre[m]blens.

3012.

CHARTA QUA JOTSERANDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM JUXTA VILLAM CORTEVACUM, OMNESQUE SUAS CONSUETUDINES IN POTESTATE BREIACO.

(Bibl. nat. cop. 32-209; B. h. 181, CLXXXIII.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus sanctæ matris 1049-1109.
æcclesiæ, quod ego Jotserandus[1], pro amore Dei et redemptione animæ mee et pro animabus omnium parentorum meorum, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Ugo abbas, aliquid de hereditate mea: hoc est pratum unum que est juxta villa Cortevaco, a Vaurelia. Et si hoc persolvere non possum, de meum meliorem pratum vobis emendo[2] a Rotundo Salice. Deinde omnes consuetudines quas in potestate Breiaco habebam et in circuitu villas, in vestris terris et in servis et in liberis et in ancillis, totum ad integrum dono Deo et jam dicto loco pro anime patris mei et matris meæ et pro anime Wichardo de cujus honore exiit; et hoc donum laudo quod pater meus vobis fecit in sua vita, et fratres mei similiter laudant[3].

3013.

CHARTA QUA DESIDERIUS ET UXOR EJUS ET FILII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ IN VICO ET CAPELLAM IN CASTELLO AVALONENSI.

(Bibl. nat. cop. 32-212; B. h. 24 et 451, CCCCLIIII.)

Creator humani generis, Deus, sciens nos absque peccati contagione 1049-1109.
vite hujus incolatum transire non posse, ex rebus transitoriis precipit nostra crimina diluere sua gratuita pietate. Scriptum namque novimus in Euvangelio, dicente Domino discipulis suis et per ipsos nobis :

[1] B. *Jocerannus.* — [2] B. *de meo meliori prato vobis emendabo.* — [3] L. de Barive avertit qu'il y a eu ici trois lignes effacées. B. n'en donne pas plus.

« Facite vobis saculos qui non veterescant, thesorum indeficientem in « celis, quo fur non appropriet neque tinea corrumpat[1]. » His et pluribus hujusmodi roborati preceptis, ego Desiderius et uxor mea Aiba et filii nostri Humbertus, Aimardus, Nantelmus[2], Wido, Petronilla, donamus omnipotenti Domino ex rebus ab ipso nobis concessis, et apostolis ejus Petro et Paulo, et ad monasterium Cluniacum, ubi preest domnus abbas Hugo, aliquid de nostra hereditate, ecclesiam videlicet sancti precursoris Domini Johannis Baptiste, que est sita in vico vel burco apud castrum qui vocatur Avalonis[3], et capellam que est in ipso castello dimediam, cum oblacionibus et sepulturis, et unum mansum quem tenuit Ritbertus del Prado, et vineam que fuit de manso Ansoldo. Hec omnia supramemorata pro nostris animabus largitori omnium bonorum damus, ad sustentacionem fratrum apud illum locum degencium, ut participes esse mereamur regni celorum.

(*Au dos:*) Karta Desi[de]rii et uxoris sue Aibe de ecclesia Sancti Johannis de Avalone.

3014.

CHARTA QUA EMMA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM HEREDITATIS SUÆ IN VILLA ESTAVELS.

(Bibl. nat. cop. 32-213; B. h. 625, DCXXVIII.)

1049-1109. In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles sancte Dei ecclesie, quod ego Emma, reminiscens enormitatem peccatorum meorum, nequaquam tamen immemor Verbi dominici quo ait: « Date elemosinam « et omnia munda sunt vobis », itemque illud : « Facite vobis amicos « de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in eterna « tabernacula. » His ergo et aliis quamplurimis[4] testimoniis credula, pro remedio anime mee patrisque mei Achini et matris mee Inguile

[1] *Lucæ* XII, 33.

[2] B. h. 24, *Naintelmus.*

[3] Il importe de ne pas confondre la donation de l'église de Saint-Jean du bourg d'Avallon en Dauphiné et de la chapelle du château, avec celle de l'église Notre-Dame d'Avallon en Bourgogne que l'on trouvera ci-après sous la date de 1078.]

[4] La copie porte : *deficiritis* et *quonplurimis.*

et avunculi mei Widonis atque senioris mei Gausfredi et filiorum meorum, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, sub cura domni Hugonis abbatis constitutum, aliquid de mea hereditate que mihi jure hereditatis devenit : hoc est omnem meam partem hereditatis quam in villa que vulgo Estavels appellatur habere videor, cum omnibus inibi pertinentibus, pratis, silvis, pascuis, usque ad inquisitum et ad inquirendum. Eo videlicet tenore, ut quamdiu vixero possideam et in vita mea fratres Cluniensium in vestituram habeant unum campum ubi Grimaldus manet, et unam vineam quam Bertrennus[1] Boninus tenet. Post discessum vero meum, cum omni integritate ad predictum locum revertatur, sine ullo contradicente. Si autem ego in proximo loco defuncta fuero, predicti fratres Cluniensium pro hoc isto dono me recipiant; sin vero in alia regione vel ab aliquo mortali homini corpus meum per vim fuerit subtractum, fratres Cluniensium supradictam elemosinam teneant et possideant. S. Emme, qui[2] hanc cartam fieri et firmare rogavit. S. Gauffredi. S. Ansel[3]. S. Heldegrini. S. Bertran Bonin. S. Bernardi famuli.

3015.

CHARTA QUA WIGO ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM CUM SERVIS IN VILLA VILARS.

(Bibl. nat. cop. 32-215; B. h. 316, CCCXVII.)

Compaciens humane miserie, misericors et clemens[4] medicus dedit nobis consilium quod[5] possimus evadere per helemosinas pœnas gehenne, dicens : « Date helemosinam et ecce omnia munda sunt vobis », et in alio loco : « Sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit « peccatum ». Idcirco ego Wigo, reminiscens pondus peccatorum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, ubi preesse videtur domnus Hugo abba, aliquid 1049-1109.

[1] B. *Bertrannus*, et en effet, il est plus bas appelé *Bertran Bonin*.

[2] Lisez *quæ*, comme dans B.

[3] [B. *Anselmi*.]

[4] B. *clementissimus*

[5] B. *quo*.

IMPRIMERIE NATIONALE.

de hereditate mea, pro remedio anime mee, videlicet unum mansum qui est situs in pago Augustodunensi, in villa que dicitur Vilars, sicut in vita patris mei tenuit eundem mansum Wilbertus[1]; videlicet ut mansionem suam faciat de silva et quod ei opus fuerit, excepto quod non det aut vendat quicquam hisdem homo qui in eodem manso steterit. In tali convenientia damus predictum mansum, ego et fratres mei, monachis predicti loci, ut non dent alicui nec vendant predictum mansum, nisi nobis, si nos poterimus deservire eis, nec pertineat in aliqua obedientia nisi Massilias. S. Atonis et Gauceranni et Wilelmi. Item et unum servum damus, qui vocatur Latardus et ancillas. Set et ego Ato, cum consilio fratrum meorum et pro redemptione fratris mei Lanberti, dono unum servum, nomine Durannum, Deo et sanctis apostolis ejus.

(*Au dos :*) Carta Wigonis de Vilars.

3016.

CHARTA QUA GIGO DE CACIACO ET FRATER EJUS BERNARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM CUM SERVO IN VILLA CAVANIACO.

(Bibl. nat. cop. 32-234; B. h. 298, CCXCIX.)

1049-1109. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Gigo miles de Caciaco, veniens ad extremum diem mortis meæ, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et loco Cluniaco, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris, dono ego supradictus Guigo[2] unum mansum in locum sepulture, pro remedio anime mee, ut Deus det mihi partem et societatem in omnibus beneficiis que fient[3] in supradicto loco. Est autem ipse mansus in villa Cavaniaco[4], quod vulgariter nominatur ad Angulos. Dono ego et frater meus Bernardus omnia que ad ipsum mansum pertinent, vineas, pratos, et omnem censum quem mihi reddebat per unumquemque

[1] B. *Walbertus*. — [2] B. porte ici *Gigo*, comme plus haut. — [3] B. *fiunt*. — [4] B. *Caviniaco*.

annum, totum ad integro dono, laudo et confirmo loco prenominato, sine ullo calumpniatore. Item dono unum servum, nomine Durandum cum filiis et filiabus suis. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit (quod absit!), in primis iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum et aliorum omnium sanctorum incurrat, nisi ad satisfactionem ad[1] emendationem venerit. Si quis vero observator huic nostre donationis extiterit, veniant super eum omnes benedictiones novi et veteris Testamenti. Amen, amen, fiat, fiat. S. Gigonis[2], qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Bernardi, fratris sui.

(*Au dos :*) Carta Gigonis de Caciaco, de uno manso in villa Cavaniaco et de uno servo Durando.

3017.

CHARTA QUA GAUFFREDUS BERALDI MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CASELLIS, BREIA, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-235; B. h. 160, CLXII.)

Sciant omnes futuri et presentes, quoniam ego Gauffredus *Beraldi*[3] miles, dono Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus, quibus domnus Hugo abbas preesse videtur, quicquid omnino habuisse vel reclamasse dicor in villa de Casellis, et quicquid Jocerannus *de Gaupera*[4] in eadem villa eisdem dedit et concessit; ego quoque do et concedo tam in terris et pratis quam in aquis et molendinis, sive omnibus omnino eidem ville pertinentibus. Dono etiam eisdem quicquid in condamineis de Cinzoch[5] habui umquam, vel reclamavi et quicquid in villis Breię et Scotię super eos umquam reclamavi, et peram[6] quam in Cluniaco reclamabam similiter werpivi eisdem et dedi; et quod in villa Miolanis super eos reclamavi similiter dedi, et quod in villa Noeros super eos querebam similiter werpivi; servos quoque et 1049-1109.

[1] Lisez *ac* ou *et*. B. *vel*.
[2] B. *Hugonis*.
[3] [Mot en interligne.]
[4] B. *Gaupetra*.
[5] B. *Cintoch* ou *Cinzoch?*
[6] B. *peam*. Peut-être faut-il lire *pciam?*

ancillas, si in aliquibus supradictarum villarum habui, aut super eos alicubi aliquando reclamavi, sed et quicquid calumniæ aut reclamationis in eos usquam habui, werpivi, finivi et dedi. Hanc etiam cartam quia firmam manere volui, factam super altare Sancti Petri manibus meis firmavi; et postea domno Hugoni abbati obtuli. Testes autem et confirmatores carte hujus fuerunt: *Yvo* prior et Hugo *cellararius*, et Artaldus, *decanus Lordoni*, monachi; milites quoque isti: Hugo *de Salduno*, item Hugo *de Leemnite*[1], et Bernardus *Grossus*, sed et Stephanus Bernardi *Contantini* filius, Oddo Capellanus, et Hugo *Metaforis*, et plures alii. Facta vero sunt hec per manum Bernardi camerarii, et ipse testis est. In cujus manu ego Gauffredus manum meam misi et fide firmavi quod hec omnia sicut scripta sunt stabiliter et firmiter teneam; et si aliquando (quod non credo futurum) violavero, potestatem eidem dedi aut cuicumque ipse preceperit, me oppignerandi. Et ut contra omnes fratres meos fidelis adjutor et protector super hoc existam promisi, et ut dixi, fide firmavi.

(*Au dos :*) Carta de Gausfr[e]do *Beraldi*.

3018.

CHARTA QUA JOSCERANNUS DE BIERA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM ANTE VILLAM VOCATAM PETRICLOS ET FEODUM SUUM IN BERZIACO VILLA, ETC.

(Bibl. nat. cop. 33-24; B. h. 581, DLXXXIIII.)

1049-1109. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Joscerannus ego nomine, cognominatus de Biera, dono sanctis apostolis Petro et Paulo in monasterio Cluniacensi, et domno abbati Hugoni cum ceteris fratribus ejusdem loci, pro anime mee ac parentum meorum remedio, mansum unum ad Fontem Seguini, ante villam que Petriclos nominatur, et quicquid feodii habui de Sancto Petro apud Berziacum villam. Dono etiam in eadem villa mansum unum quod habui in alodio, et mansum illum nominatur Drosiacum, cum omnibus appendiciis ad

[1] B. *de Elemonte*.

ipsum mansum. Dono etiam ut villanus manens in hoc manso habeat cursum ad usus suos in silvis quos[1] habeo, scilicet in Vinchesia et in ceteris. In augmentum ipsius mansi pratum dono quod habui apud Fontem Bassiaci et terre particulam apud Berziacum villam, juxta condaminam Sancti Petri, que condamina Naia dicitur. Dono etiam in eadem villa ancillam, Raimbergam nomine, cum fructu ipsius, in villa que Biera dicitur. Dono in manso quod fuit Hugonis, nepotis mei, terciam partem omnium appendicium ad ipsum mansum. Hanc donationem facio presentibus et laudantibus his quorum nomina subscripta sunt : Garulphi de Berziaco, Widonis de Sancto Nicecio et fratris ejus Durandi, Hugonis de Soloniaco, et ut hoc donum firmum in perpetuum sit. Si quis contradixerit, volo Dei iram incurrat et sanctorum apostolorum Petri et Pauli; peticio vero ejus irrita sit.

(*Au dos :*) Carta Josceranni, cognomento de Biera.

3019.

CHARTA QUA BERNARDUS DE BUXERIA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES CAMPOS IN VILLA BUXERIA ET PRATUM IN VILLA EXARTELS.

(Bibl. nat. cop. 36-93 ; B. h. 268, CCLXX.)

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Bernardus de Buxerias, veniens ad extremum diem mortis; [et[2]] reminiscens enormitatem peccatorum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad loco Cluniaco, ubi domnus Ugo abbas regimen videtur tenere, et monachis ibi Deo servientibus, aliquid de hereditate mea, pro remedio anime mee, et ut sepultura mihi ibi concedatur. Ideo ego Bernardus dono tres campos in villa Buxerias cum arboribus fructiferis que ibi sunt plantate, et in villa Exsartels unum pratum, ut Deus concedat mihi partem in beneficiis eorum. [Signum Bernardi, qui hoc donum fecit.] Signum uxoris ejus Aldesindis. Signum Constantini, filii ejus. S. Duranni, filii ejus. 1049-1109.

[1] [B. *quas.*] — [2] Les mots entre crochets sont tirés de B.

S. Tetfredi, filii ejus. S. Arlebaldi prepositi. S. Duranni consobrini eorum. Si quis hanc nostram donationem fringere voluerit, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha[1].

(*Au dos :*) Carta Bernardi de Buxerias de III campos et de uno prato.

3020.

CHARTA QUA HENRICUS DE CASTANIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA VERNOLLIO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 36-94.)

1049-1109. Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Enricus[2] de Castaniaco Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi preesse videtur domnus Hugo abbas, aliquid de mea hereditate, que est sita in pago Matisconensi, in villa que dicitur Vernollio, donavi, videlicet de molendini qui est super Craonnam fluvium et terra secus illum que est Inter Duas Aquas, et de alia parte listam terre que tenet a terra Sancti Petri usque ad viam, omnem partem quam ibi habebam. Hoc autem notum sit omnibus, quod in hac hereditate habebam omnem medietatem. Ut autem suprascripta hereditas libera remaneret, accepi ego Enricus a Stephano monacho triginta et quatuor solidos denariorum, et unum cartallum frumenti, et tres sextarios vini. Propterea hanc donationem firmo et laudo ego Henricus et uxor mea Agnes et filii mei Wichardus et Giraldus, et frater meus Bernardus, et uxor sua et filii sui, et Bernardus miles de Vernolio, consobrinus meus. Stephanus monachus hoc fecit, et testi sunt : Lanbertus prepositus, Arlebaldus prepositus, Durannus presbiter de Mooin et frater ejus Arlebaldus, et Giraldus Mostillius.

[1] Cette courte formule est remplacée dans la copie du cartulaire par celle-ci, placée avant les signatures : « Si quis huic nostrę donationi, temerario ausu, diabolico igne succensus, contraire voluerit, nisi cito resipuerit, gladio beati Petri evaginato feriatur, a societate fidelium exterminatus ; et nostra donatio a me gratuita voluntate peracta, rata et inconvulsa per omne tempus stipulatione subnixa existat. Quam propria firmamus manu et testibus astantibus firmandam dedimus. » — [2] *Henricus*.

3021.

CHARTA QUA NOTUM EST ROTBERTUM CORNUTUM PETIISSE AB ABBATE CLUNIACENSI, UT RECIPERET FILIUM SUUM ADHUC TENERRIMUM AD ORDINEM VITÆ MONASTICÆ; QUOD CERTIS CONDITIONIBUS FACTUM EST.

(Bibl. nat. cop. 36-97; B. h. 436, CCCCXXXIX.)

Notum sit tam presentibus quam supervenientibus, quendam nostrum proprium famulum, nomine Rothbertum, cognomento Cornutum, nostram id est mei Hugonis peccatoris adiisse presentiam, et quod ejus filium adhuc tenerrimum ad ordinem vite nostre habitumque reciperemus postulasse. Cujus voluntatis petitionem implentes, parvulum suum, nomine Bernardum, pro quo nos est deprecatus recepimus, ita sane ut apud quandam obedientiam nostram que dicitur Bisurniacum usque ad x annos, ex illa qua fuerat die receptus commoraretur, necnon ab obedientiario ejusdem loci doceri, vestiri, nutriri usque ad tempus prefinitum sollicite disponeretur precepimus. Hoc tempore sicut determinavimus completo, interpellaretur infans pro receptione predicta, si tamen illemet adhuc semonere non posset[1]; quod si vellet se congregationi incorporari, sine ulla contradictione reciperetur. Sin autem quoadusque recipi voluntarie rogaret, proprio in predicta obedientia relinqueretur arbitrio. 1049-1109.

3022.

CHARTA QUA HUGO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES MANSOS A LA VERRERIA ET IN ALIIS LOCIS.

(Bibl. nat. cop. 36-99; B. h. 446, CCCCXLIX.)

Domnus Hugo dedit ad locum Cluniacum duos mansos[2] a la Verreria pro se et patrem suum et matrem, vel mulierem suam, et alio in Monte ubi Sinbrannus maneat[3], et uxor sua Helisabeth, al Cha- 1049-1109.

[1] B. *nosset.* — [2] [B. ajoute *et unam vineam.*] — [3] B. *manet.*

mialas Plantas, de justo[1] Juliaco, dedit pro anima sua[2]. Post decessum Ugoni vel matrem vel uxorem suam, istas terras supranominatas totum ab integrum remaneat; et testis ejus Girberto decani et Arlebaldo decani, [quos[3]] in memoriam habeant monachi de Cluniaco. Facta hec carta in presentia domni Hugonis abbatis, domni Almanni, domni Gausmari, domni Tetfredi. [Balduinus rescripsit.]

3023.

CHARTA QUA ADALTRUDIS, MATER ROBERTI DE VITRIACO MILITIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM SERVUMQUE IN VILLA TULGIACO.

(Bibl. nat. cop. 36-111; B. h. 270, CCLXXII[4] et 537, DXL.)

1049-1109. Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, agendum est ut unusquisque homo ex rebus a Deo sibi conlatis, peccata sua helemosinis redimere festinet, ut Christum omnium conditorem in die ultimo valeat reperire misericordissimum. Ut autem emamus regnum sempiternum, properemus agere bonum; etenim scriptum est: « Regnum Dei tantum valet quantum habes. Valet enim regnum Dei « his qui sua pauperibus et egenis larga manu distribuunt. » Quapropter notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Adaltrudis femina, mater Rodberti, militis de Vitriaco, veniens ad extremum diem mortis mee, et reminiscens enormitatem peccatorum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et loco Cluniaco, ubi donnus Ugo abbas videtur magis prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, concedo pro remedio anime mee et in loco sepulture, dono ego jam

[1] Lisez *dejusta* pour *dejuxta.*

[2] B. porte ici : « Fecit autem hanc donationem tali conditione, ut tempore vitę suę teneret, et post obitum suum cum omni integritate ad Sanctum Petrum remaneret. »

[3] Les mots entre crochets viennent de B.

[4] La copie de B 270 diffère considérablement de B. 537, identique à la copie de l'original. En voici le préambule : « Quod ad notitiam posterorum debet dirigi, necesse est absque dilatione litterarum vinculis alligari, ne patiantur oblivionem decessione vel successione. Igitur omnibus Christi caractere insignitis, presentibus et absentibus notum esse curavimus, quod ego Adaltrudis femina, etc. »

denominata femina, unum mansum[1] in villa Tulgiaco, et servum Letbaldum qui ipsum mansum tenet, cum uxore sua et filiis et filiabus, totum ab integro et sine ullo calumpniatore; laudo et confirmo ego Adaltrudis quicquid ibi habeo vel habere debeo, et quod mihi evenit ex parte parentorum meorum, maxime patris vel matris, ut ego et ipsi partem habeamus in orationibus, in helemosinis, in vigiliis et in aliis bonis que fiunt in eodem loco et in omnibus locis ad ipsum pertinentibus. S. Adaltrudis, qui[2] hoc donum fecit et testes fieri rogavit. S. Unberti presbiteri[3]. S. Rotberti, filii sui. S. Ugonis, filii sui. S. Blismodis, filie sue. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha.

(*Au dos :*) Carta Adaltrudis de Vitriaco de uno servo, nomine Ledbaldo et de uno manso in villa Tulgiaco.

3024.

CHARTA QUA DALMACIUS DE CRISTUL DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA ESTAVEL.

(Bibl. nat. cop. 36-113; B. h. 471, CCCCLXXIIII.)

Notum sit cunctis fidelibus sancte Dei æcclesie, tam presentibus quam futuris, quod ego Dalmatius de Cristul, veniens ad extremum diem vite mee, et recognoscens me multum peccasse contra Dominum et sanctos ejus, accipio bono animo habitum sancte religionis in loco Cluniaco, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse; ideoque ego Dalmacius dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et loco supradicto, et fratribus ibidem Deo servientibus, unum mansum in villa Estavel, quam[4] tenet villanus Espiuns, et omnia que ad ipsum mansum pertinet, nisi tantum ipsum 1049-1109.

[1] B. 270 ajoute ici : « cum omnibus quę ibi pertinent, id est in campis, in pratis, silvis, arboribus fructiferis vel infructiferis. »

[2] [B. *quę.*]

[3] Les autres signatures manquent dans B. 270.

[4] [B. *quem.*]

IMPRIMERIE NATIONALE.

villanum et uxorem ejus et filios et filias, qui ipsum mansum incolunt, qui non erant mei. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, iram omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli incurrat[1]. S. uxoris sue. S. filii sui. S. Joslen, fratris sui. S. Rotberti, fratris sui. S. Joseranni de Cortevas. S. Ingeberti, fratris sui.

(*Au dos :*) Carta Dalmaz de Cristul de unum mansum in villa Estavel.

3025.

CHARTA QUA WILLELMUS SE IPSUM ET FILIUM SUUM, CUM ECCLESIA IN VILLA QUÆ DICITUR MEDERIO, MONASTERIO CLUNIACENSI DAT.

(Bibl. nat. cop. 36-118.)

1049-1109. Ego Willelmus consideravi amorem celestis patrie et de Dei misericordia confidens, idcirco offero me ipsum et quendam filium meum, nomine Arteman, cum oblatione quam michi laudaverint amici mei Deo et Sancto Petro Cluniacensi, in manu domni Hugonis abbatis et ad locum Carentenaci, cui ipse preest, pro salute mea et parentum meorum. Insuper etiam cedimus et confirmamus, ego ipse Willelmus et propinqui mei Bernardus Bufetus et frater ejus Raimundus, necnon et Geraldus et Bernardus, participes nostri, quandam ecclesiam que est sita in pago Caturcino, in villa que dicitur Mederio, cum cunctis rebus que sibi attinere videntur, preter decimum quem adhuc tenent milites in potestate sua, Domino Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, et specialiter domno Hugoni abbati, ut ipse deinde animabus nostris magnam curam habeat, et in beneficio Cluniacensi nos suscipiat. Ego Willelmus cons.[2] S. Willelmi, qui hoc incepit, et ceteri firmare fecit. S. Bernardi et Raimundi fratrum. S. Geraldi et Bernardi fratrum. S. Bermundi Geraldi sacerdotis, qui hoc donum confirmavit.

[1] [Il est à remarquer que la signature du donateur ne figure pas ici, et qu'on ne donne dans le corps même de l'acte ni le nom de sa femme ni celui de son fils, qui signent pourtant.]

[2] Lisez *consensi*.

S. domni Hugonis Castri Novi, de cujus honore et potestate est. S. Geraldi de Palmas. S. Grimaldi [de] Liviniaco.

3026.

CHARTA QUA WICARDUS DE BICEG, MILES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM SUUM IN VILLA SARCIACO ET HEREDITATEM INTER GRAONNAM FLUVIUM ET DIRRO.

(Bibl. nat. cop. 36-119; B. h. 165, CLXVII.)

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Wicardus miles, vocabulo de Biceg, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et loco Cluniaco, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, omnem alodem quem [1] habeo in villa Sarciaco, et omnia que in eadem villa comparavi, in campis, in vineis, in pratis, in silvis, in arboribus fructiferis et infructiferis, totum dono et laudo loco suprascripto. Facio autem et aliam donationem loco jam supradicto de omni hereditate quam habeo inter Graonnam fluvium et Dirro, hoc est in campis, in vineis, in pratis, in silvis, in arboribus cultis et incultis. Omnem autem donationem que superius scripsimus, facio pro remedio anime mee et uxoris et omnium parentum meorum, patris et matris, et maxime pro anima filii mei Hugonis, quem Cluniaco sepilivi, ut Deus det ei partem et locum refrigerii cum electis et fidelibus suis. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha. Signum Wicardi de Biceg [2], qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. Sig. Ansedeus de Oblad. S. Algodi [militis [3] ?]. 1049-1109.

(*Au dos :*) Carta Wichardi de Biceg.

[1] B. *alodium quod.* — [2] B. *Bisceg.* — [3] B. *S. Algodri.* L. de Barive a écrit *Algo Driul,* ce qui n'a pas de sens.

3027.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE CLUNIACO WERPIT MONASTERIO CLUNIACENSI CALUMNIAM SERVITUTIS QUAM BERNARDO ET CONSTABULO IMPONERE VOLUERAT.

(Bibl. nat. cop. 36-123.)

1049-1109. Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quia ego Gaufredus de Cluniaco, diu studueram calumpniam servitutis imponere duobus fratribus Constabulo et Bernardo. Sed post multa placita longasque contentiones, comperi nichil esse omnino quod calumpniatus eis fueram. Unde tandem pro Dei timore, et pro anime mee et omnium antecessorum meorum remedio, finio et sine omni retencione vuerpio calumpniam quam eis non recte imponebam, et si quid juris in eis habebam totum dimitto et dono Domino Deo et sancto Petro, laudantibus et concedentibus filiis meis, Vilenco, Dalmatio et Ulrico ceterisque omnibus. Idcirco si amodo aliquis de cognatione mea, eis vel eorum propaginum jugum servitutis imponere presumpserit, nisi cito ad emendationem venerit, et dignam Deo et sancto Petro satisfactionem fecerit, perpetua servitute cum Juda traditore dampnetur. Actum est hoc fideliter apud Galenniacum [1] in horto juxta ecclesiam, in presentia quorum Cluniacensium monachorum, videlicet Willelmi decani de Cluniaco, Artaldi decani de Lorduno, Stephani de Galenniaco, Wigone et Leotaldo de Masiliis, tempore domni Hugonis, Cluniacensis abbatis. Testes et auditores sunt isti : Wichardus de Marze et Milo, filius ejus, Hugo Burdinus, Hugo de Miolan, Pontius de Salone, Otto de Marze, Durannus de Sancto Nicetio, Bernardus, presbiter de Sancto Nicetio, et Petrus, frater ejus, Seguinus de Galenniaco.

3028.

CHARTA QUA DALMATIUS, FILIUS ARLUINI DE MARCILIACO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN VILLIS MUSION ET VARENNAS.

(Bibl. nat. cop. 36-124.)

1049-1109. Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam fu-

[1] Lisez *Galoniacum*. Charte intéressante pour l'histoire des doyennés de l'abbaye.

turis, quod ego Dalmatius, filius Arluini de Marciliaco, veniens ad habitum monachicum, donavi Domino Deo et sancto Petro et beato Paulo et ad locum Cluniacum, ubi preesse videtur domnus Hugo abba, aliquid de hereditate mea, videlicet omnem illam hereditatem quam habeo de ista parte Sagunne que evenit mihi ex parte Arluini, patris mei, et Achardi, avunculi mei, totum quod ipsi duo fratres habebant in villa de Musion : hoc est unum clausum quod in ipsa villa habebant. In alia villa que dicitur Varennas, totum quod habebant jam dicti duo fratres, videlicet campos, prata, silvas, omnem terram cultam et incultam, quam ego ibi habebam. Hoc autem notum fiat omnibus, quod Achardus jam dictus in jam dicta hereditate habebat omnem medietatem. Accidit autem ut, pergens Romam, judicio Dei preventus, mortuus est; et remanserunt quinque filii ejus et uxor ejus. Ut autem suprascripta hereditas libera remaneret sancto Petro et loco Cluniaco, donavi ego Dalmacius congruens excambium, sicut ipsi voluerunt et gratanter receperunt, jam dictis quinque fratribus et matri eorum, in villa que dicitur Condesiacus. S. Raingarde [1], qui hoc donum fecit. S. Guiardi. S. Stephani. S. Rotboldi. S. Gausmari. S. Hugonis clerici. Mater Dalmacii suprascripti, nomine Agia, et filius ejus Achardus, donaverunt suprascriptum excambium Raingarde et suprascriptis filiis ejus, in villa Condesiaco. Hoc autem factum est per manum Manasse militis, vocabulo de Chavinaco. Arbertus cognatus Dalmatii hoc donum laudavit et cartam firmavit. S. filiorum Manasse, Hugonis et Stephani. S. Desiderii. Stephanus monachus hoc fecit, et Lanbertus prepositus testis est. Si quis hoc donum calumniare voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat et omnium sanctorum ejus, nisi digne penituerit.

[1] [Au lieu de la souscription du donateur que l'on s'attend à trouver ici, ce sont celles de sa tante Raingarde et de ses cinq fils. Raingarde témoigne par là qu'elle accepte l'échange offert pour abandonner à Cluny la terre qui avait appartenu à son mari Achard, oncle du donateur. La mère de Dalmas approuve aussi cet échange, ainsi que son autre fils Achard et son parent Arbert.]

3029.

CHARTA QUA PETRUS ALMERADUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM PARTES DECIMI DE MONT, DE VERNEI, ETC.

(Bibl. nat. cop. 36-132.)

1049-1109. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod domnus Petrus, cognomento Almeradus, frater domni Arnaldi, Cluniasensis monachi, rogatu et consilio ejusdem fratris, emit quamdam terram ad opus Cluniaci, pro redemptione anime sue et conjugis necnon et genitorum suorum, duas videlicet partes decimi de Mont, et quinque de Vernei et del Bruschet et de Lausedat, de Petro Racatin, et Bertrando fratre ejus, ubi dedit trecentos solidos. De qua etiam sunt testes : Iterius *de Vertamisi*[1], Jarento et Wigo, fratres ejus; Avitus *Rinco*, et Wido frater ejus, Avitus *de Celsac*, Renco *Arnaldus*, Petrus *presbiter de Vertamisi*, Arbertus presbiter; et in ecclesia de Roculas, de censu Betsoni presbiteri, quindecim solidos et quinque sextarios annone, ubi dedit centum solidos, et mater Willelmi de Chatzac centum solidos. Hæc omnia dedit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo; voluitque et a domno abbate constitutum est et in capitulo Cluniensi recitatum atque laudatum, ut prior de Grazac, sub cujus custodia hæc terra est et cui respondet, omni anno, pro salute anime sue et conjugis sue Poncie, patris etiam sui ac matris sue, feria III post diem Ramis Palmarum, unum generale Cluniaco fratribus in refectorio preparet. Placuitque domno abbati et ceteris fratribus et eidem Petro Almerado, ut quando obierit, hec refectio ad diem anniversarii ejus transferretur, ut et fratres pro eo memoriam agerent, et Deus omnipotens anime ipsius fieret propicius. Hec conventio facta apud Sanctum Ypolitum ante domnum et venerabilem Hugonem abbatem.

(*Au dos :*) Carte Petri, cognomento Almeradi, de anniversario suo.

[1] Les mots soulignés étaient écrits en interligne dans l'original.

3030.

CHARTA QUA STEPHANUS DE SALEG, MILES, NOTUM FACIT SE ACCEPISSE HABITUM SANCTI BENEDICTI IN MONASTERIO CLUNIACENSI ET EIDEM MONASTERIO ALODIUM DE SALEG MOLENDINUMQUE, ETC. DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 36-134; B. h. 237, CCXXXIX.)

Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, agendum est 1049-1109 ut unusquisque homo ex rebus a Deo sibi conlatis peccata sua helemosinis redimere festinet, ut Christum omnium conditorem in die ultimo valeat reperire misericordissimum. Ut autem emamus regnum sempiternum, properemus agere bonum, etenim scriptum est : « Regnum « Dei tantum valet quantum habes. Valet enim regnum Dei his « qui sua pauperibus et egenis larga manu distribuunt. » Quapropter notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Stephanus, miles de Saleg, decidens in infirmitate, et video me inde non convalescere, timore mortis perterritus, atque cognoscens me in Deum et in sanctos ejus peccasse me multum, ideo derelinquo hujus seculi vanitates, et accipio habitum Sancti Benedicti; et dono Domino Deo et sanctis ejus Petro et Paulo et loco Cluniaco, ubi domnus Ugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, videlicet dono ego Stephanus supradictus, pro remedio anime mee et omnium parentum meorum [1], unum molendinum qui est justa ipsum pratum in villa Saleg, et medietatem de la Forest del Mas, et unum mansum ad Vilarem Mainulfum, cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent, et censum et quicquid mihi reddebat ille qui ipsum mansum tenebat, totum ex integro dono loco supradicto. Item ego jam supradictus Stephanus facio aliam donationem loco prenominato de omni alodio meo quem habebam in seculo, et tenebam sine ullo calumniatore, ut si duo filii mei quos in seculo dimisi, mortui fuerint sine heredibus, nullus de parentibus meis omnino nihil in ipso alodio ibi aliquid

[1] [B ajoute : *unum pratum et.*]

requirant, sed totum ex integro dono, laudo et confirmo loco Cluniaco et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, sine ullo calumniatore. Si quis autem hanc nostram donationem (quod absit!) infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha. S. Stephani, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. tribus filiis suis, Bernardi, Gausfredi et Rodberti monachi. S. uxoris sue Pontie. S. Johannes de Chrax[1]. S. Ansedei de Oblat.

(*Au dos :*) Karta Stephani militis de Saleg.

3031.

CHARTA QUA ARTALDUS DE CALAMONT, MILES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN MILGIACO ET IN MULTIS ALIIS LOCIS.

(Bibl. nat. cop. 39-260; B. h. 388, CCCLXXXIX.)

1049-1109. Notum sit cunctis filiis sancte ecclesie Dei christianis, tam presentibus quam et futuris, quod ego Artaldus miles de Calamont, filius Alatrudis, relinquens hujus seculi vanitatem propter amorem regni celestis adipiscendi, accipio habitum Sancti Benedicti in loco Cluniacensi, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse. Igitur ego jam dictus Artaldus dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et loco supradicto, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, pro remedio anime mee et omnium parentum meorum, nullo contradicente, set magis laudantibus omnibus et firmantibus, dono ego videlicet jam predictus Artaldus, de hereditate mea quod evenit mihi ex parte matris mee. In primis dono mansum de Milgiaco cum villano et quicquid ad ipsum mansum pertinet; item dono alium mansum de Liriaco et omnia que ad ipsum mansum pertinent; mansum videlicet alium de Colongis, cum omnibus ad ipsum mansum pertinentibus, item franchisiam quam Constantinus et Aimo frater ejus de Senoenes[2] reddebant mihi; item dono in bosco de Alines totum usum quem accipiebant ipsi qui tenebant mansum de

[1] B. *Hilionis de Crax.* — [2] B. *Sonoenes?*

Milgiaco et mansum de Liriaco; item dono quicquid mihi evenit ex parte patris mei, videlicet mansum quem tenet Wigardus[1], et omnia que ad ipsum mansum pertinent, item duos mansos in villa Fiscals, qui fuit[2] Stephani de Calamunt, cum omnibus que ad ipsos mansos pertinent; [item[3] unam cabaneriam quam tenet Sigibertus et Achardus, et quicquid habet Artaldus de Lisca, cultum et incultum, boscum et homines, totum ab integro dono supradicto loco; item quicquid habeo in Satanea, totum ab integro dono eidem loco, et mansum Johannis Blanci, et omnia que ad ipsum mansum pertinent] et mansum de Lavilers, et quicquid ad ipsum mansum pertinet; et quicquid habeo in villa que dicitur Capella, totum ad integrum dono supradicto loco, item medium mansum de Salas; item unum mansum in Corcellas, quem tenet Johannes, et Abundus, dono supradicto loco post mortem matris mee[4]; item alium mansum dono eidem loco post mortem patris mei, quem tenet Durandus de Roanon; alium mansum dono quem tenet Durandus de Montozol[5], post mortem patris mei; alium mansum de Curon dono eidem loco; item dono una vertgeria al Perer ad Perroias; item dono duas vertgerias ante castrum de Calamonte; unum mansum etiam dono ad Romanesca, qui fuit Sigeberti et quicquid ad ipsum mansum pertinet; dono etiam in villa ad Rispas quicquid ibi habeo vel abere debeo; dono etiam in eadem villa ad presens duas partes de decimis de villa Rispas, et terciam partem post mortem Pontii; item dono in villa Capella mansum quem tenet Adalardus post mortem patris mei, tali tenore ut pater meus alicui persone, neque filiis neque filiabus, possit dare neque vendere, propter hoc quia mihi fecit primitus donum de omni honore suo post mortem suam. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit (quod absit!), veniant super eum omnes maledictiones veteris et novi Testamenti, nisi ad satisfactionem venerit.

[1] [B. *Wichardus.*]

[2] [B. *fuerunt.*]

[3] Tout ce que nous plaçons ici entre crochets manque dans la copie de Lambert de Barive, par inadvertance sans doute.

[4] B. *patris mei.*

[5] B. *Montbozol.*

IMPRIMERIE NATIONALE

Amen, amen. Signum Artaldi de Calamont, qui hanc donationem fecit. S. Stephani Catene, testis. S. Duranni de Sandrens, testis.

(*Au dos :*) Carta Artaldi de Calamont.

3032.

CHARTA QUA ELGODUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM UNUM IN VILLA PERUSIA ET ALTERUM QUI VOCATUR AD ALTAM CURTEM.

(Bibl. nat. cop. 40-7; B. h. 469, CCCCLXXII.)

1049-1109. Omnis homo quamdiu in salo presentis vite agonizat, summa vi summoque ingenio studere debet ut ex rebus perituris æterna premia mercetur, juxta Precursoris eterni[1] vocem : « Jam securis ad radi« cem arboris posita est. » Unde noverint tam presentes quam etiam futuri Christi tyrones, quod ego Elgodus, cum consilio parentorum et amicorum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, in quo preest venerabilis et domnus Hugo abbas, duos mansos, pro anima et sepultura fratris mei Hugonis, et pro anima mea, et pro animabus omnium parentorum meorum vivorum hac defunctorum : totam videlicet terram quam tenebat Durannus et Litbrannus [in villa que vocatur Perusia[2]] cum pratis [et cum omnibus], sicut vivente fratre meo domno Hugone tenebant de eo; ita, absque aliqua diminutione, dono Domino Deo pro anima fratris mei Hugonis, excepto medietatem unius condemine que dividitur cum domno Stephano de Salliaco. Alium vero mansum qui vocatur ad Altam Curtem, cum omnibus vineis que ad mansum ipsum pertinent, ex integro cum omni integritate, sicut Girbaldus Faber tenebat vivente fratre meo [Hugone], ita similiter dono pro anima ejusdem fratris mei, excepto illam terram que vocatur ad Iharavatam, et cursum quem solebat habere in Cragi, habeat in Gondors[3]. Si quis autem, quod futurum minime credo, extiterit, ego aut aliqua intromissa persona, qui contra donationem istam aliquam calumpniam in-

[1] B. *etenim.* — [2] Les mots entre crochets sont tirés de B. — [3] B. *Gondois.*

ferre conaverit, non valeat vindicare quod repetit, sed primitus iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum ejus incurrat; sitque pars ejus cum Juda traditore Domini et cum Datan et Abiron, omnibusque maledictionibus que continentur in veteri [et in novo] Testamento subjaceat; et postea donatio ista firma et stabilis permaneat. Laudatores autem et firmatores fuerunt hii : S. Elgodi; Letaldus qui vocatur Caprea firmavit; Walterius de Biciaco firmavit; Stephanus de Salliaco firmavit; Boso[1] de la Verreri firmavit; Ansedeus de Oula firmavit; Robertus de Vitriaco firmavit; Drogo, filius ejus, firmavit; Bernardus de Oula firmavit.

(*Au dos :*) Carta de duobus mansibus qui fuerunt sanctis apostolis ejus Petro et Paulo dati pro anima domni Hugonis de Salliaco.

3033.

CHARTA QUA HUMBERTUS DE MUSIO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ANCILLAM NOMINE SIBERTAM.

(Bibl. nat. cop. 40-22; B. h. 434, CCCCXXXVII.)

Ego Humbertus de Musio facio donum et werpitionem Domino Deo et sancto Petro et ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, de una ancilla, nomine Siberta; omne rectum et querelam quam in ea habebam, omnia dono Deo, accipiens ab eis x solidos. Facio autem hoc pro remedio anime mee et omnium parentum meorum, ut Deus omnipotens det nobis vitam eternam cum sanctis suis. Amen. 1049-1109.

3034.

CHARTA QUA HUGO, CELLERARIUS CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT SE, EX PRÆCEPTO DOMNI HUGONIS ABBATIS ET FRATRUM, CONVENTIONEM FECISSE CUM PROPINQUIS SUIS DE QUIBUSDAM REBUS IN VILLA SARCEG, QUAS DEO DIMITTUNT.

(Bibl. nat. cop. 40-35; B. h. 180, CLXXXII.)

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod 1049-1109

[1] B. *Bos.*

ego Hugo, indignus monachus et peccator atque cellararius Cluniacensis, ex precepto domni Hugonis abbatis et aliorum fratrum Cluniacensium, facio conventionem seu comparationem cum avunculis meis et aliis parentibus seu cum aliis hominibus, de omne alodum quod habent vel habere debent in villa Sarceg, et quod eis evenit ex parte parentum suorum, vivorum et defunctorum, quem donant et dimittunt Domino Deo et beatis apostolis Petro et Paulo, et loco supradicto atque pro peccatis suis et pro animabus parentum suorum vivorum et mortuorum, et maxime ut habeant partem et societatem [horum [1]] que fiunt in loco supradicto, in vita et in morte; et precipuę quia receperunt a nobis de pecunia Sancti Petri pro eo quod laudaverunt et firmaverunt omnia que in villa Sarciaco juste vel injuste tenere videbantur. In primis vendidit nobis Landricus, cognomento Grossus, unum mansum in eadem villa quam tenebat Gandalgarius [et accepit] unam loricam valentem c solidos. Item in eadem villa Wichardus avunculus meus totum quod abebat dedit beatis apostolis Petro et Paulo et loco supradicto, pro anima filii sui Hugonis; et frater suus Bernardus laudavit, et pro eo quod firmavit accepit a nobis vi solidos. Walterius vero, avunculus meus, dedit nobis omnem alodum quem habebat in supradicta villa, et accepit a nobis xv solidos. Item Letaldus avunculus meus, accipiens habitum beati Benedicti in loco supradicto, omne quod habebat in eadem villa dedit nobis, [id est] in servis et ancillis, in campis, et in vineis, in pratis, in silvis, in arboribus, totum quod ibi habebat. Hugo de Vallis dedit similiter omne alodum nobis quod habebat in supradicta villa que evenit ei de uxore sua, et accepit a nobis xxxv [2] solidos et unum porcum. Hugo de Sisillas totum alodum similiter quod habebat ibi propter uxorem suam dedit nobis, et accepit a nobis xl solidos, et dedit fideijussorem Hugonem de Vallis, ut ejus uxor laudaret. Similiter uxor Hugonis de Curtils dedit nobis totum alodum quod habebat in supradicta villa, et accepit a nobis xl solidos, et dedit fidejussorem Letaldum de Civignone, ut omnes filii

[1] Les mots entre crochets sont empruntés à B. — [2] B. porte xxx.

sui laudarent, et accepit a nobis Letaldus qui eis fecit facere[1] x solidos, et servi ejusdem femine solidos II. Ansedeus de Borbon, pro eo quod laudavit et donavit nobis libertatem Johannis et Verrannis quem [ipse] tenebat, accepit a nobis solidos XV; filii [quoque] Soffredi[2] de Tazech, [pro] eo quod laudaverunt omnia suprascripta, acceperunt XV solidos. Item Engelelmus et Gontardus, qui hoc laudaverunt, acceperunt similiter XV solidos. Humbertus Ungles et Humbertus de Cortavex, et Deodatus de Sancto Yppolito, et Azo de Moniacho sunt fideijussores de Bernard de Sarcech de omne alodum quem habebat in supradicta villa, et dederunt Sancto Petro, et ne amblius ibi [quicquam] requirant, acceperunt[3] a domno Hugone unum equum, et est ille ipse Bernardus de se ipso fidejussor. Mulier Josceranni Tanihel[4] similiter donavit et laudavit Sancto Petro omne quod habebat in eadem villa, accepit a nobis C solidos. Gaucerus[5] de Sancto Licerio, qui justum[6] placitum fecit ei facere, accepit a nobis unas pelles[7] qui valebant VI solidos. [Item] Arbertus de Cortambleis dedit nobis unam vineam, et ego frater Hugo aut ipse qui obedientiam de Sancto Yppolito tenuerit, debemus ei dare unam pelliceam veterem per unumquemque annum interdum ipse vixerit. Si quis autem hanc donationem vel comparationem ex supradictis parentibus aut ex heredibus eorum, vel alius qualiscumque homo, infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, sit anatema maranata.

(*Au dos:*) Karta Hugonis monachi et Cluniacensis cellerarii de comparatione quam fecit in villa Sarzeg cum avunculis suis et aliis hominibus de omne allodium quod ibi abebant.

[1] [B. *Ecce Letaldus, qui hoc placitavit, et eis suggessit ad faciendum.*]

[2] B. *Solfredi.*

[3] B. *requirat, accepit.*

[4] B. *Joceran Tanihel.*

[5] B. *Gaufredus.*

[6] B. *istum.*

[7] [Le mot *pelles* semble désigner des fourrures, tandis que *pellicea* signifie une pelisse confectionnée avec des fourrures.]

3035.

CHARTA QUA WIDO DE SOLONGIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI IN VILLA SOLONGIACO MANSUM QUI VOCATUR OROUR, CUM SERVO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 40-60; B. h. 279, CCLXXX[1], et 539, DXLII.)

1049-1109. Ego, in Dei nomine, Wido de Solomgiaco dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abba preesse videtur, aliquid de res meas que sunt site in pago Matisconensi, in villa Solomgiaco; pro anima mea et sepultura dono unum mansum quod vocatur Orour[2] et quicquid ad ipsum pertinet, et in ipsa villa unum servum, nomine Ulduerium[3], et unam plantam que vocatur de Perrun, et omnem meam partem in bosco quod dicitur Exart Ritbert[4]; ut ab isto die monachi ejusdem loci hæc omnia teneant et possideant sine ulla calumpnia in sempiternum. Quod si quis contra hanc donationem contradicere voluerit, sive clericus, sive laicus, sit anathema maranatha. Amen. S. Widonis, qui hanc donationem fecit, et firmare rogavit. S. Lecelini et Petri, filii ejus.

(*Au dos :*) Carta Widonis de Solomgiaco.

3036.

CHARTA QUA PETRUS, BERTRAUS ET ALTER PETRUS, FRATRES, ETC. DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM CALCEDONENSEM CUM ECCLESIA SANCTI JOHANNIS.

(A. a. 37.)

1049-1109. Clemens et largiflua misericordia Dei multis modis compatitur fra-

[1] La copie du cartulaire, cotée 539, n'est que la transcription de l'original cop. 40-60; mais celle cotée 279 commence par des formules solennelles que nous croyons devoir reproduire ici en note. « Testante sacro eloquio, didicimus quod ex temporalibus bonis regnum Dei mercetur, dicente Johanne Baptista : « Regnum Dei tantum « valet quantum habes. » Ideo ego Wido, in Dei nomine, de Sologiaco, non inmemor Dominici verbi quo ait : « Date helemosi« nam, dono Deo, etc. » Toutefois cette copie ne renferme pas les signatures que portent les deux autres.

[2] [B. h. 279, *Orouir.*]

[3] Les deux autres copies portent *Uldierium.*

[4] B. h. 279 ajoute ici : « Illud etiam pla« cuit huic loco inserere, quod Berardus « presbiter dedit Deo et predicto loco par« tem quam habebat in supradicto bosco, « videlicet sextam ».

gilitati humane, ut quia vix sine peccati contagio vivere nequid, in promptu habeat medicinalem occursum, videlicet ex propriis rebus helemosine subsidium. Qua de causa nos consanguinei fratres, id est ego Petrus et uxor mea Helison, cum universis filiis nostris, ego quoque Bertraus et conjux mea Rainuis, et frater noster Petrus, et nepos noster alter Petrus, Humbertus quoque qui habet neptam nostram, considerantes nos per fragilitatem humane conditionis multis modis delinquere, donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, cui preest domnus Hugo abba, aliquid de hereditate nostra que sita est in episcopatu Diensi, videlicet villam vocabulo Calcedonensem, cum æcclesia que in ipsa villa habetur, que dicata est in honore sancti Johannis. Quicquid igitur in ipsa villa per hereditatem habemus, cum manso indominicato et omnibus appendiciis suis, totum ad integrum jam dicto loco et monachis ibi habitantibus ad hodierno die et deinceps concedimus et donamus, ut habeant, teneant et possideant jure hereditario, sicut ipsa villa determinata est, per vineas et campos, et terra culta et inculta, per reditus et introitus, ingressus et regressus, et per omnia confinia ipsius ville, sicut ab antiquo premonstratur per testimonium veratium testium.

3037.

NOTITIA WERPITIONIS TERRÆ IN VILLA MARCHEUSOT A WALTERIO MONASTERIO CLUNIACENSI FACTÆ.

(B. h. 14.)

Notitia vuerpitionis quam Vualterius fecit de terra quę est in villa Marcheusot[1]. Seniores enim Cluniacenses dederant ei eam tali conventione, ut se vivente teneret; defuncto autem, terra senioribus remaneret. Ipse autem vivens et sanus hanc vuerpitionem fecit. 1049-1109 (?).

[1] [La rubrique du cartulaire porte : *Marchesoth.*]

3038.

CHARTA QUA CONSTANTIUS VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA GALINIACO.

(B. h. 16.)

1049-1109 (?). Ego Constantius vendo monachis vineam in Galiniaco pro tribus solidis et VI denariis; et faciant quicquid voluerint. Habet XXVIII perticas. S. Constantii. S. Aalgodi. S. Constantini. S. Ildini.

3039.

CHARTA QUA MAINGAUDUS NOTUM FACIT SE SERVUM, NOMINE BERNARDUM, MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE.

(B. h. 20.)

1049-1109 (?). Notum esse volo ego Maingaudus omnibus hominibus, quod vuerpitionem facio Deo et sancto Petro de querela quam habebam de quodam servo, nomine Bernardo et de infantibus ejus; et donationem ad locum Cluniacum, si aliquam drecturam in eis habeo, ut ab hodierna die et deinceps habeant illos monachi sine ulla contradictione et calumpnia. S. Maingaudi, qui hanc vuerpitionem et donationem fecit. S. Artaldi. S. Adalardi. S. Evę. Accipio autem a monachis XV solidos.

3040.

CHARTA QUA BERNARDUS, FILIUS DANIHELIS, VINEAM IN VETUS CANAVAS MONASTERIO CLUNIACENSI DAT.

(B. h. 22.)

1049-1109 (?). In Dei nomine, ego Bernardus, filius Danihelis, dono ad locum Cluniacum aliquid de rebus ipsius in agro Rufiacense, in Vetus Canavas, hoc est vineam I^{nam}; terminat in tres partes terra Sancti Petri, a sero Pedrono. Infra istas terminationes, totum ad integrum; faciant quod voluerint. S. Bernardi. S. Martini. S. Bernardi.

3041.

CHARTA QUA HUBERTUS, PAPIENSIS, DAT ECCLESIÆ SANCTI MAIOLI, CELLÆ CLUNIACENSI, HEREDITATEM SUAM APUD CASULATUM.

(B. h. 25.)

Ego Hubertus, Papiensis, sanctę Romanę ęcclesię subdiaconus, hereditatem quam pater meus dimisit michi, quę est apud Casulatum, quam Paganus, consanguineus meus, tenet, dono ęcclesię Sancti Maioli cellę Cluniacensis quę est Papię, pro redemptione peccatorum patris mei et meorum. 1049-1109 (?).

3042.

CHARTA QUA STEPHANUS ET UXOR EJUS ADELEIDIS, ETC. DANT SIVE VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI MARTINI IN VILLA VALS.

(B. h. 35.)

Consuetudo est pagi istius, ut qui venditionem et comparationem facere volunt, simul et cartulam scribere faciant, ut nullus calumniator atque inquietator calumniare possit quod manibus hominum affirmatum fuerit. Et ideo ego Stephanus et conjux mea Adeleidis, filius quoque noster Milo et conjux ejus Ingeltrudis, nepotes et nostri Stephanus, Berardus, filii Milonis, considerantes nos per fragilitatem humanę conditionis multis modis delinquere, ideo donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Hugo abbas, aliquid de hereditate nostra quę sita est in episcopatu Lugdunensi, in villa quę dicitur Vals, hoc est ęcclesiam Sancti Martini, pro redemptione animarum nostrarum : ea convenientia, ut partem et societatem haberemus in omnibus beneficiis eorum. Insuper placuit nobis ut acciperemus aliquantulum precii, quod et fecimus. Dedit nobis domnus Durannus, Cluniensis secretarius, quatuor untias auri et decem solidos. Terminum hujus donationis ita est a termino crucis, quicquid inter duas vias habemus. Si autem quis extiterit aut undecumque venerit, qui hanc donationem 1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

frangere voluerit, non possit quod quęsierit efficere, sed componat auri libras VII. S. Duranni, Berardi, Willelmi, Adalberti, Molonis.

3043.

CHARTA QUA STEPHANUS DAT VINEAM ET CONDAMINAM MONASTERIO CLUNIACENSI.

(B. h. 36.)

1049-1109 (?). Dignum est ut omnis homo misereatur proximo, quia hęc est magna dilectio et maxima karitas, quoniam caritas operit multitudinem peccatorum, apostolo dicente : « Qui non diligit proximum quem videt, « Deum, quem non videt, quomodo potest diligere ?[1] » Hoc reminiscens ego Stephanus, dedi pro Wilenco milite, qui subitanea morte occubuit, unam vineam ita terminatam : duabus arboribus des le pomer jusc al perer; ita ut ipsi habeant fruges arborum et unam condiminam, ea conv[eni]entia ut ipse miles Wilencus particeps sit in omnibus beneficiis eorum, et ipsi Domini clementiam deprecentur pro ejus anima, ut Dominus eam in sinu Abrahe collocare dignetur. Amen, fiat.

3044.

CHARTA QUA HELMERUS ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI STEPHANI DE MONTE RECULATO.

(B. h. 41.)

1049-1109. Helmeruz et filii sui, videlicet Petrus et Boso et Remestagnus et Girbertus, dederunt ęcclesiam beati martyris Stephani quę est sita in loco qui vocatur Mons Reculatus, pro salute animarum suarum vel propinquorum suorum, omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo videtur regere dominatum, cum primiciis et oblationibus et helemosinis[2].

[1] [*Epist.* I *Joan.* 4-20. *Qui enim non diligit fratrem suum*, etc.] — [2] [La lettre *h* est représentée par le signe ⱶ.]

3045.

CHARTA QUA AIMO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI POTESTATEM QUÆ VOCATUR TROALLIS, IN EPISCOPATU LINGONENSI.

(B. h. 43.)

Precedentium patrum congrua et saluberrima auctoritate informatus, necnon divina et autentica voce commonitus, quę nos amicos de Mammona iniquitatis in ęterna tabernacula postmodum nos recepturos debere facere instruit et hortatur; et alibi : « Date helemosinam « et ecce omnia munda sunt vobis »; illud quoque sollicite perpendens quod per Salomonem dicitur : « Quodcumque potest manus tua in« stanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec consilium valebunt apud « inferos[1]. » Ego Aimo miles, tam preteritorum malorum meorum enormitate perterritus, quam desiderio et amore cęlestis patrię succensus, tamque mihi in posterum providendi quam parentibus et predecessoribus meis veniam et salutare remedium cupidus impetrandi, de facultatibus et alodio meo quę mihi ex propinquorum jure hereditaria successione proveniunt, cum laude et assensu matris meę et aliorum amicorum meorum, Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacensem, cui domnus et venerabilis Hugo abbas non preesse tantum quam prodesse dinoscitur, trado, dono et ex integro transfundo potestatem quandam quę vocatur Troallis in territorio Lingonensis episcopii sitam, cum ęcclesia et cimiterio, campis, silvis, vineis, pratis, fontibus, aquis aquarumque decursibus, servis et ancillis, posttremo cum omnibus appendiciis suis, ubicumque sint, maneant vel jaceant; tali tenore talique conditione ut prefati loci fratres, absque cujuslibet personę calumpnia seu inquietudine vel exactione, per succendentia tempora habeant et possideant. S. Girardi militis de Duisma, qui donationi huic interfuit illamque laudavit, atque nostrę donationis instinctu et Sancti Spiritus ammonitione pro-

1049-1109.

[1] *Eccl.*, IX, 10, le texte n'est ni exact ni complet.

vocatus, alodium quod in villa Masscilico hereditario jure sibi contingebat, cum laude fratrum et amicorum suorum, cum omnibus appendiciis suis supradicto loco Cluniacensi pro remedio animę suę et parentum suorum contulit. S. Walterii militis[1]. Quisquis autem huic donationi nostrę benignus fautor et devotus corroborator, necnon de possessiunculis suis vel rebus pius cooperator extiterit, pro suę devocionis merito in presenti beatorum apostolorum gratiam, et in futuro ab omnipotente Deo vitam æternam optinebit. Qui vero, quod non optamus, Zabuli instinctu vel proprię malignitatis astu, inquietare vel calumpniare seu inde aliquid defraudare vel modicum subripere impia temeritate presumpserit, divino judicio percussus, et sanctorum apostolorum et apostolicorum virorum anathemate perforatus, cum Anania et Saphira et cum Juda, traditore Domini, dampnatus, suppliciis eternis et inextinguibilibus flammis, vermibusque qui non moriuntur pro suo contemptu deputabitur. Fautoribus, gratia Dei et vita æterna; presu[m]ptuosis contradictoribus, ruina et dampnatio sempiterna.

3046.

CHARTA QUA WIGO ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM QUÆ APPELLATUR AD CUITH ET CAPELLAM CASTRI SAXOLE.

(B. h. 49.)

1049-1109. Quisquis cupit heres effici illius terræ de qua dicit Psalmista : « Credo videre bona Domini in terra viventium », istam terram quam pedibus calcamus et quam vermes hereditant pro illa dare non pigritetur, ut expiatus ab omni labe peccatorum, illam vocem Domini quam istis in die judicii dicturus est : « Venite benedicti Patris mei, possidete « preparatum vobis regnum ab inicio seculi. » Quapropter notum sit cunctis fidelibus, quod Wigo et fratres mei Dalmacius et Boso, et consobrinus noster Willelmus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro remissione peccatorum nostrorum, ad locum Clu-

[1] Il y a ici un tiers de ligne de blanc.

niensem, ubi domnus abbas Hugo magis prodesse quam presse videtur, æcclesiam quę appellatur ad Cuith, cum decimis, et capellam castri Saxole, et francigias[1] quas rustici pro salute animarum suarum dederint, et curtilum sacerdotale et unam contaminam, et ad xxx[ta] porcos pascua in bosco de Saxole. De quo etiam tribuit eis quantum voluerint ad omnia scilicet edificia et ad focum, necnun et eis qui in ipsa terra manserint per jussionem monachorum. Hanc autem cartam nobiscum firmaverunt Tedbertus sacerdos, Archimbaldus miles, Giraldus miles.

3047.

CHARTA QUA AZO NOTUM FACIT SE ECCLESIAM DE ALNAI ET ALIAS RES MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO SE ET PRO FRATRE SUO GALTERIO, DEDISSE.

(B. h. 52.)

Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Azo, veniens in capitulum Cluniense, in presentia domni Hugonis abbatis, dedi, pro me et pro fratre meo Galterio, sanctis apostolis Petro et Paulo ibidemque fratribus Deo servientibus, ecclesiam de Alnai cum molendino et terciam partem decimę de Bonceis, et villas Coldres et Corcellas, et in Masnil Blaun terciam partem, de molendino medietatem, et apud Noilei clausum de vinea. De quibus omnibus quisquis prefato Cluniensi loco ausus fuerit inferre calunniam, pro sua presumptione Dei incurrat vindictam. 1049-1109.

3048.

CHARTA QUA MONALDUS ET UXOR EJUS ATQUE FRATER DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI MAURICII IN CASTELLO ALESIO.

(B. h. 53.)

Noverint omnes Christi fideles, tam presentes quam posteri, quod ego Monaldus et uxor mea et frater meus Wigo, et ceteri qui per successionis posteritatem ex nobis nascituri sunt, donamus et auctori- 1049-1109.

[1] [Lisez *franchisias.*]

zamus Deo et beato Petro apostolorum principi, ad Cluniacense monasterium, cui preest domnus Hugo abbas, ad ęcclesiam beati Baudelii martyris, in castello Alesio, ęcclesiam parrochialem Sancti Mauricii, et omnia quę habebamus pro ipsa ęcclesia nos et alii pro nobis. Donamus quoque terciam partem decimę quam nos habebamus et alii pro nobis. Hęc omnia quę hic presenti scriptura continentur, confirmamus et transfundimus jure perpetuo retinenda in potestatem predicti monasterii Cluniacensis. Quod si quis hanc nostram donationem infringere aut violare aut calumniari presumpserit, quod temptaverit nunquam obtineat, et nisi resipuerit eternam maledictionem incurrat. Hujus firmationis testes sunt : in primis Berengerius presbiter, Leodegarius frater ejus, Godrannus, Pontius *Mainerii*[1], Eldenus, Pontius *Buxeria,* Arduinus, Lanbertus *Vicarius,* Umbertus de Sivono, et Abbo frater ejus, Rainerius *Isnardi,* Pontius *Lunains.*

3049.

CHARTA QUA RODULFUS, AVUNCULUS HUGONIS MONACHI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSOS IN CLAUSTRO SANCTÆ CRUCIS AURELIANENSIS.

(B. h. 60.)

1049-1109. Notum sit fidelibus sanctę ęcclesię, quod ego Rodulfus, domni Hugonis Cluniacensis monachi avunculus, memor salutis meę, non in quantum debeo, sed quantum humane inbecillitati extorquere valeo, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et domno Hugoni, abbati Cluniacensi, et omni gregi sibi commisso, mansiones meas quę sunt in claustro Sanctę Crucis, in civitate Aurelianensi, post mortem meam, hereditario jure sibi in perpetuum possidendas; simul etiam omnia utensilia quę hodie continentur in ipsa domo, sicut ego domno Hugoni demonstravi et ipse sua voluntate judicavit fieri, tali tenore ut misereamini animę meę, et dum vivo participem me faciatis in familiarium vestrorum oratione. Hanc autem donationem feci in pre-

[1] Tous les mots soulignés sont placés en interligne.

sentia ejusdem Hugonis, nepotis mei, presentibus etiam fratribus suis, Dalmatio, Mainardo, Lanberto, Tetbaldo, et avunculo eorum domno Gausfredo, Sancti Aniani preposito. S. Rodulfi. S. Gausfredi. S. Dalmacii. S. Mainardi. S. Lanberti. Hanc autem cartam volumus in armadio conservari cum hoc ligno, quousque quantum Deus dederit possit donum augeri.

3050.

CHARTA QUA RODULFUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE WASCICORTE DECIMAMQUE ANNONÆ ET TELONEI QUOD TENEBAT IN PORTU MEDANTÆ.

(B. h. 66.)

In nomine Domini. Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod Rodulfus, gratia Dei conpunctus, annuente uxore sua Eva et filiis suis Tetbaldo scilicet et Rotberto, Rodulfo, Widone, et Widrico, pro animę suę redemptione et animarum istorum et antecessorum eorum dedit Cluniacensi ęcclesię in honore beati Petri apostoli consecrate et domno Hugoni abbati ac Deo illic servientibus, ęcclesiam de Wascicorte, et decimam annonę videlicet et vini cęterarumque rerum illic pertinentium, et decimam telonii quod tenebat in portu Medantę. 1049-1109.

3051.

CHARTA QUA WILLELMUS SACERDOS DUOS GORDOS DAT ET ALTEROS DUOS IN VADIUM PONIT MONASTERIO CLUNIACENSI IN VILLA WASCICORTE.

(B. h. 67.)

Omnis noscat homo, quod Willelmus sacerdos supramemoratę ęcclesię[1] dedit duos gordos et duos[2] in vadimonio pro XIIII solidis nummorum in aqua quę fluit sub Rotonio, in presentia testium subterscriptorum. S. Rodulfi, qui fieri et firmare precepit. S. Ævę. S. Tetbaldi, Rotberti, Rodulfi, Widonis, Widrici. S. Goscoldi monachi. S. Willelmi sacerdotis. 1049-1109.

[1] *De Vuascicorte.* Voir la charte précédente, dont celle-ci n'est que la suite. — [2] Il faut sous-entendre ici *posuit.* Les signatures semblent se rapporter aux deux actes.

3052.

CHARTA QUA WILLELMUS ET UXOR EJUS ADELEIDA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM CAVEROSSAM IN PAGO LIMAGNIÆ [1].

(B. h. 76.)

1049-1109. Cum divinę nobis scripturę per Salomonem testetur auctoritas : « Divicię viri redemptio animę ejus », itemque idem ipse asserat : « Pro« tegit sapientia, protegit et pecunia »; denique per se Salvator noster saluberrima nos doctrina instituat : « Facite vobis amicos de Mamona « iniquitatis »; omnibus quos aut divicię amplificant aut pecunię locupletant, sollerti diligentia providendum est, quatinus ita distribuantur ut in salutem animę proficiant, et quę possessores suos sęqui morientes non possunt, in actoris obsequium expensa pręmittantur. Magna siquidem est hęc conditoris clementiam, cum se pro nobis ipse tradiderit ut redimeremur, nostra non dedignantis suscipere, ut peccatorum veniam consequamur. Has divinę admonitionis sententias considerantes, ego Wilelmus et uxor mea Adeleida, ob remedium animarum nostrarum et antecessorum nostrorum, de amplitudine preditorum quę dedit nobis Deus, beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ad monasterium Cluniacense, cui venerabilis abba Hugo preesse videtur, donare aliquid statuimus in pago Limagnię, terram scilicet nomine Caverossum cum continentia sua et finibus suis; ea ratione, ut jus alodiare et quicquid proprietatis aut dominicaturę in ea possideo, predicto loco et monachis inibi Deo famulantibus, delegem et transfundam perpetualiter obtinendum. Et ut hęc traditionis carta firma et inviolabilis permaneat, nostra auctoritate roboravimus, fidelium nostrorum assensu laudari et astipulari fecimus. S. Wilelmi filii ejus. S. Stephani, fratris ejus.

[1] [Imprimé par extrait dans Baluze, *Maison d'Auv.*, II, 30. D'après la place qu'il a donnée à cette charte dans ses preuves, on a attribué, sans fondement, cette donation à Guillaume IV, comte d'Auvergne, qui mourut, au plus tard, en 1016. D'ailleurs la femme de ce comte s'appelait Humberge et non pas Adélaïde.]

3053.

CHARTA QUA STEPHANUS MILES, SUSCIPIENS HABITUM MONACHICUM IN MONASTERIO CLUNIACENSI, DAT EIDEM MONASTERIO ECCLESIAM ET CIMITERIUM IN VILLA FRONTENAI.

(B. h. 79.)

Notum sit omnibus fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Stephanus, secularis hactenus miles, ab hac die inantea soli Deo militare desiderans, in Cluniacensi cenobio sanctę religionis habitum suscipio, et ut a Domino veniam de preteritis peccatis consequi merear, dono sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et senioribus ejusdem congregationis de hereditario alodo meo, loco elemosinę, aliquam porcionem perpetuo possidendam : hoc ęst dimidia ęcclesia et dimidium cimiterium in villa quę dicitur Frontenai, et quicquid in eadem villa habere videbamur ego et fratres mei, totum ex integro, sicut pater meus tenuerat, planum, boscum, pratum. Et ut hęc donatio semper firma et stabilis, a nullo penitus vel me vel alio quolibet contradici vel calumpniari possit, fratres meos Berardum et Robaldum ad laudandum et confirmandum adhibeo, qui et propria manu confirmaverunt et dederunt, et in presenti cartula mecum notari et scribi pecierunt. Actum est in capitulo Cluniacensi, tempore domni Hugonis religiosissimi abbatis. S. Stephani, qui hoc donum fecit. S. fratrum ejus Berardi et Robaldi. 1049-1109.

3054.

CHARTA QUA FALCO ET UXOR ATQUE INFANTES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ET ECCLESIÆ DE FRONTENAI ECCLESIAM DE BANOLS.

(B. h. 80.)

Ego, in Dei nomine, Falco et uxor mea Adalaidis et filii mei Rotbertus et Aimo, donamus Domino Deo et Cluniacensi monasterio, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli consecrato, cui venerabilis Hugo abbas preesse videtur, et ęcclesię Sanctę Marię in Fron- 1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tenai constructę ęcclesiam de Banols cum cimiterio, et burgo, et presbiteratu, et decimis, et oblationibus et omni terra quocunque locorum sit sita. Donamus etiam prefato loco terram Gonvens quam pretio comparavimus. Sed prefatus abbas, cavens aliis facere quod eum constat sibi fieri nolle, fideijussores a nobis exegit quod de hac ecclesia et de hac terra nulli monasterio vel homini donationem vel convenientiam fecerimus; quod nos libenter amplectentes, fidejussores Agnum, cognomento Catullam, Emblardum et Wilelmum venerando abbati dedimus. Hujus donationis testes, laudatores et firmatores sunt Berardus, Agno, Wilelmus, Amblardus, Wichardus, Durandus, Poncius et Gerardus. Si quis homo vel femina hanc cartam calumpniare voluerit, maledictus et escommunicatus a choro sanctorum separetur, et in perpetuum infidelitatis suę luens cum infidelibus dampnetur.

3055.

CHARTA QUA ADO ET UXOR EJUS ANNA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI SEPTEM ECCLESIAS ET ALIAS RES IN TERRA CAMPI SAUREI, IN EPISCOPATU WAPICENSI.

(B. h. 128, cxxx.)

1049-1109. Dum in hujus vitę laboriosa vivitur peregrinatione, interim cum licet dumque tempus acceptabile atque dies salutis instare videtur, summopere providendum est, ut si qua agere bona valemus, omni dilatione postposita, operari non pigritemus. Quia enim post mortem nil boni facere homo potest, opere precium credidi, antequam ad illius subtile et inevitabile ducar examen, oculto judici satisfaciens manu penitentię in istius evi brevitate qualitercunque potero maculas peccatorum meorum, Deo auxiliante, tergere non desistam. Igitur ego Ado et uxor mea Anna, scelerum nostrorum enormitatem considerantes, et quod est salubrius illam Domini nostri Jesu Christi dulcissimam vocem gratanti animo amplectentes, qua ait : « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis »; illud etiam : « Divicię viri redemptio animę ejus sunt », propterea damus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, de nostro alodo qui est

in episcopatu Wapicensi, in terra quę appellatur Campum Saureum, videlicet septem æcclesias, unam quę est dicata in honore beati Mauricii, atque aliam in honore sancti Jacobi, itemque aliam in honore beatæ Marię semper virginis, aliam in honore sancti Viatoris, aliamque in honore sancti Petri, necnon et aliam in honore beati Martini, et aliam in honore sancti Eusebii martiris Christi. Dono etiam sex alpes ex integro, et omnia que habere solitus eram. Facio autem hanc donationem pro remedio animę meæ, patris quoque ac matris, et pro salute omnium fidelium vivorum ac defunctorum, ut Deus omnipotens dignetur nobis esse propicius. Itemque piscariam quę vocatur Serascha, quę incipit a manso Geraldi inantea; omnia dono Deo atque apostolis ejus Petro et Paulo et loco Cluniaco, in quo domnus Hugo abba magis videtur prodesse quam preesse, videlicet æcclesias cum decimis, vel omnia quę ad eas pertinent, ut exinde faciant habitatores Cluniacenses quicquid facere voluerint. S. Adoni.

3056.

CHARTA QUA STEPHANUS ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI OCTAVAM PARTEM ECCLESIÆ SANCTI JOHANNIS DE DANZIACO ET ALIAS RES.

(B. h. 130, CXXXII, et 463, CCCCLXVI[1].)

Quisquis cupit heres effici illius terrę de qua dicit Psalmista : « Credo videre bona Domini in terra viventium[2] », istam terram quam pedibus calcamus et quam vermes hereditant, pro illa dare non pigritetur, ut expiatus ab omni labe peccatorum, illam Domini vocem quam Dominus in die judicii dicturus est audiat : « Venite, benedicti « patris mei, possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi[3] ». Quapropter notum sit cunctis fidelibus, quod ego Stephanus et fratres mei [Fulcherius et Julinus][4] donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniensem, ubi donnus Hugo abba magis 1049-1109 (?).

[1] C'est la seconde copie que nous publions comme plus complète.

[2] [*Psalm.* XXVI, 13.]

[3] [*Matth.* XXV, 34.]

[4] Les mots placés entre crochets sont tirés de B. h. 130.

prodesse quam preesse videtur, pro animabus nostris vel omnium parentum nostrorum, hoc est octavam partem ęcclesię sancti Johannis quę vocatur Dunziaco[1], cum omnibus quę ad ipsam pertinent vel pertinere videntur, in cimiterio, offerendis, decimis, et primitiis sive terra ubicumque fuerit inventa, insuper tres pedas in ipsa villa. Dono etiam juxta villam unum campum. S. Rotberti. S. Hunberti. S. Fulcherii. S. Juliani. S. Stephani. S. Rotbaldi. S. Rotlanni presbiteri. S. Gausmari presbiteri. S. Bernardi.

3057.

CHARTA QUA WITBERTUS DE PONTEVERI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUARTAM PARTEM ECCLESIÆ DE POSIACO.

(B. h. 137, CXXXIX.)

1049-1109. Ego, in Dei nomine, Witbertus de Ponteveri dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas preesse videtur, quartam partem æcclesiæ quę vocatur Posiaco; post mortem videlicet meam et in vita mea III[es] solidos in vestitura. S. Witberti, qui hanc donationem fecit. S. Pagani militis.

3058.

CHARTA QUA DUO FRATRES, ARNULFUS ET ALBUINUS, DONATIONEM ECCLESIÆ SANCTÆ MARIÆ IN EPISCOPATU ARVERNENSI A DALMATIO MONASTERIO CLUNIACENSI FACTAM LAUDANT ET CONFIRMANT.

(B. h. 138, CXL[2].)

1049-1109 (?). Noverint fideles Christi presentes et futuri, quod nos duo fratres Arnulfus et Albuinus factum habemus de ecclesia Sanctæ Mariæ quę est posita in episcopatu Arvernensi et prope Castellum. Quam cum domnus Dalmatius voluisset donare sancto Petro et monasterio Cluniacensi, nos pro peccatis nostris diu contradiximus nec consentire

[1] B. h. 130, *Danciaco*. Il faut donc lire *Danziaco*. C'est *Dancé* près de Saint-Germain-Laval.

[2] On lit en marge de cet acte dans le cartulaire et d'une écriture du XV[e] siècle : « pro prioratu de Rivis ».

voluimus, ut suam bonam voluntatem posset adimplere. Tandem aliquando cognoscentes aliter nos egisse quam expediret ad nostrarum salutem animarum, donationem ejus laudamus et confirmanus, et guirpimus omnem querelam quam habebamus de eadem æcclesia, ita ut nichil omnino ultra queramus nec amplius nos ullo modo intromittamus vel de capellano vel baptisterio vel sepultura ejus. Et preterea cum quidam homines de decima ad ipsam æcclesiam pertinente per manum nostram sint beneficiati, si quis illorum partem suam sancto Petro et prefato monasterio donare voluerit, hoc etiam nos laudamus et simul cum ipso donamus jure perpetuo tenendum et possidendum. Quod nimirum non pro alia reconpensatione facimus, nisi ut prosit in presencia Christi animabus parentum nostrorum et nos ipsi remissionem peccatorum nostrorum per ipsius misericordiam et per beati Petri intercessionem consequamur. Amen.

3059.

CHARTA QUA GAUFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ ET CLAUSUM SANOSIACUM, ETC.

(B. h. 140, CXLII.)

Dum in istius seculi erunnosa peregrinatione unusquisque fidelis 1049-1109.
christianus vivit, interimque dum tempus acceptabile instat, in quo peccata sua abluere potest, studeat animam suam emundare et ab omni facere peccato, quantum valet, alienum. Idcirco nanque Deus homini hujus vitæ dies ad inducias relaxat, ut dignos fructus pœnitentiæ peragat, sicut Doctor gentium predicat dicens : « An nescis quia pa« cientia Dei ad penitentiam te adducit[1]? » Non itaque vult Dominus mortem peccatoris, sed diutius eum in istius transitorię vitæ miseria vivere sinit, ut animam suam redimat a peccatis. Quapropter notum sit cunctis fidelibus, quod ego Gaufredus dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro redemptione animę meæ et pecca-

[1] [*Ad Rom.* II, 4.]

torum meorum remissione, ad locum Cluniacensem, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, aliquid ex rebus meis, hoc est æcclesiam Sanctæ Marię, et clausum Sanosiacum et tres mansos cum his quę appendunt ad eos, pratis scilicet, campis, silvis, aquarumque decursibus, servis et ancillis. Dono etiam predicti loci fratribus medietatem molini de Rocha, et unum mansum, eum videlicet qui est ante portam cum prato ei contiguo, et contaminam que est jux[ta] predictam rocham, et usuarium silvarum ad pascua porcorum, et edificii opus et ad focum. Huic dono adnecto terciam partem prati quod vocatur Broilus ad pasturam boum. Dono etiam medietatem silvę de Perronna, eam scilicet partem quam pater meus habuit, et super aquam Velæ, in villa Flacciensi duos molinos. Reddo preterea illis salvamentum quod habebam in illo alodio quem pater meus dedit sancto Petro, et consuetudines quas requirebam.

3060.

CHARTA QUA EMMELZ, VIDUA HUGONIS BERALDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM ECCLESIÆ DE CHASELLIS.

(B. h. 146, CXLVIII.)

1049-1109 (?). Prudentia et industria veterum mos inolevit ut commutationes et tradiciones rerum, ne forte noticia earum oblivione deleatur, inserantur cartis et scripta in posterum reserventur, tam ad cautelam decedentium quam ad utilitatem succedentium. Ideo et nos hunc morem sequentes notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Emmelz vidua, uxor quondam Hugonis Beraldi, donat Deo et sancto Petro, ad locum Cluniacum, suam id est terciam partem de æcclesia de Chasellas, et de cimiterio et de terris quę sunt foris, et de silvis, de servis etiam et ancillis suam terciam partem. Gaufredus filius ejus hoc donum laudat. Ansedeus etiam de Borbono, qui huic dono calumpniabatur, nunc eum laudat. Joscerannus quoque de Jopera et uxor ejus donant similiter ad locum Cluniacum partem quam habebant in ipsa ęcclesia, et adcrescit cimiterium xxx[ta] tensas, et partem suam quam habebat

in molendinis, et rivatgium de rivo Drundei ad stagnum faciendum et ad molendinos, et unum campum qui tenet a molendino usque ad castellum, et usuarium de bosco quantum necesse fuerit in illa terra; et ad porcos monachi proprios pascuarium gratis, et propter hoc sparsim et separatim accepit ipse et uxor ejus a monachis munus xx^{ti} v solidorum et de pecunia quindecim libras.

3061.

CHARTA QUA PETRUS ITERIUS MILES, WILLELMUS QUOQUE ET PONTIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM ET ECCLESIAM IN PODIO SANCTI MARTINI.

(B. h. 149, CLI.)

Notum sit omnibus fidelibus, quod quidam miles, Petrus Iterius nomine, pro redemptione animę suę ac filiorum suorum suęque conjugis, dat Deo omnipotenti et cœnobio Sancti Petri Cluniacensi, et Hugoni ejusdem monasterii abbati, necnon monachis tam presentibus quam futuris ibidem Deo famulantibus, alodium quod ipse habet in podio Sancti Martini, in vertice ipsius podii. Willelmus et Pontius frater ejus dant supradicto cenobio æcclesiam ejusdem podii et cimiterium cum omnibus appendentiis; similiter pro remissione suorum peccatorum, Bertrannus et uxor ejus, filii quoque ipsius, amore Dei omnipotentis, tribuunt eidem sancto quicquid videbantur habere in predicto loco. Si autem quandoque aliquis homo, vel de progenię illorum, vel aliorum, contra hęc dona insurgere temptaverit, vel si in aliquo infringere conatus fuerit, veniat super eum ira et furor omnipotentis Dei et omnium sanctorum suorum, et cum Juda traditore ęternaliter dampnetur. 1049-1109.

3062.

CHARTA QUA DIERNA DE BERZIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM SANCTI SULPICII, ET QUASDAM CONSUETUDINES REMITTIT.

(B. h. 154, CLVI.)

In Christi nomine. Hęc [est] carta donationis quam dedit dunna 1049-1109.

Dierna de Berziaco castro, mulier dunni Artaldi, moriens, pro anima sua, monasterio Cluniacensi, tempore dunni Hugonis abbatis, cum prioratum teneret frater Geraldus. In primis de alodo suo mansum Sancti Sulpicii. Deinde donavit et vuerpivit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et fratribus Cluniacensibus capturas garbarum quas servientes ejus tempore messis capiebant, nominatim in manso Curciaci, receptum unum totum ex integro, excepto beneficio dunni Udolrici Belgi. Hęc omnia ubicumque capiebant deinceps concedit et remittit, et ut hęc carta perpetuo stabilis et inconvulsa perseveret, firmaverunt eam et auctorizaverunt testes subscripti : ipse dunnus Artaldus, cum uxore sua et filio suo Hugone. S. Wigo. S. Otto. S. Josceranmus. S. Arleius. S. Siguinus. S. Wichardus.

3063.

CHARTA QUA ARNALDUS MONASTERIO CLUNIACENSI SE IPSUM ET ECCLESIAM SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ IN MEDITIACO LOCO DAT.

(B. h. 158, CLX.)

1049-1109 (?). Redemptor generis humani ac conditor cum prothoplasti culpis atque cotidianis delictis cerneret homines terrena solummodo quere[re], cęlestia fastidire, multimoda sua miseratione ad se venientibus et peccatorum onere pressis, cepit consulere dicens : « Venite ad me « omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos; tollite jugum « meum super vos, et discite quia mitis sum et humilis corde et in« venietis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est et « onus meum leve. » Quapropter ego Arnaldus, meorum agnoscens enormitatem peccatorum, simulque metuens diram dampnationem reproborum, atque reminiscens magnitudinis Domini Dei nostri misericordiarum, salutis confugio ad portum. Etenim Domino Deo pro posse meo atque Cluniensi monasterio, quod memoria et honore beatissimorum apostolorum Petri et Pauli habetur insigne, dono Meditiacum locum, ęcclesiam scilicet Sancti Johannis Baptistę, cum ęcclesiastico honore jure perpetuo, et insuper memet ipsum. Ergo ut abbas

predicti sanctissimi cenobii et fratres sine molestia teneant ac possideant, dedi pro isto honore fratri meo Ademaro villam nomine Gulba, necnon accepi fidem ipsius christianitatis coram testibus, nunquam se calumpniam moviturum contra hanc donationem, ponens missale super altare. Similiter et Petrus meus consobrinus fecit. Si quisquam homo de subjectione Cluniacensis loci subtrahere voluerit locum supradictum, sit extraneus a benedictionibus Dei omnipotentis, sitque oppressus dampnalibus maledictionibus cum Datan et Abiron et Juda traditore, nisi emendaverit; benefactores et adjutores sint participes regni celestis.

3064.

CHARTA QUA BERNARDUS DE CHALENTO MILES ET FRATRES EJUS DANT ECCLESIÆ SANCTÆ MARIÆ DE KARITATE ALODIUM SUUM, NOMINE BONIACUM.

(B. h. 159, CLXI.)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Quisquis heres effici cupit terrę illius de qua dicit Psalmista : « Credo videre bona Domini in terra viventium », istam quam pedibus calcamus et quam pecudes vermesque nobiscum hereditare dinoscimus, pro illa commutare vel respuere non pigritemur, quatenus advenam et peregrinam se hujus exilii veraciter agnoscens et exhibens, dulcissimam Domini vocem cum electis in ultimo judicii die audire mereatur, dicentis : « Venite, benedicti patris mei, possidete preparatum vobis « regnum a constitutione mundi. » Quam sibi Bernardus miles de Chalento ad obtinendam supernę hereditatis dignitatem promulgari exoptans, una cum fratribus suis, Rainaldo scilicet clerico et Umbaldo milite, Deo et Sanctę Marię de Karitate juris sui allodum quod puplice Boniacus nuncupatur tradidit, et absque retentione, cum omnibus quę ex eadem potestate in Domino habere videbantur, terris videlicet cultis et incultis, silvis, aquis, pratis, servis et ancillis, liberis sive cumlibertis, reditibusque consuetudinariis, necnon et reliquis si qua reperiantur apenditiis, ad stipendia fratrum inibi commorantium perenni inmunitate concessit; primo quidem in manu dunni Hugonis, 1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Cluniensium abbatis, ibidem cum dunno Girardo priore, ceterisque fratribus innumerisque diversę conditionis presentis; deinde vero apud Cluniacum, sub presentia eorumdem, instintu ipsius domni Girardi, de Karitate prioris. Hujus autem allodi divisionem sese contingentem, facta donatione, Rainaldus clericus, predictorum germanorum unus, quandiu adviveret, sibi retinuit, conditione scilicet interposita, ut nullius necessitatis occasione quoquomodo ea impediret, sed liberam atque indempnem predictorum dominio fratrum moriens redintegraret. Primę itaque donationis apud Boniacum factę testes habentur Bernardus miles de Grananto, Almelus prepositus et Vitalis de Batiliaco, Umbaldus de Ligeriaco cum fratre suo Radulfo, aliisque multis. Secundę vero donationis quę Cluniaco facta est, testes habentur prefatus miles de Grananto Bernardus; Anseisus quoque miles, Tetbaldi de Arbursa filius; Dominicus de Luciaco; Vitalis, hospitator Boniacensis, cum aliis quamplurimis. S. Bernardi de Chalento. S. Rinaldi, ejusdem fratris. S. Umbaldi, utrorumque fratris, cum imprecatione eorumdem. Si quis igitur, quod futurum minime speramus, nos ipsi aut ullus heredum nostrorum (quod absit!) vel alicujus intromissa persona contra hanc donationem litem sive calumpniam commovere presumpserit, primo quidem filium Virginis, Redemptorem nostrum, iratum sibi sentiat, postremo beatos apostolos Petrum et Paulum interclusores paradisi sibi inveniat, cogente etiam fisco, ne hic indempnis transire videatur quibus litem calumpniamve inde molitus fuerit, auri libras L exsolvat, et hęc donatio soliditate plena vigorem perpetuum obtineat, cum stipulatione subnixa. Actum feliciter. Amen.

3065.

CHARTA QUA LETALDUS, ET MATER EJUS EMA DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MANSUM CUM SERVO IN VILLA AMONIACO, ET WERPIUNT EISDEM MALAS CONSUETUDINES IN ALTERO MANSO.

(B. h. 163, CLXV.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus christianis, quod ego Letaldus et mater mea, nomine Ema, donamus Deo et sanctis

ejus apostolis Petro et Paulo aliquid de mea hereditate pro fratris mei Walterii anima, hoc est mansum unum situm in episcopatu Matisconensi, in villa Amoniaco; terminatur a mane via publica, a meridie terra Andreæ, a sero Ansedei, a certio Sancti Stephani. Dono etiam servum unum, nomine Itgerium. Facio autem hanc donationem, tali conventu, ut ab hac die et deinceps ex rebus supra denominatis faciant monachi de Cluniaco quicquid facere voluerint. Facio autem et wirpitionem de consuetudine quam requirebam in manso qui pro patre meo Odilone fuerat datus, ut nec in isto nec in illo supradenominato ab hodierno et deinceps ego aut ullus homo quicquam requirat. S. Letaldi et Emę, matris ejus. S. Warulfi. S. Hugonis. S. Arlei. S. Wicardi. S. Joceranni. S. Ragonis. S. Nadali presbiteri. S. Rotberti.

3066.

CHARTA QUA LANDRICUS GROSSUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS A VIA QUÆ VADIT SECUS CONDAMINAM DE TALANGUNTO USQUE AD BOSCUM DE TREMBLE, ETC.

(B. h. 164, CLXVI.)

Audiant et sciant universi presentes et futuri, quoniam Landricus Grossus dedit Deo et sancto Petro apostolorum principi, videlicet Petro gentium doctori, monachisque Cluniensibus, quicquid habebat a via quę vadit secus condaminam de Talangunto usque ad boscum de Tremble et usque ad villam de Tayse et usque ad poscum [1] de Truncei, et quicquid supradicti monachi inter hos terminos emere et excambiare a quocumque possent concessit et dedit eis, et frater ejus Bernardus Grossus hoc auctorizavit. Preterea sciendum quoniam Landricus supradictus similiter dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus servum quendam, nomine Rotbertum, cum uxore sua et filiis, et mansum suum in quo idem servus manebat. Necnon et alium servum Ilium uxoremque ejus et filios cum terra quam possidet, sed et omnes servos et ancillas quos habebat in Cimandris et in Sarceio 1049-1109 (?).

[1] Lisez *boscum*, comme ci-dessus où l'on avait écrit d'abord *poscum de Tremble*.

similiter dedit et concessit, testibus Engerberto de Curtevas, et Ilio de Crai et Bertranno de Ver. Sciendum quoque quoniam Jocerannus Grossus dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniensibus servum quendam, nomine Engilelmum, et uxorem ejus et filios, et terram quam idem servus tenebat et habebat, consuetudines quoque quas debebat, et Landricus et Bernardus fratres ejus hoc auctorizaverunt.

3067.

CHARTA QUA NOTUM EST JOCERANNUM DE DIGONIA CLAUSUM QUOD EST IN VORMINIACO DEDISSE MONASTERIO CLUNIACENSI, CUI ETIAM ALII SUA JURA IN EODEM CLAUSO RELIQUERUNT.

(B. h. 170, CLXXII [1].)

1049-1109. Noverint universi sanctæ matris ecclesie filii, presentes videlicet et futuri, quod Jocerannus de Digonia[2] dedit Deo sanctisque ejus apostolis Petro et Paulo, monachisque Cluniensibus, pro animę suę antecessorumque suorum remedio, clausum quod dicitur et est in Vorminiaco, ita scilicet ut post suam mortem totum illud monachis habendum et possidendum concederet, et in vita sua unum vini modium in vestitura eisdem monachis ex eo daret. Post mortem vero ejus, Letbaudus de Digonia, filius ejus, hoc patris sui donum laudans, eisdem monachis gratanter clausum omnem cum omni usuario, clauso ipsi et prato seu monacho ibidem commanenti necessario, concessit et dedit, dato insuper supradictis monachis uno servo, nomine Stephano, cum uxore sua et filiis. Quod etiam donum filius eipsius Leubaudi, Letbaudus junior, sicut et pater ejus in capitulo Cluniacensi laudavit et fecit, teste Gaufredo de Turre et Letbaudo de Copetra[3]. Sciendum preterea quod juxta hoc clausum monachi Sanctæ Mariæ de Tornoto habebant quandam terram pro qua excambitionem gratanter a monachis Cluniensibus acceperunt, et ipsam terram monachis Cluniensibus dederunt, auctorizante Letbaudo de Digonia cum filio suo Letbaudo, coram Gau-

[1] Cette pièce et les trois suivantes semblent avoir fait partie d'un même acte. — [2] Le manuscrit porte à tort ici *Ligonia*. Voyez le n° 3072. — [3] [Lisez *Jopetra*. Cf. n°s 3017 et 3060.]

fredo de Crai et alio Gaufredo de Turre. Sciendum etiam quod in hoc clauso Wicardus de Besorniaco habebat decimam, quam dedit et concessit Deo monachisque Cluniensibus, et filius ejus Gaufredus hoc idem laudavit et concessit, teste Girardo Viride et Gaufrido Viride. Episcopus quoque Matisconensis, de cujus capite erat, hoc laudavit. Umbertus de Salie et Bernardus de Umble similiter hoc laudaverunt et concesserunt. Monachi vero Paredi in hoc eodem clauso habebant decimam, quam dederunt et reliquerunt monachis Cluniensibus, una cum priore suo domno Hugone, in capitulo Paredi, laudante domno Hugone, abbate Cluniacensi. Similiter in hac supradicta villa Vorminiaci extra clausum habebant supradicti monachi Paredi terram et vineas, quam et quas dederunt et concesserunt monachis Cluniacensibus in capitulo suo apud Paredum, acceptis inde cc^tis^ xv^cim^ solidis.

3068.

CHARTA QUA DURANNUS PRESBITER MONACHUS FACTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAS IN VORMATIACO.

(B. h. 171, CLXXIII.)

Nosse volumus omnes homines presentes et futuros, quoniam Du- 1049-1109.
rannus, presbiter de Cavant, ad habitum monachi veniens, a quodam fratre suo et ab uxore sua gratanter excambiavit vineas in Vormatiaco[1] sitas, laudantibus et concedentibus Letbaudo de Digonia[2] cum filio suo Letbaudo, atque Ilio de Crai cum fratribus suis, et excambiatas Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniensibus dedit eas.

3069.

CHARTA QUA MATILDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM SUUM IN VORMINIACO VILLA.

(B. h. 172, CLXXIIII.)

Audiant et sciant universi presentes et futuri, quoniam Matildis, in 1049-1109.

[1] Les autres chartes portent *Vorminiaco.* — [2] Le manuscrit porte à tort *Ligonia.*

infirmitate de qua e[s]t mortua posita, dedit Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniensibus alodium suum omne quod habebat et tenebat in Vorminiaci villa, laudantibus et concedentibus fratribus suis omnibus, Gaufredo de Crai cum ceteris.

3070.

CHARTA QUA STEPHANUS ET HUMBERTUS WERPIUNT TERRAM QUAM IN VORMINIACO MONACHIS CLUNIACENSIBUS AUFEREBANT.

(B. h. 173, CLXXV.)

1049-1109. Item sciant qui sunt et qui futuri sunt, quoniam Stephanus Musela et Ubertus de Cavone terram quam in Vorminiaco monachis Cluniacensibus auferebant eisdem monachis vuirpiverunt, laudaverunt et concesserunt habendam et possidendam, teste Milone de Umble.

3071.

CHARTA QUA ILIUS DE CRAI MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM INTRA CLAUSUM VORMINIACI CERTO PRETIO CEDIT.

(B. h. 174, CLXXVI.)

1049-1109. Item sciri volumus, quoniam Ilius de Crai dedit Deo et apostolis ejus Petro et Paulo monachisque Cluniensibus vineam quam intra clausum Vorminiaci habebat, et Walterius et Gaufredus fratres sui hoc laudaverunt et auctorizaverunt, testibus eisdem fratribus suis, Walterio et Gaufredo et Seguino, monacho de Crai. Quando vero hoc donum ipse Ilius fecit, tres uncias auri inde accepit quas in via Jerusalem portavit.

3072.

CHARTA QUA NOTUM EST LETBALDUM DE DIGONIA MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE VINEAM DE CLAUSO MORVEUGNI QUAM PATER SUUS EISDEM DEDERAT ET PRATUM INSUPER ADJECISSE, ETC.

(B. h. 177, CLXXIX.)

1049-1109 (?). Quia non potest humana natura in una eademque stabilitate rerum

persistere, eo quod ipse res decessione et successione semper variantur, idcirco noticiam eorum que geruntur scripto traditam ad posteros provide et utiliter transmittere procurat. Proinde notificamus tam presentibus quam futuris, quod Jocerannus de Digonia[1] dedit Deo et sancto Petro et ad locum Cluniacensem grandem vineam quam vocant clausum de Morveugni[2]; et hæc fecit in capitulo Cluniacensi. Post mortem vero ejus Letbaldus, filius ejus, rennuit assensum prebere donationi patris sui, quin potius abstulit, sibique eundem vendicavit clausum, et tenuit per multum tempus. Donec postea resipuit, et timens nę animę patris sui sueque esset noxia talis rapina, reddidit jam dictam vineam monachis Cluniacensibus, accepta pro hac redditione peccunia tredecim et quinque solidorum. Hugo monachus, decanus de Sancto Ypolito, redemit ipsum clausum pecunia quatuordecim solidorum. Adjecit autem Letbaldus quoddam pratum secus eandem vineam positum, et de silva quantum opus fuerit ad focum monachorum qui ibi in ipsa terra manserint, et quicquid fieri oportebit in ipsa vinea et in mansione monachorum et servum suum, Stephanum de Morvegni. Laudavit autem hoc donum uxor Letbaldi et filius ejus Letbaldus.

3073.

CHARTA QUA NOTUM EST BERNARDUM GROSSUM ET ALIOS WERPIVISSE MONACHIS CLUNIACENSIBUS CONSUETUDINES QUAS REQUIREBANT IN MONTINIACO ET IN ALIIS VILLIS SANCTI PETRI.

(B. h. 184, CLXXXVI [3].)

Audiant et sciant universi presentes et futuri, quoniam Bernardus Grossus quicquid injustum et consuetudinis non rectę in Montiniaco et in Vallibus et in Alta Curte villis Sancti Petri accipiebat, vuerpivit et finivit Deo sanctoque Petro, monachis Cluniensibus, quodam filio suo Joceranno defuncto propter hoc apud Cluniacum sepulto. Landricus quoque Grossus et Bernardus, filii ejus, hoc idem auctori- 1049-1109 (?).

[1] [Le ms. porte *Digonias.*]

[2] Ici et dans la rubrique le mot est écrit *Morveugni*, avec le *v* suscrit; mais à la fin de l'acte on lit plus simplement *Morvegni.*

[3] Cette pièce et les trois suivantes semblent avoir fait partie d'un même acte.

zaverunt. Qui etiam Landricus, et Bernardus, frater ejus, quicquid consuetudinis et salvamenti in illis villis habebant similiter vuerpiverunt et finierunt. Unbertus Ungro quoque et Letbaldus de Camge hoc idem fecerunt, qui de eis hoc in feodo habuerunt.

3074.

GISLEBERTUS DE MONTINIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM TERRÆ ET PRATI IN VILLA VALLIS.

(B. h. 185, CLXXXVII.)

1049-1109 (?). Item qui sunt et qui futuri noverint, quoniam Gislebertus de Montiniaco in villa Vallis dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniensibus partem quandam terrę et partem prati in pratis illis quę vocantur de Bulneto.

3075.

ROBERTUS LORIPES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM SUUM IN ALTA CURTE ET IN VALLIBUS.

(B. h. 186, CLXXXVIII.)

1049-1109 (?). Item sciant presentes et futuri omnes, quod Rotbertus Loripes dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus, pro anima sua suorumque antecessorum, quicquid alodii et terræ habebat in Alta Curte et in Vallibus supramemoratis villis.

3076.

BERNARDUS DE PRONA ET FRATER EJUS ARVEUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM INTER MONTINIACUM ET VALLES.

(B. h. 187, CLXXXIX.)

1049-1109 (?). Rursus audiant et sciant omnes, quod Bernardus de Prona et Arveus, frater ejus, dederunt prefato loco ac ejus habitatoribus terram quam habebant inter Montiniacum et Valles, teste Bernardo de Umble.

3077.

CHARTA QUA NOTUM EST JOCERANNUM GROSSUM CONDAMINAS DE SARCEIO ET ALIAS RES MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 191, CXCIII.)

Sciant qui sunt et qui futuri sunt, quoniam Jocerannus Grossus, ad habitum veniens monachicum, dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniensibus condamineas de Sarceio et pratum Curtisvas, laudante et concedente Bernardo Grosso, fratre suo; testibus Bernardo de Busseria et Engelberto de Curtevas. Preterea sciendum quoniam Bernardus Grossus, monachum se profitens, dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniensibus condamineas de Talangunt[1], et vineam, et Rodulfum servum et uxorem ejus, mansumque ejusdem, et mansum Clementis, ipsumque Clementem, et uxorem suam et unum filium ejus et unam filiam, uxoremque ejus filii, laudante et concedente Humberto de Curtevas. Et hoc donum laudaverunt et auctorizaverunt Landricus Grossus et Bernardus Grossus fratres ejus. Sciendum etiam quoniam Humbertus de Curtevas dedit Deo sanctoque Petro monachisque Cluniensibus terram quam habebat super condamineam de Talangunt, testibus Ilio de Crai et Umberto Ungro. Rursus scire volumus tam presentes quam et absentes, quoniam Bernardus Grossus iterum dedit Deo et prefato loco monachisque Cluniacensibus clausum de Monte, laudantibus filiis suis et auctorizantibus. 1049-1109 (?).

3078.

CHARTA QUA ANSEDEUS ET UXOR EJUS BERTA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA MACIACO.

(B. h. 193, CXCV.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit fidelibus cunctis, quod nos, 1049-1109 (?).

[1] [Voir ci-dessus, n° 3066, la donation de *Landricus Grossus*, frère de *Bernardus*.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

in Dei nominę, Ansedeus et uxor mea Berta donamus Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de nostra hereditate quę sita est in pago Matisconensi, in villa Maciaco, unam videlicet vineam in eadem villa sitam, quę terminatur a certio et vento terra Adde, a mane bosco, a sero Jochenrio terminatur. S. Ansedei et Bertæ, qui hanc cartam fieri jusserunt. S. Hugonis. S. Addę. S. Achardi. S. Girardi. Item alterius Girardi. S. Heinrici.

3079.

CHARTA QUA HUGO ET UXOR EJUS ADDA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAS ET CAMPUM IN VILLA SACIACO.

(B. h. 194, CXCVI.)

1049-1109 (?). Notum sit cunctis christianis fidelibus, quod ego Hugo et uxor mea Adda donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de nostra hereditate, sita in pago Matisconensi, in villa Saciaco, hoc est vineam unam quam ad Britonescam vocant, et aliam ad Jenuas sitam. Terminatur una a sero terra Joceranni, a mane terra Aidoardi; alia terminatur a sero terra Sancti Petri, a mane similiter. In alio etiam loco unum campum quem vocant ad Montem. S. Hugonis et uxoris ejus Addę, qui hanc donationem fecerunt. S. Achardi. S. Ansedei et uxoris ejus Bertę. S. Girardi. Item alterius Girardi.

3080.

CHARTA QUA LIVO RES SUAS IN VILLA POSUL MONASTERIO CLUNIACENSI DAT.

(B. h. 195, CXCVII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles sanctę Dei ecclesiæ, quod ego Livo dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, Cluniacensi monasterio in eorum nomine consecrato, aliquid de rebus meis quę sunt sitę in pago Cabilonensi, totum videlicet quod habeo in villa Posul, quod ex patris mei hereditate possideo, pro animę remedio meę corporisque sepulturę, si infra x leugas a Cluniaco mortuus

fuero, ut ipsi monachi me adportare faciant. S. Hugonis, qui hanc fecit cartam. S. Sigualdi. S. Vuidonis. S. Monierii. Signum Gausberti.

3081.

CHARTA QUA RICHELMUS ET UXOR EJUS LEDBERGA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA SARCIACO.

(B. h. 197, CXCIX.)

Ego, in Dei nomine, Richelmus et uxor mea Ledberga donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, in eorum honore constructum, aliquid de rebus nostris in pago Matisconensi, in villa Sarciaco sitis, ad Morterios vocatur : scilicet campos, prata, silvas totamque meam partem quam in ipsa villa habeo, eo videlicet tenore, ut quandiu vixero tenere mihi liceat, singulisque annis censualiter in beatorum festivitate apostolorum IIII denarios persolvam. Post meum vero discessum, ad predictum revertatur locum, nemine contradicente. S. Richelmi et Ledberge, uxoris sue. S. Amalberti. S. Ingelelmi. S. Christiani. Actum Cluniaco. 1049-1109 (?).

3082.

CHARTA QUA NOTUM EST ANSEDEUM DE UMBLE SERVOS MANSUMQUE MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 199, CCI [1].)

Ad instruendam posterorum ignorantiam, refellendamque calumpniatorum versutiam, necessarium duximus acta diebus nostris ut litteris traderemus. Ideo volumus esse notum tam presentibus quam et futuris, quoniam Ansedeus de Umble dedit Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniacensibus servum quendam, nomine Rotbertum de Confranzo et uxorem ejus et filios et mansum unum, Bernardo ac Rotberto filiis ejus hoc auctorizantibus. 1049-1109 (?).

[1] Cette pièce et les deux suivantes semblent avoir fait partie d'un même acte.

3083.

CHARTA QUA NOTUM EST ANSEDEUM DE UMBLE, ETC., MANSUM DE PUTEO ET BORDELERIAM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 200, CCII.)

1049-1109 (?). Item sciendum est, quoniam ipse supradictus Ansedeus de Umble et filii ejus Bernardus et Rotbertus, necnon et Jocerannus cum filiis suis, dederunt Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniacensibus mansum qui dicitur de Puteo et bordeleriam quę secus Puteum est.

3084.

CHARTA QUA NOTUM EST HUMBERTUM DE CURTEVAS VERCHERIAM DE PUTEO ET TERRAM QUAMDAM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 201, CCIII.)

1049-1109 (?). Item sciri decrevimus, quoniam Humbertus de Curtevas dedit Deo et predictis apostolis monachisque Cluniacensibus vercheriam de Puteo, et terram quę est inter viam et concisiam de Romunto, laudantibus filiis ejus et hoc auctorizantibus.

3085.

WERPITIO WICHARDI DE CASELLIS DE MALIS CONSUETUDINIBUS QUAS REQUIREBAT IN MANSO GELAVERT.

(B. h. 203, CCV.)

1049-1109 (?). Noticia verpitionis quam fecit Vuichardus de Casellas Domino Deo et beatis ejus apostolis Petro et Paulo, de omnibus malis consuetudinibus quas ipse et antecessores ejus inmiserant in omnibus terris quę in eorum videbantur esse custodia. Omnes enim malas consue tudines et unum receptum quem querebat in manso Gelavert, excepto uno multone, et cetera omnia ad integrum ego Vuichardus

perdono[1] Deo, preter eas consuetudines quas Vuichardus avus meus habere videbatur in eisdem terris ante unum diem obitus sui. Hæc facio pro animę remedio meę et omnium parentum meorum.

3086.

CHARTA QUA STEPHANUS PEILAGAIS NOTUM FACIT SE SERVUM NOMINE TETBALDUM MONASTERIO CLUNIACENSI REDDIDISSE.

(B. h. 204, CCVI.)

Notum sit fidelibus cunctis infra matris sanctæ Dei æcclesie gremium degentibus, presentibus scilicet et futuris, quod ego Stephanus miles, cognomento Peilagais[2], hominem cujusdam juris Sancti Petri nomine Tetbaldum calumpnians, qui mihi jure proprio debebatur, volebam mihi jure perpetuo subici. Unde me recognoscens in hoc reum factum, veni ad dominum ejus qui ei preerat ex obedientia sibi commissa, et reddens illum sibi, partim ob meorum remissionem peccatorum, partim acceptis ab eo pecuniis, beatis apostolis Petro et Paulo omnino perpetualiter delegavi. S. Gisleberti prepositi. S. Clementis, fratris sui. S. Rainaldi. 1049-1109 (?).

3087.

CHARTA QUA BERNARDUS DE CURTILIS NOTUM FECIT SE ANCILLAM, NOMINE LETBERGAM, CUM OMNI JURE SUO, MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE.

(B. h. 205, CCVII.)

Quodcunque persistere firmum atque immobile cupimus ad posterorum noticiam instruendam et ad refellendam calumpniatorum versutiam, scripto committendum est. Ideoque cunctis pateat, quod ego in Dei nomine Bernardus miles de Curtilis, dono Deo omnipotenti et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ancillam unam, nomine Let- 1049-1109.

[1] En marge : « Iste perdonat Deo quasi sit homo ut nos, loquitur simpliciter. » — « et tu ignoranter », a ajouté un autre scribe.

[2] Il y avait *Peilagus*, on a changé l'*u* en *i* et placé un *a* au-dessus (*Peilagais*). On peut donc lire *Peilagias* ou *Peilagais*.

bergam, rectum etiam omne quod habebam in eadem villa[1] pro salute animę meę omniumque meorum antecessorum; obtulique eam in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli Cluniacensis in die festivitatis sancti Marcelli papę, coram testibus, accipiens ab ipsa ancilla una vice V solidos, [et] alia vice VI solidos. Testes autem hujus doni hi sunt : S. Bernardi de Curtilis, qui hanc vuerpitionem feçit. S. Rotberti filii ejus, item Wigonis, Bernardi, Widonis, filiorum ejus. S. Hugonis Burzini. S. Gisleberti prepositi. S. Seguini de Curte Humberti. S. Engelfredi de Lordono. S. Gauzberti de Lavals. S. Bernardi de Varengis. S. Benedicti Multonis.

3088.

CHARTA QUA DURANNUS DE CAVAGIACO PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAS IN VILLA MORVEGIACO ET TERRAM IN VILLA MULNET.

(B. h. 207, CCIX.)

1049-1109 (?). Notum sit tam presentibus quam absentibus, quod ego Durannus sacerdos, cognomento de Cavagiaco, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo conventuique Cluniensi, duas vineas quę in pago sitæ sunt Matisconensi, in villa quę nuncupatur Morvegiacum, unam quarum terminat ab una parte terra Sanctæ Mariæ et Sancti Philiberti[2], ab altera parte via publica; alteram terminat terra Leotbaldi de Craus ab una parte, et ab alia similiter via publica. Iterum dono aliam terram cultam similiter sitam in eodem episcopatu, in villa quę vocatur Mulnet divisam in tribus partibus, concedente Leotbaldo fratre meo et Adelina uxore ejus, cujus erat alodium hæc hereditas, quę tamen pro remedio animę suę et antecessorum suorum et pro benefitio loci a me accepit voluntarie commutationem. Testibus Leotbaldo sacerdote, et Ugone de Ulsola, et Bosone de Aurea Valle.

[1] [Lisez *ancilla* (?) au lieu de *villa*.]

[2] [Ces mots semblent désigner la terre de Notre-Dame et de Saint-Philibert de Tournus. Cf. ci-dessus, le n° 3067, où il est fait mention d'un clos *Sanctæ Mariæ de Tornoto*.]

3089.

CHARTA QUA ODILO MONACHUS TERRAM DESERTAM IN VILLA LORNANT FAMULO SUO TETBALDO DAT, EA RATIONE UT POST MORTEM EJUS IN DOMINICATUM MONASTERII CLUNIACENSIS PERVENIAT.

(B. h. 209, CCXI.)

Notum sit cunctis fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod 1049-1109 (?).
ego frater Odilo dono huic nostro famulo, nomine Tetbaldo, quandam nostram terram quę ad presens videtur esse deserta, ad hedificandum et construendum, et ut teneat in beneficium quandiu vixerit, et post mortem ejus totum ad integrum in dominicatum Sancti Petri perveniat. Est autem unus mansus cum omnibus ad se pertinentibus in villa Lornant; et in loco qui vocatur Exartellis unus clausulus qui fuit Gauzeranno. Et ut firmum sit, manu nostra simul cum fratribus nostris firmavi, Armanno, Rotberto, Gualone, Ainrico, Bernardo, Ariberno.

3090.

CHARTA QUA NOTUM EST OCENDAM ET FILIOS EJUS TERRAM SUAM IN AMUGNIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 210, CCXII, et 543, DXLVI[1].)

Notum sit cunctis fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod 1049-1109 (?).
ego Ocenda et filii mei Leotaldus, Jocerannus, Stephanus et Hunbertus werpivimus sanctis apostolis Petro et Paulo et monachis Clu-

[1] C'est la deuxième copie que nous publions dans le texte comme étant la plus complète; mais nous croyons devoir donner en note la première, B. h. 210, qui n'est guère qu'une notice rédigée au nom des moines de Cluny :

« Prudentia atque industria veterum mos « inolevit, ut commutationes vel traditiones « rerum ne forte earum noticia oblivione « deleatur, inserantur cartis, et scripta in « posterum tam ad decedentium cautelam « quam ad succedentium utilitatem reser« ventur. Ideoque nos hunc servantes mo« rem, notum tam presentibus quam ab« sentibus facimus, quod Ocendis et filii « ejus Leotaldus, Jocerannus, Stephanus et « Hubertus fecerunt donum et vuerpitio« nem de terra, quam habebant in Amu« gniaco, Domino Deo et sancto Petro, « monachis Cluniacensibus, eo videlicet « pacto ut illis nostram daremus societatem « et beneficiis loci communicarent, deinde « ut Ocendam digne traderemus sepulture « post suum discessum. »

niensibus omnem illam terram quę nobis jure debebatur in villa Amugniaco, in pago Matisconensi, videlicet vineas, campos, prata, cultam et incultam, exitus et reditus, et omnia quę ad ipsum mansum pertinere videntur, cum omni integritate donamus et concedimus, sive vuerpimus, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, qui hoc donum ante nos fecerunt sancto Petro, et manibus propriis cartam hanc firmamus heredibusque nostris firmare rogamus. S. Oscendis et filiorum ejus Leotaldi, Joceranni, Stephani, Unberti, Dodę sororis eorum, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Joceranni et fratris ejus Ansedei. S. Bernardi, et Uberti fratris ejus.

3091.

CHARTA QUA ROSTAGNUS ET CETERI DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI BAUDELII IN CASTELLO ALESIO.

(B. h. 214, CCXVI.)

1049 1109. Providentia ac industria priorum decretum est, ut commutationes seu rerum traditiones quę fiunt cartis inserantur et scripta, ne forte oblivione deleantur, posteris conserventur, tam ad instruendam bonorum ignorantiam, quam ad refellendam impiorum versutiam. Quocirca nos auctoritatem patruum valde necessariam observare cupientes, volumus cunctis infra gremium sanctæ Dei matris æcclesiæ tam presentibus quam absentibus esse notum, quod ego Rostagnus et frater meus Redemptus vocabulo, et Wido, et Arbertus, et omnes filii nostri Wilelmus et Odilo, et cognati nostri Monaldus et Wido, ceterique qui per successionis posteritatem ex omnibus his nasciturі sunt, cum mulieribus nostris Azelina et Leodegarda, donamus et auctorizamus beato Petro et Paulo, et Cluniensi monasterio in eorum honore dedicato, cui preest domnus Hugo, venerabilis abbas, videlicet æcclesiam beati Baudelii martiris, in castello Alesio[1], cabanaria quoque Aimoini,

[1] [Voyez ci-dessus, n° 925, la première donation à l'abbaye de Cluny de l'église d'Allex, celle d'une condamine sous ladite église, n° 2984, et enfin, au n° 3048, une donation faite à cette même église de Saint-Baudile d'Allex.]

necnon servos et ancillas qui eam tenebant, quorum nomina hæc sunt : Johannes et nepos ejus, alter Johannes et neptes ejus, Jozuariam, et Osannam, et Elenam, et Lantilclam[1], omnemque eorum generationem ex eis processuram. Hæc omnia quę hic in presenti scriptura continentur, confirmamus et tran[s]fundimus jure perpetuo retinendum in potestatem predicti monasterii. Quod si quis hanc donationem nostram infringere aut violare vel calumpniare presumpserit, quod temptaverit nunquam obtineat, et nisi resipuerit, eternam maledictionem incurrat. Hujus firmationis testes sunt; Goderamnus, Pontius *Mainerius*[2], item alter Poncius *Buxerius*, Arduinus presbiter, Lambertus vicarius, Umbertus de Sivono, Poncius Junianus, Rainerius Isnardus.

3092.

CHARTA QUA EMMA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES CURTILOS IN VILLIS CLITGIACO ET MISIRIACO.

(B. h. 217, CCXIX.)

Divina auctoritate permittente legumque permissione concedente, statutum est atque sancitum, ut perliberam habere debeat libertatem quicunque pro animę suę remedio, aliquid alicui sanctorum de proprię jure hereditatis dare affectaverit, seu instante necessitate alicui vendere voluerit, quod et per litterarum testamentum ad posterorum notitiam transmittere studeat. Quapropter cunctis sub norma fidei militantibus Christique adventum prestolantibus notum esse volumus, quod ego, in Dei nomine, Emma, caractere vivifice crucis in baptismo insignita, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro videlicet et Paulo, ad locum Cluniacum, pro anima mea et patris mei et matris meę ac senioris mei Bernardi, olim defuncti, in Christo quiescentis, itemque senioris mei Gaufredi, et pro incolomitate animę meę corporisque mei et infantum nostrorum, aliquantulum meę hereditatis, scilicet duos curtilos in Clitgiaco, ad Paludem vocant; item alium videlicet

1049-1109 (?).

[1] [*Nantildam?*] — [2] Les mots en italiques sont écrits en interligne dans le cartulaire.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tercium in Misiriaco similiter concedo, et quantum ad ipsos aspicit vel aspicere videtur : hoc sunt campis, vineis, pratis, silvis, campis, servos et ancillas utriusque sexus et etatis, ut deinceps rectores loci prefati quod utile eis visum fuerit de his faciant. Preterea dono etiam terram illam quam tenet Aldebaldus canonicus ad medium plantum. Si quis autem hanc donationem calumpniare vel destruere conatus fuerit, non adquirere quod repetit valeat, sed beati Petri gladio evaginato feriatur, et nostra donatio firma et perpetua existat. Actum Cluniaco publice. S. Emmæ, quę fieri et firmare rogavit. S. Gauzeranni. S. Leotaldi. S. Umberti. S. Quiterberti. S. Bernardi. S. Rotberti. S. Gotefredi. S. Ingelberti. S. Quitberti. S. Gozelini.

3093.

CHARTA QUA WILENCUS DE TISIACO NOTUM FACIT SE ANNONAS DE PRUINDA CUMBA ET DE BERNECES, ETC., MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 219, CCXXI.)

1049-1109. Notum sit generationi presenti et future, quod Wilencus de Tisiaco, ob emendationem malorum quę fecerat fratribus Cluniacensibus, venit in presentiam domni Hugonis abbatis, et ut quę perperam egerat sibi indulgeret, dedit Domino Deo et beatis apostolis Petro et Paulo, et quos offenderat fratribus, annonam de Pruinda Cumba, annonam etiam de Berneces, ut jure perpetuo possideant eam predicti fratres. Receptum etiam quod habebat aput Sanctum Victorem ita dedit in manu prefati patris, ut si absque herede legitimo obiret, juri monasterii Cluniacensis, pro animę suæ remedio, in perpetuo cederet, et quia idem receptum annis singulis XV solidis ab eo redimebatur, X solidis sibi retentis, V eisdem fratribus in perpetuum, sive heredem habeat, sive non habeat, delegavit, annuente et factum laudante Arberto patre suo. Hoc quoque placito adnexuit, ut si domnus abbas receptum ipsum quia in vadimonio erat redimeret, V annis illud de manu ejus ipse non redimeret. Hujus donationis et conventionis testes, fidejussores atque confirmatores sunt Giraldus, cognomento Viridis, Arbertus Blancus,

Arbertus Truant. Redemit autem domnus abbas illud c sexaginta solidis Lugdunensis monetæ probatę et publicę, redimendum ab eo ejusdem monetæ denariis qui fuerint receptibiles illo quo redemerit tempore. Quod et si ante quinque annos redemerit, ante quinquennium tamen nihil de illo recepturus erit. Testes hujus redemptionis a domno abbate facti sunt : Arbertus Truant, Hugotus, Durannus de Solario, Bonuspar.

3094.

CHARTA QUA HELGODUS ET UXOR EJUS GONDRADA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS CURTILOS IN VILLA ITGIACO FILIUMQUE SUUM DEO SERVITURUM.

(B. h. 221, CCXXIII.)

Dum vivitur in hac peregrinatione, necesse est unumquemque certatim ad superna gaudia concurrere sine fine mansura. Unde si deinter undas hujus pervagantis seculi recte a Domino eripi, quo ne quis inoffenso calle graditur et ad litus eterne tranquillitatis duci docte querimus; studendum summopere est ne interno judici in illo justę exaggerationis examine ubi cunctis scire cuncta queque gessimus in carne licebit, penitus infructuosi inveniamur. Ob quam rem ego Helgodus, in extremis vitæ positus, delego Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, pro animę meę remedio, aliquid de mea hereditate in pago Maticensi, in villa Itgiaco, hoc est medietatem unius curtili; aliam vero medietatem cum uno alio curtilo, donamus ego et uxor mea Gondrada pro filio nostro Bernardo puero, quem simul tradimus Christo perpetualiter in regulari habitu serviturum. Sunt autem hii duo curtili ambo in eadem villa constituti. Terminus autem unius curtili est a mane terra Sancti Petri, a medio die via publica, a sero terra Sanctæ Mariæ, a certio terra Otgisi de ipsa hereditate. Alius curtilus terminatur a mane via publica, a medio die terra Sanctæ Mariæ, similiter a sero, et a certio terra Sanctę Mariæ. Si quis autem huic donationi nostrę contrarius diabolico excitus spiritu esse voluerit, anathematis vinculo, nisi resipuerit, subjaceat. Ut autem firmum permaneat, manibus nostris firmavimus testibusque tradidimus robo- 1049-1109 (?)

randam. S. Elgodi uxorisque ejus Gondradę, qui hanc cartam facere preceperunt. S. Bernardi, filii eorum. S. Guarnerii. S. Adalberti. S. Richardi presbiteri. S. Bernardi presbiteri. S. Constantii presbiteri. S. Amalberti. Rogo autem ego Elgodus, ut hæc terra nunquam alicui detur in beneficium, sed semper sit in usibus fratrum.

3095.

CHARTA QUA WALTERIUS NOTUM FACIT SE PRATUM IN VILLA VERRANGIS ET MANSUM CUM SERVO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 223, CCXXV.)

1049-1109 (?). Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Walterius miles, filius Walterii militis et monachi, dedi fratribus Cluniensibus sancto Petro famulantibus unum pratum ad villam quę vocatur Verrangis, et unum mansum cum servo qui vocatur Gunterius et quicquid ad ipsum mansum pertinet. Ex una enim parte prati decurrit aqua quę vocatur Tyla, et ex altera parte aqua quę dicitur Malsbet. Ex alia vero parte prati, hoc est ex tertia parte, currit Tortanoa. Hanc vero cartam laudavit Gaufredus et firmavit uxor quoque ejus, accipiens propter hoc viginti solidos a monachis Cluniensibus.

3096.

CHARTA QUA OTGERIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM ET PRATUM IN VILLA CONFLANS.

(B. h. 228, CCXXX.)

1049-1109 (?). Dum in istius seculi erumnosa peregrinatione quisquis christianus vivit, interimque dum tempus est acceptabile, in quo peccata sua munificentia elemosinarum bonorumque aliorum operum obnubilare potest, mores suos vitamque omni mentis conamine emendare studeat; iccirco namque homini hujus vite dies ad inducias misericordissima Dei clementia concedit, ut pravam vitam suam in bonum convertat deinceps recte vivendo, testante apostolo : « An ignoras quoniam Dei

« benignitas te ad penitentiam adducit?[1] » Quocirca ego Otgerius, cognoscens me multum deliquisse, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo Cluniensique monasterio, pro animę meę remedio filiique mei Gerardi, sive etiam tam pro mea quam et pro illius sepultura, aliquid ex rebus meis : videlicet unam vineam in agro Vueriæ determinatam, et in villa Conflens sitam, habentem in transversum perticam unam et dimidiam, et in longum xv. In circuitu vero terminatur ex eadem hereditate. Dono etiam in eadem villa quoddam pratum quod mihi parte fraterna procedit. S. Otgerii, qui fieri et firmare rogavit. S. Geraldi, fratris ejus. S. Duranni, fratris ejus, atque Ildini fratris ejus. S. Bernardi presbiteri. S. Otgerii, filii supradicti Otgerii.

3097.

CHARTA QUA NOTUM EST FROTMUNDUM, OTBERTUM ET HUGONEM ATQUE MATREM EORUM, WERPITIONEM TERRÆ GIVRIACENSIS MONASTERIO CLUNIACENSI FECISSE.

(B. h. 230, CCXXXII.)

Precedentium religiosorum hominum hoc instituit auctoritas, ut litteris mandari debeat quod in futurum inconvulsum servare debeat succedens posteritas. Quapropter noverit æcclesia fidelium, quod quidam milites, filii Frotmundi, Frotmundus videlicet, Otbertus, Hugo, et mater illorum Arimburgis, querelam habentes contra monachos Sancti Petri Cluniensis monasterii, pro quadam terra Givriacensi, quam Frotmundus pater illorum adquisivit in benefitium, dato pretio non exiguę quantitatis, a Gausfrido domino suo[2]; postmodum divino respectu advenientes Cluniaco pro salute et redemptione suarum animarum et patris omniumque suorum parentum fecerunt publice vuerpitionem ex supradicta terra quam calumpniabant contra monachos predictos, facientes Deo et principi apostolorum Petro ejusque coapostolo Paulo, et sub honore eorum consecrato Cluniacensi cęnobio : 1049-1109 (?).

[1] [*Ad Roman.* II, 4.]

[2] [Il s'agit sans doute ici de Geoffroi I de Semur, qui avait donné vers 1015 à l'abbaye de Cluny tout ce qu'il possédait à Gevrey. Voyez t. III, charte n° 2693, et la note 1.]

ea videlicet ratione ut in eodem loco illorum fides et memoria in perpetuum vigeat et bonorum omniumque ejusdem monasterii participes existant. Si quis vero forte ex ipsis vel ex suis heredibus, quod futurum minime credimus, vel aliquis qualiscumque persona premisis monachis de predicta terra contrarius extiterit, omnium maledictionum vinculis inretitus, iram incurrat omnipotentis Dei omniumque sanctorum ipsius, qui fuerunt ab initio mundi et usque in finem mundi sunt futuri. S. Frotmundi et Otberti, qui hanc vuerpitionem prompta devotione fecerunt testibusque corroborandam tradiderunt. S. Heldradi. S. Gerardi. Acceperunt autem hujus vuerpitionis gratia predicti milites a monachis prefati loci VI libras denariorum.

3098.

CHARTA QUA WALTERIUS DE BICIACO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA CACHIACO.

(B. h. 231, CCXXXIII.)

1049-1109. Quod fixum et stabile esse cupimus, necesse est litterarum vinculis adnotari, et sic ad posterorum noticiam dirigi, ne decessione seu successione queat destrui. Quamobrem notum esse omnibus, tam presentibus quam absentibus, volumus, quod ego Walterius miles de Biciaco, ad extremum veniens diem mortis meę, accipiens habitum Sancti Benedicti in loco Cluniaco, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, Cluniacensi loco, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, fratribusque ibidem Deo incessanter servientibus, presentibus et futuris, pro animę meę remedio, omnia quę habeo vel habere debeo in villa Caciacho[1], videlicet partem hereditatis meę quam cum fratribus meis divisi : hoc est mansum unum et unum servum et quicquid ad ipsum mansum pertinet, videlicet campos, vineas, prata, silvas, terras cultas et incultas, et omnem censum quem mihi reddebant per unumquemque annum.

[1] [La lettre *h* est suscrite.]

Totum ad integrum dono, laudo et confirmo loco prenominato, nullo contradicente. S. Walterii, qui hoc donum fecit et testes firmari rogavit. S. Wichardi fratris sui, atque Letaldi fratris sui. S. Bernardi nepotis sui, et Wilelmi nepotis sui. Si quis vero hanc donationem nostram infringere voluerit (quod absit!), sit anathema maranatha.

3099.

CHARTA QUA ACTOARDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS ANCILLAMQUE IN VILLIS VARENGO ET COLONIA.

(B. h. 234, CCXXXVI.)

Quisquis cupit æternæ vitæ effici heres, summa vi summoque ingenio studere debet, ut ex rebus perituris eterna premia mercetur, juxta Precursoris enim vocem : « Jam securis ad radicem arboris « posita est. » Quapropter noverint tam presentes quam et futuri, quod ego Actoardis, reminiscens enormitatem peccatorum meorum, dono Deo et apostolis ejus Petro et Paulo aliquid ex rebus meis que sitæ sunt in pago Matisconensi, in agro Marciacensi, in villa Varengo, cortilum unum; et in villa Colonia campum unum, et unam plantam quam Teodericus hedificavit. Item in alio loco duas peciolas de campo, ubi vocatur Templedo, totum ad integrum. Hanc autem donationem faciam pro remedio animę meę vel parentum meorum, quatinus Dominus de penis inferni nos eripiat et ad vitam nos perducat ęternam. Ad hoc dono etiam ancillam unam, Albergam vocabulo. Actum Lordoni. S. Acdoardis, qui fieri et firmare rogavit. S. Ingelelmi. S. Herlegi. S. Hugonis. S. Suffredi. S. Siguini. S. alterius Arlegi. 1049-1109 (?).

3100.

CHARTA QUA ARTALDUS, GIRALDUS ET HUGO NOTUM FACIUNT SE QUASDAM RES IN VILLA BURGUNDIA ET IN ALIIS LOCIS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE, PRO FRATRE SUO GIRARDO, QUI HABITUM MONACHICUM INDUERAT.

(B. h. 239, CCXLI.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint fideles cuncti, quod nos fratres 1049-1109 (?).

uterini, Artaldus, Girardus et Hugo, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, pro jam dicto fratre nostro Girardo, qui, relictis negotiis secularibus, semet ipsum tradidit Deo sub habitu monasticę religionis perpetualiter serviturum, aliquid de nostra hereditate, et in pago Matisconensi, in villa Burgundia, unum mansum quem tenet Achardus, cum omnibus quę ad ipsum pertinent mansum; in pago Augustudunensi duas franchisias, unam Gosberti et aliam Agbaldi, cum uxore ipsius Eldegarda, et omnibus ad ipsas franchisias pertinentibus, silvis, campis. Si quis autem hanc donationem contrariaverit, a Deo condempnabitur; et ut firma permaneat, manibus nostris firmamus et presentibus firmare rogavimus. S. Artaldi. S. Hugonis. S. Gotberti. S. Ottardi, filii ejus.

3101.

CHARTA QUA ANSEDEUS DE BUXERIA NOTUM FACIT SE VESTEM MONACHICAM RECEPISSE ET RES SUAS IN VILLIS BUXERIA ET OGGET, ETC., MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 240, CCXLII.)

1049-1109. Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, agendum est ut unusquisque homo ex rebus sibi a Deo collatis peccata sua helemosinis redimere festinet, ut Christum, omnium conditorem, in die ultimo valeat repperire misericordissimum. Ut autem emamus regnum sempiternum, properemus agere bonum; etenim scriptum est : « Regnum Dei tantum valet quantum habes. » Quapropter notum sit omnibus hominibus, presentibus et posteris, quod ego Ansedeus de Buxeria, seculo abrenuncians, accipio habitum Sanctissimi Benedicti, in loco qui vocatur Cluniacus, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatus; et dono prefatis apostolis et domno Hugoni abbati, fratribusque ibidem Deo servientibus, mansum unum et terciam partem unius vineolę, cum omnibus que ad ipsum pertinent, in villa quę Buxeria [vocatur], tres servos [. . . . .], Bernardum atque Hugonem; et in alia villa quę dicitur Monasterium Capaciense terciam partem unius mansi; necnon in villa Ogget duas particulas vineę red-

dentes per annos singulos modium vini; et in Curtiromagstag terciam partem unius mansi et unum servum Martinum; et in via Paliengis terciam partem unius mansi, et v partem unius nemoris, et octavam partem unius molendini. In alia quoque villa, quę dicitur Chachisel, terciam partem unius mansi, et duorum nemorum v partem, pro remedio anime mee et parentum meorum, quatinus prefatus locus absque ulla calumpnia in perpetuum habeat et possideat. Hanc cartam cum laude parentum et amicorum meorum, ego ipse, Ansedeus, propria manu firmavi, et, ut inconvulsa permaneret, Bernardum Germiniacensem, nostrum consanguineum, firmare feci. Si quis autem, aliqua temeritate agitatus, supradicta donaria Deo et apostolis antefatis auferre presumpserit vel calumpniare, anathematis spiculo transfossus utpote sacrilegus eternorum ignium supplicium cum diabolo et angelis ejus in perpetuum paciatur. S. Ansedei, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Bernardi de Germanat. S. Constantii, prepositi de Marades. S. Odilę matris meę. S. duarum sororum mearum. S. Seguini.

3102.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET VINEAS IN VILLA DUMBINIS.

(B. h. 244, CCXLVI.)

Unigenitus Dei filius, homo inter homines apparens, contra lętalia peccata dignatus est opponere salutaria monita; inter que unum maximum ac precipuum commendare curavit cunctis, generaliter dicens : « Date helemosinam, et hæc ipsa pro vobis orabit ad Dominum. » Hujus ammonitionis verba salubria ego Bernardus intenta aure percipiens, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, pro redemptione animę meę ac filiorum meorum et omnium parentum meorum, aliquid ex hereditate mea, que est sita in pago Matisconensi, in villa Dumbinis. In primis unum campum qui vocatur Cotiacus, et totum quod ad ipsum aspicere videtur. Item unam plantam et unam raxiam 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

de vinea in loco qui vocatur Craosus, et totum quod ad ipsum pertinet. Item aliam vineam quę vocatur Forcellis, et quicquid ad ipsam videtur pertinere. Item totum quod Gislebertus in predicta habebat villa, quod vendere et donare poterat, videlicet campos, prata, vineas et omnia quę sua esse videbantur, excepto hoc quod uxor illius ad presens tenere videtur, quę post ejus obitum supradictis apostolis in reliquum tempus cedent. Item duo filii ipsius Gisleberti, Uldricus videlicet ac frater ejus Drogo, quandiu vixerint teneant [et] possideant, post eorum obitum monachi prefati loci teneant. S. Bernardi, qui hanc cartam fieri et firmare rogavit. S. Clementis, S. Adalelmi, S. Sigbaldi, filiorum Bernardi. S. Raimbaldi. S. Gauzberti. S. Adalacis, uxoris Gisleberti.

3103.

CHARTA QUA ROTBERTUS ET UXOR EJUS JOZA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM ET PRATUM IN VILLA FLACILERIAS.

(B. h. 245, CCXLVII.)

1049-1109 (?). Dum in istius erumnosa seculi vivitur peregrinatione, interimque dum tempus instat, in quo ablui peccata redemique possunt, debet homo ex rebus sibi a Deo conlatis ea delere atque ad cęleste regnum gressus suos tota cordis aviditate dirigere. Unde ego Rotbertus, in Dei nomine, et uxor mea, Joza nomine, cognoscentes nos per fragilitatem carnis multum deliquisse, donamus Deo et sanctis ejus apostolis, pro animabus nostris, curtilum unum in villa quę Flacilerias dicitur. Preter hoc in ipsa eadem villa etiam pratum quoddam donamus, ut a die presenti et deinceps ejusdem loci habitatores quod illis visum fuerit faciant. Terminatur de duabus partibus via publica, a mane terra Sancti Petri, de quarta parte terra Leotaldi. S. Rotberti et uxoris ejus Jozæ. S. Dominici. S. Bernardi. Actum villa Scotialas[1].

[1] [Il faut lire évidemment ici *Scotiolas*, autrement *Scutiolas*, aujourd'hui Ecussole, château, commune de Saint-Pierre-le-Vieux (Saône-et-Loire), cf. n° 2266, à la date.]

3104.

CHARTA QUA DURANNUS DE SANCTO NICETIO ET FRATER EJUS WIDO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVOS SUOS IN VILLIS SOLEMPGIACO, CURTIACO ET TURNIACO.

(B. h. 246, CCXLVIII [1].)

Testante sacro eloquio, cognovimus quod omnibus christianis de hac vita migrantibus, helemosinis et orationibus subvenire debeamus, quanto magis fratribus et propinquis. Quamobrem noverint omnes filii sanctæ hujus æcclesiæ monasterii Cluniacensis, quod Durannus de Sancto Nicetio et frater ejus Wido dederunt Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, pro anima et sepultura fratris sui Gaufredi, in villa Solempgiaco, duos servos, Durannum et Constantium, et duas ancillas, Arsendam et Belesendam; in Curtiaco quoque Grimaldum et Constantinum, necne duas ancillas, Anastasiam et Pulilinam; et in Turniaco suam partem filiorum Andreę et uxoris ejus. Hæc autem donatio facta est in manu domni Jozeranni, cognomento Grossi, tunc temporis prioris Cluniacensis [2], videntibus nobilissimis viris, Ansedeo de Oblado, et Umberto Ungro, et Gaufredo de Cluniaco, et multis aliis, ut monachi ejusdem loci hæc omnia teneant et possideant in sempiternum. Quod si quis vivens homo, sive clericus, sive laicus, aut femina huic donationi contradixerit, nisi cito resipuerit aut emendaverit, iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli in presenti seculo et in futuro incurrat. Fiat, fiat, amen. S. Duranni et Vuidonis, qui hanc donationem fecerunt et firmare rogaverunt. S. Ansedei de Obladi (*sic*). S. Unberti Ungro. S. Gaufredi de Cluniaco.

1049-1109.

[1] Voyez le numéro suivant, qui complète la donation des serfs et serves.

[2] [Ce Josserand le Gros, prieur de Cluny, était de la maison de Brancion; nous ignorons malheureusement à quelle date précise il exerçait son office. C'est sans doute le même qui figure dans la charte n° 3077.]

3105.

CHARTA QUA ILDINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM QUI VOCATUR PLATEA, ETC., ET DURANNUS WIDOQUE DANT SERVOS IN VILLIS SOLOGIACO, CURTIACO ET TURNIACO.

(B. h. 250, CCLII [1].)

1049 1109 (?). Quos amor ad se alligat Christi, cogitantes operante Sancto Spiritu de animarum suarum salute, sub capitulo uno placuit annotari ac nuncupari. Proinde omnibus, tam presentibus quam absentibus, infra matris æcclesiæ gremium degentibus notificare curabimus, quod quidam, Ildinus nomine, Dei gratia conpunctus, Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo Cluniensique monasterio in eorum memoria constructo ac dedicato, unum mansum dedit qui vocatur Platea, partes quoque suas de silvis duabus, quarum nomina sunt Marchio et Nurulio. Ad hoc Durannus et Wido dederunt similiter[2] duos servos quorum nomina hæc sunt: Durannus et Constancius, duas etiam ancillas, Alsendam[3] et Belesendam, in villa Sologiaco[4]. Item in Curtiaco alios duos, Grimaldum et Constantinum, et duas itidem ancillas, Anastasiam et Pililinam[5]. Preterea suam etiam partem filiorum Andreæ et uxoris ejus in Turniaco villa.

3106.

CHARTA QUA ILDINUS DE SISILIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, UBI MONACHUM FIERI VULT, MANSUM DE PLATEA ET PARTEM SILVARUM DE MARCHIO ET NURULIO.

(B. h. 557, DLX [6].)

1049-1109. In nomine Verbi incarnati. Ego Ildinus de Sisilis dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi me monachum fieri volo, ubi donnus Hugo abba preesse videtur, aliquid

[1] Voyez la pièce précédente et la suivante.

[2] Ce qui suit est un résumé de la charte précédente, sans les souscriptions.

[3] B. h. 246 : *Arsendam.*

[4] B. h. 246 : *Solempgiaco.*

[5] B. h. 246 : *Pulilinam.*

[6] Voyez aussi le numéro précédent.

de rebus meis quę sunt sitę in pago Matisconense, in villa Solomgiaco : hoc est unum mansum qui vocatur de Platea; et quicquid visus sum habere in duabus silvis, Marchio et Nurulio, ut ex hoc die monachi ejusdem loci Cluniaci, absque ulla contradictione, teneant et possideant in perpetuum. S. Ildini, qui fieri et firmare rogavit. Si quis autem huic donationi contradictor estiterit, nisi cito emendaverit, anathema sit.

3107.

CHARTA QUA NOTUM EST VULARDUM VENDIDISSE MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM QUI VOCATUR A SALNA.

(B. h. 251, CCLIII.)

Notum sit omnibus, quod quidam, nomine Vulardus, campum monachis quendam qui a Salna vocatur Cluniensibus vendidit, accipiens precium ab eis denariorum XVIII. Habet in longum perticas XXV, in una fronte perticam et dimidiam. Infra has terminationes, totum vobis vendo, ut deinceps faciatis quod volueritis. S. Vulardi. S. Giroldi. 1049-1109 (?).

3108.

CHARTA QUA LAMBERTUS ET UXOR EJUS LODOARA NOTUM FACIUNT SE MANSUM IN VILLA BRENIS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 252, CCLIIII.)

Quoniam cuncta quę gerimus transitoria et vana sunt, et semper sollicitos et miseros sui amatores relinqunt, opere precium esse credimus quoddam statuere quod eternum et inconcussum pro eternę vitæ desiderio permaneat. Unde omnibus infra sanctę Dei æcclesię gremium viventibus presentis temporis et futuri notum sit, quod ego Lanbertus et uxor mea, nomine Lodoara, et filii nostri, quorum nomina hæc sunt : Ansericus, Ismido, Balduinus, divino amore conpuncti, peccaminum nostrorum molem cognoscentes, presertim illam vocem Dominicam quę dicit : « Date helemosinam », et item : « Facite « vobis amicos de Mamona iniquitatis » adimplere cupientes, donamus 1049-1109 (?).

Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de nostra hereditate quę est sita in pago Wiennensi, in villa Brenis, in vicaria Sancti Donati. Ecce est unus mansus cum omnibus ad se pertinentibus, vineis, campis, silvis, aquis aquarumque decursibus, totum ad integrum quod ibi habemus, quesitum et inquirendum. Facimus autem hanc donationem pro animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum atque fidelium christianorum remedio. Ut autem firma perpetualiter permaneat, manibus propriis firmavimus et fidelibus nostris, tam presentibus quam absentibus, quantum ratio expetierit firmare precipimus. S. Lanberti et uxoris ejus Lodoarę et filiorum [Anserici, Ismidonis], Balduini. S. Vuigonis Gaimenę. S. Albonis, cognomento Segnereto. S. Hugonis Palete, item alterius Huigonis. S. Arberti.

3109.

CHARTA QUA RITFREDUS NOTUM FACIT SE IPSUM ET QUASDAM RES IN VILLA NUNCUPATA VILLA MONASTERIO CLUNIACENSI PRO SE ET FILIO SUO DEDISSE.

(B. h. 253, CCLV.)

1049-1109. Dum in hujus seculi erumpnosa vivitur peregrinatione, dum licet tempusque congruum instare cernitur, summopere cuique fidelium maximeque laicali professione viventium providendum est, ut Domini dicentis voci aurem accommodet suam : « Venite ad me, omnes qui « laboratis et honerati estis »[1], et cetera, et in alio loco : « Qui amat « patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus[2] ». Igitur in nomine summę et individuæ Trinitatis, omnibus Christi caractere insignitis clareat, quod ego Rietfredus, hujus muneris capessendi gratia, Christi amore preventus, a negociis secularibus memet ipsum abstrahere cupiens, et in Dei servitio deinceps occupare vitam meam sub regulari norma desiderans, dono mecum Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo aliquid de mea hereditate, quę est sita in pago Vien-

[1] [*Math.*, XI, 28.] — [2] [*Ibidem.*, X, 37.]

nensi, in loco qui vulgato nomine vocatur Villa : hoc sunt campi, vinęe, prata, molendina, aquę aquarumve decursus, silvę, terræ cultę et incultæ, totum ad integrum dono quod habere ibi videor. Item quoque in Rispaciaş villa, quicquid ibi visus sum habere totum concedo. Terminatur autem memorata hereditas de latere uno strata publica Viennensi[1], et de alio latere Villa. Facio autem donationem hanc pro me et filio meo Otmaro, quem in pueritia constitutum mecum trado Deo perpetualiter serviturum. Retineo autem quandiu vixero et filius meus Otmarus, medietatem de Viriaco ad usus nostros; et ut firmum permaneat, manu propria firmo et testibus roborandam trado. S. Ricfredi, qui hanc donationem fecit et firmare rogavit. S. Otmari, filii ejus.

3110.

WERPITIO QUERELARUM IN VILLIS DONZIACO ET TERVI QUAS FACIEBANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS ALDEBURGA ET FILIUS EJUS GAUZMARUS.

(B. h. 254, CCLVI.)

Notitia verpitionis acta Cluniaco. Venit Aldeburga et verpivit tam ipsa quam filius ejus Gauzmarus omnem querelam Deo et sancto Petro de his querelis quas in villa Dontiaco sive Tervi contra monachos de Cluniaco habebant. Si quid actenus justę querelę habere visi sunt, hoc omnimodis pro anima Girbaldi prefato loco tribuunt et concedunt. Si quid vero injuste actenus aliquid querere visi sunt, omnia propter amorem Dei et pro animarum suarum, pro anima quoque Girbaldi, tam Aldeburga quam filius ejus Gauzmarus ac si qui aliqui ex eis calumpniatores supersunt redemptione ab hodierna die dimittunt, ut nullam calumpniam deinceps monachi habeant et sine ulla contradictione in pace possideant. S. Aldeburgis, quę hanc cartam et verpitionem fecit et firmare rogavit. S. Annonis. S. Gauzmari. S. Girberti presbiteri. S. Gislardi.

1049-1109 (?).

[1] [Le manuscrit porte ici *Vientiensi.*]

3111.

CHARTA QUA BERARDUS DE VALLE BUFERIA ET UXOR EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES CURTILOS IN VILLA MARLIACO, ETC.

(B. h. 256, CCLVIII.)

1049-1109 (?). Quemadmodum quis pelagi profundum ingressus videns undisonas procellas turgere, ne naufragium paciatur ad tranquillitatis portum pervenire obtat, sic nos in hujus mundi pelago positi vitare fluctus vitæ hujus debemus, properantes semper ut ad tranquillitatis portum quo nemo sustinet naufragium, valeamus pervenire. Quo non pervenitur nisi prius hic sua quis larga manu tribuat operariis Christi in vinea ipsius laborantibus, quatinus eorum precibus una cum eis adipisci mereatur supernum gaudium. Quo accensus desiderio, ego Berardus de Valle Buferia dono aliquantulum de mea hereditate Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniacensi in eorum nomine dedicato, cui domnus Hugo abbas prodesse magis quam preesse videtur, unum videlicet curtilum quem Rainerius tenet super fluvium Essintiam cum vinea et cum omnibus appenditiis suis; et in villa quę Marliacus dicitur similiter duos curtilos, unum ad presens, alium vero post discessum uxoris meę, vocabulo Annę, cum omnibus quę ad ipsum pertinent, cui illum possidere dum vita comes fuerit fas sit, eo scilicet tenore ut singulis annis pro vestitura monachis censualiter unius asini onus de vino reddat. Ecce[1] hæc terra est in agro Quintiaco, in eadem villa Marliaco sita. Dono etiam cujusdam planti medietatem, scilicet post discessum uxoris predictæ. Quod ut firmum et inconcussum permaneat, manibus propriis firmavimus testibusque roborandam concessimus. S. Berardi. S. Annę, uxoris ejus. S. Stephani. S. Ilionis. S. Hugonis. S. Rotlanni. S. alterius Hugonis.

[1] [Cette tournure de phrase insolite se trouve déjà dans le n° 3108.]

3112.

CHARTA QUA BERNA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA NOGIANT.

(B. h. 257, CCLIX.)

Quos Christi dilectio in unum copulat, de animarum salute suarum cogitantes, dignum sub uno titulo annotari fuit. Unde omnibus Christi caractere insignitis, presentis temporis et futuri pateat, quod ego, in Dei nomine, Berna, divino amore conpuncta, de animę meę ac senioris mei Raiherii ac filiorum meorum Valterii, Bernardi atque Ottonis, incolomitate cogitans, dono aliquid nostræ hereditatis cum consilio et voluntate eorum Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniensi, specialius tamen pro sepultura nostra : hoc est unus mansus cum omnibus appenditiis, qui est situs in pago Cabilonensi, in villa quę Nogiant vocatur. Terminatur autem de uno latere terra Sancti Petri Cabilonensis, de alio vero terra Sancti Philiberti, a mane et a sero via publica. Infra istas terminationes, totum ad integrum dono ac transfundo ad locum Cluniacum, ut ejusdem rectores loci quicquid illis visum fuerit deinceps faciant, nemine contradicente. Si quis vero forte, quod minime fore spero futurum, heredum vel coheredum nostrorum vel nos ipsi, (quod absit!) huic dono a mæ (*sic*) facto spontaneę contradicere voluerit vel inquietaverit, omnes maledictiones quę in novo et veteri continentur Testamento super eum, nisi cito resipuerit, descendant. S. Bernæ, quę donum hoc fecit et rogavit firmari. S. Vualterii filii ejus. S. Bernardi, S. Ottonis filiorum ejus. 1049-1109 (?).

3113.

CHARTA QUA NOTUM EST LOTERIUM ET UXOREM EJUS INGELBURGEM QUASDAM RES IN VILLA SEIA MONASTERIO CLUNIACENSI VENDIDISSE.

(B. h. 259, CCLXI.)

Quia presens vita labilis est et multis miseriis plena, decentibus (*sic*) 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE

succedentibusque hominibus, idcirco quę in presenti fieri videmus, ne in posterum futuros lateant, scripto comendare curavimus. Quamobrem notum omnibus presentibus et futuris sit, quod ego Loterius et uxor mea Ingelburgis, venditores, vendidimus monachis Sancti Petri Cluniensis monasterii, quandam hereditatem quam simul habemus in pago Matisconensi, in agro Laliacensi, in villa quę dicitur Seia, quam dedit Bernardus, filius Maienbodi, uxori meę, antecessor meus, et quantum visi sumus habere, hoc sunt campi, vineę, prata, curtiferi, silvæ, edifitia, pascuę, aquę, aquarumque decursus. Similiter et aliam hereditatem quam uxor mea de Ragembaldo et Alemaro conquisivit. Pro quibus precium triginta solidorum ab eis accepimus, et curtilum videlicet unum in escammium in villa quę dicitur Sanctus Martinus, scilicet per x solidos, et omne quod visi sumus habere totum vobis vendimus atque transfundimus ex integro, quesitum et inquirendum, ut a die presenti et deinceps loci ejusdem rectores quicquid voluerint facere faciant. Si quis vero huic venditioni contradicere voluerit, non ejus vox audiatur, sed semper rata et immobilis nostra permaneat venditio, stipulatione subnixa. S. Loterii, S. Ingelburgis, qui fecerunt et firmare rogaverunt. S. Bernardi. S. Huberti. S. Rotberti. S. Oddonis. S. Vualterii. S. Heldeberti. Actum est Besorniaco publice. S. Aymonis scriptoris.

3114.

CHARTA QUA ARDRADUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVOS ET ANCILLAS, PRO ANIMA UXORIS SUÆ ALDANÆ.

(B. h. 260, CCLXII.)

1049-1109. Scriptura divina nos ammonet et exortatur, ut quandiu vivimus, non, si qua agere valemus bona, postposita omni cunctatione pigritemur, facientes nostri eos debitores quos veraciter novimus et inpresentiarum corporum saluti consulere et in futuro animarum judices fore minime dubitamus. Quia vero nil boni post mortem agere possumus, opere precium esse credimus, ut antequam debitum humanum exsolvamus, et ad juditium subtile et tremendum perducamur,

in istius vitę brevitate a nobis comissa neglegenter penitentiæ manu qualitercumque possumus tergere non desistamus. Idcirco ego Ardradus dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo Cluniacensique monasterio, pro anima mea et uxoris meę Aldanæ, quosdam ex servis prefatę mulieris, qui ei jure hereditario obvenerant; et vocantur his nominibus Leutaldus, Raimbaldus, Bernaldus, et quedam soror eorum, nomine Rotberga, mater vero eorum Dominica. Hos ergo servos et ancillas, tam ipsos quam etiam posteritatem ipsorum germinis, trado atque transfundo ad jam dictum cęnobium, pro animarum nostrarum remedio, et faciant ex his servis supradicti loci habitatores deinceps quicquid eis placuerit. Si quis autem hanc donationem calumpniare voluerit, non valeat vendicare quod repetit, sed arbitrum juditio convictus, auri libras duas cui litem intulerit persolvat, et inantea firma et inconvulsa, stipulatione subnixa, permaneat. S. Ardradi, qui fieri et firmare rogavit.

3115.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MINCIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM QUAM VOCANT MONTEM SERENUM SERVOSQUE ET CONSUETUDINES DIMITTIT.

(B. h. 261, CCLXIII.)

Si quis mente integra sollicite quam labilis et crebris doloribus plena presens vita existat perpendat, divino illuminatus dono, non esse confidendum in ea vel congregandas divitias cognoscet, sed ad illam vitam omnem mentis intentionem integre fore dirigendam quę nullo clauditur fine dierum, quo nemo perveniet, nisi is qui suas hic prius bene Christi pauperibus ac caritative dispensaverit, juxta Domini preceptum, quo ait : « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata « Dei[1] ». Hujus adipiscendi gratia itaque doni, ego Vuicardus de Minciaco, reminiscens me valde peccatorem, extremumque diem metuens, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo Cluniensique mo- 1049-1109 (?).

[1] [*Matth.* XIX, 17.]

nasterio, fratribusque ibidem Deo famulantibus, aliquid de mea hereditate, et hoc pro sepultura mea, videlicet illam terram quam Montem vocant Serenum, medietatem de omnibus quę in ea visus sum habere usque ad inquirendum; concedo etiam eis quendam servum cum filiis et filiabus suis, nomine Rotbertum de villa Curtilis. Remitto etiam omnem illam consuetudinem quam Oddo accipiebat in illis terris quę in Ciciaco sunt. Similiter quoque dimitto v modios vini, quos requirebam ex toto. Omnes vero servos et ancillas et terras quas in presenti habent vel possident, si aliquam calumpniam juste vel injuste in eis habeo, totum dono et remitto Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et monachis Cluniensibus, pro animę meę remedio parentumque meorum. Unum quoque mansum in Sarciaco similiter dono et remitto, ut habeant omnia in perpetuum sicut et possident. Facio autem hanc donationem sive verpitionem in domni Sigaldi presentia, tunc temporis prioris, accipiens scilicet unam mulam ab eo. S. Vuichardi, qui hanc cartam rogavit fieri. S. Arlebaldi. S. Achardi. S. Constantini. S. Lanberti. S. Vuarnerii. S. Alghardis, uxoris Vuichardi. S. Jozeranni, filii ejus. S. Ansedei. S. Arlei.

3116.

CHARTA QUA ORNADUS ET UXOR EJUS ALTASIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA DUMBINAS.

(B. h. 262, CCLXIIII.)

1049-1109 (?). Auctoritas divina nos vigilanter admonet, ut dum vivitur in hujus seculi pelago, certatim ad gaudia currere mansura sine fine debeamus. Quapropter si deinter undas hujus pervagantis seculi misericorditer a Domino volumus eripi et ad portum quietis pertrahi cupimus, summopere providendum nobis est, ne justo judici in illo justę exagerationis examine penitus, ubi cunctis patebunt cuncta quę quis in carne gessit, inveniamur infructuosi. Unde omnibus Christi caractere insignitis notum sit, quod ego Ornadus et uxor mea, nomine Altasia, Domini amore conpuncti, pariter et juditii futuri terrore perterriti,

donamus Deo et ejus apostolis Petro et Paulo, et loco Cluniensi, in eorum veneratione consecrato, aliquid de nostra hereditate quę sita est in Matisconensi pago, in villa quę Dumbinas nuncupatur : hoc est mansum unum, cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, silvis, pascuis, cum convicinalibus ceteris consuetudinibus et omnibus quę in ipsa villa mihi esse videntur. Facio autem hanc donationem, eo videlicet conventu, ut quandiu vixero teneam et omni anno pro investitura duos vini modios persolvam; post obitum vero meum, ex integro prefato loco remaneat et ut mihi sepulturę locus, si forte in ista provincia finis meus advenerit, honorifice tradatur. S. Ornadi, qui donum fecit et firmare rogavit. S. Altasiæ, uxoris ejus. S. Gudulrici. S. Achardi. S. Johannis. S. Girardi.

3117.

CHARTA QUA GAUFREDUS, MATISCONENSIS CANONICUS, ET FRATER EJUS OGGERIUS RENOVANT DONATIONEM MONASTERIO CLUNIACENSI A FRATRE EORUM WICHARDO FACTAM, MANSUM QUOQUE DE BERGESON ET ALIAS RES TRADUNT.

(B. h. 265, CCLXVII.)

Specialius Christi preceptum nemo fidelium esse dilectionem dubitat; quę quanto minus inter hujus mundi amatores habundat, tanto plus habundare inter spirituales debet, videlicet ut alter alterius subveniat necessitati, quia omnes in Christo fratres sumus. Proinde in nomine sanctæ et individuę Trinitatis, ego Gaufredus, Matisconensis canonicus, et frater meus Oggerius renovamus et nostra donatione confirmamus donationem fratris nostri Vuichardi. Tradimus etiam ad altare sanctorum apostolorum Petri et Pauli, terram videlicet quam Bernardus tenet de Salmoie, mansum quoque de Bergeson, quem Lietbaldus tenet. Facimus insuper verpitionem de feudo de Lochier. Hæc omnia a die presenti et deinceps monachi predicti loci sine alicujus contradictione teneant et ut firma usque et inconvulsa permaneant manu firmamus propria. S. Gaufredi, qui donum hoc fecit et firmare rogavit. S. Oggerii.

1049-1109 (?).

3118.

CHARTA QUA ACHINUS MILES NOTUM FACIT SE QUASDAM RES SERVOSQUE IN VILLIS DUNZIACO ET MONTELLO MONACHIS CLUNIACENSIBUS DEDISSE.

(B. h. 266, CCLXVIII, et 606, DCIX[1].)

1049-1109. Quoniam presens vita peregrinatio est et labilis, et qui ad vitam suspirat perpetuam, ei tormentum est, quamvis blanda esse ac dulcis videatur, idcirco toto mentis conamine, quantum nobis divina opitulante clementia permissum est, elaborare jugiter debemus, ut deposito carnis honere admittamur in illam quę caret fine. Igitur cunctis Christi caractere insignitis notum esse volo, quod ego Achinus miles, Dei amore ductus, reminiscens sententiæ dicentis : « Thesaurizate « vobis thesauros in cælo », et alibi : « Redemptio animę viri substan-« tiæ ejus », dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ac monasterio Cluniensi, cui domnus Hugo abba preesse pariter et prodesse videtur, aliquid de rebus meis jure mihi hereditario succedentibus. En sunt site in pago Maticonensi[2], in villa quę vocatur Dunziacus : hoc est unum mansum qui vocatur ad Crosum, cum omnibus appendiciis ad se pertinentibus, videlicet vineis, pratis; et unum pratum in loco qui ad Prelium[3] vocitatur, meam videlicet partem. Itemque similiter in eadem villa terram et boscum quę habeo cum ipsis monachis jam supradicto loco. Preter hoc in villa quę dicitur Montellus medietatem meę partis et quicquid visus sum habere, necnon et quendam boscum qui Silviniacus vocatur, terciam scilicet partem. Insuper quoque duos servos et ancillam unam, cum infantibus suis, quorum nomina hæc sunt, Bernardus, Briccius, Eva. Si quis vero forte, quod minime spero venturum, heredum aut coheredum meorum, diaboli fascibus inflamatus huic donationi a me sponte factę contrahire voluerit, iram Dei omnipotentis et suorum apostolorum primitus incurrat, sitque ejus societas cum Juda, Christi proditore, et cum Datan et Abiron,

[1] La seconde copie du cartulaire n'est qu'une analyse de la première. — [2] B. h. 266 porte *Mariconensi*. — [3] [B. h. 606, *ad Brolium*.]

necnon cum his qui dixerunt Deo : « Recede a nobis », nisi a sua cessaverit perversitate; deinde judiciaria potestate cogente, cui litem inferre presumpserit auri libram exsolvere cogatur. Et nostra donatio rata et immobilis stipulatione subnixa permaneat. S. Achini, qui hoc donum fecit et firmavit testibusque firmandum contradidit, quorum nomina hec sunt : Hugo cui cognomen est Petracampo, Hugo de Dunziaco, Siguinus, Wilelmus, Durannus [presbiter], Wilelmus decanus, Theotardus monachus, Gontardus prepositus, Artaldus miles, Gozerannus, Rozelinus[1] presbiter, [Humbertus, Ochinus monachus.]

3119.

CHARTA QUA NOTUM EST JOZERANNUM DE MAZEROLO DUOS CAMPOS IN VILLA BURZEI MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 269, CCLXXI.)

Quantum sensus ac intellectus humanus sagaciter existimare ac sollerti indagine perpendere potest, nihil amplius in hujus seculi lucem valet de fugitiva gaudia lucrare, quam ut de rebus temporalibus Christi fidelibus in elemosinam aliquid inpendatur. Unde sciant omnes Dei et sanctæ æcclesiæ fideles, presentes et futuri, quod Jozerannus de Mazerolo, peccatorum suorum a Deo promereri remissionem desiderans, ut sanctos apostolos Petrum et Paulum intercessores habere possit, dedit eis ad locum Cluniacum in eorum honore constructum et dedicatum, et ad fratres in eodem cœnobio Deo servientes, de alodo suo aliquam portionem, duos scilicet campos in villa quę vocatur Burzei, ut supradicti fratres sine alicujus contradictione eos in perpetuum teneant. Et ut hæc donatio ulterius non possit calumpniari, propria manu firmavit et firmandam testibus tradidit. Nomina quorum hec sunt : S. Bertranni de Burzei, S. Constantii de Santemei, et alii quamplures qui tunc aderant.

1049-1109 (?).

[1] [B. h. 606, *Gotserannus, Rodcelinus.* Les mots entre crochets sont tirés du numéro 606.]

3120.

CHARTA QUA INGELBERTUS ET DUO FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSOS DUOS IN VILLA BICEI.

(B. h. 271, CCLXXII *bis*.)

1049-1109 (?). In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus ubique terrarum sanctæ ecclesiæ Dei fidelibus, quod liberi homines, et sine contradictione omnino alicujus, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, contulerunt de alodiis suis quę sibi jure hereditario contingebant, in villa cui vocabulum est Bicei, pro redemptione animarum suarum et omnium parentum suorum : Ingelbertus unum scilicet mansum ex toto sicut tenuit in silvis, in terris, in aquis; Bernardus similiter et frater ejus Stephanus unum mansum. Istarum donationum testes et conlaudatores sunt boni et legales viri. Bernardi et Stephani testes sunt avunculi eorum Bernardus et Ubertus et Wilelmus fratres; Ingelberti vero Jozerannus, frater ejus, et Ubertus cognomento Ungeres.

3121.

CHARTA QUA RAIMODIS, UXOR ANSELMI DE BRICTIIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI FRANCHISIAM IN VILLA CIRGAS TERRAMQUE IN VILLA MONTE.

(B. h. 273, CCLXXIIII.)

1049 1109. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Raimodis, uxor Anselmi de Brictiis, recognoscens multum me peccasse contra Deum et sanctos ejus, ideo ego perterrita et pavore commota propter metum gehennę[1], ignis penas inferni, confugio ad fontem misericordię Dominum nostrum Jesum Christum et ad vocem Evangelii in quo ipsa Veritas loquitur, dicens : « Date helemosinam et ecce omnia », et cetera. Item in Evangelio proclamat dicens : « Quia sicut aqua ex« tinguit ignem », et cetera; et Scriptura loquitur dicens : « Peccata tua

[1] [Suppléez *et*.]

« helemosina redime ». Quapropter ego Raimbodis veniens ad extremum diem mortis meę, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et predicabili loco Cluniaco, cui domnus Hugo abbas prodesse videtur magis quam preesse, fratribusque ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, dono ego supradicta femina, pro animę meę remedio et loco sepulturę, ut possim habere partem et societatem in omnibus beneficiis quę ibi fiunt, franchisiam quam habebam in villa Cirgas, totum ab integro, sine ullo calumpniatore, videlicet sex gallinas, duas aucas, tres panes et tria sextaria vini et totidem sextaria de civata. Item in villa Monte dono unam peciam de terra quę mihi obvenit ex hereditate mea, et quam tenebam legitime per alodum. S. Raimodis, quę donum hoc fecit et testes rogavit firmare. S. Girardi, filii sui. S. Rotberti, filii sui. [S.] Dalmatii, filii [sui]. S. Vuidonis, filii sui.

3122.

CHARTA QUA MALLENUS, FILIUS TRUANNI ET AZÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA VENNONE.

(B. h. 275, CCLXXVI.)

Quia presens vita labilis et caduca ac multis calamitatibus plena est, 1049-1109 (?).
summopere debemus ad illam quę nullo diei terminatur termino intentionem nostræ mentis dirigere. Quapropter notum sit tam presentibus quam absentibus, quod ego Mallenus, ad illam desiderans pervenire vitam, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniacensi, in eorum veneratione consecrato, aliquid de rebus juris meę hereditatis quę est sita in pago Wiennensi, in villa cui vocabulum est Vennone. Est autem vinea quę terminatur a certio de ipsa hereditate et perario, similiter a medio die de ipsa hereditate, a mane via publica. Fatio autem donationem hanc pro remedio animę meę et anima patris mei Truanni matrisque meę Azę et fratris mei Gausmari omniumque parentum meorum, ea tamen conditione, ut quandiu vixero teneam et possideam, et omni anno in vestitura onus unius asini de vino persolvam. Post meum vero discessum, totum ex

IMPRIMERIE NATIONALE.

integro ad Sanctum Petrum perveniat. Si quis vero hanc donationem irritam fecerit, omnibus maledictionibus subjacebit, et cum Juda Christi traditore in inferno mansionem habebit. Ut autem firmum et inconvulsum consistat, propria manu firmavi testibusque roborandam tradidi. S. Malleni, qui donum hoc fecit et firmavit et firmare precepit. S. Gausmari fratris ejus. S. Aalbaldi presbiteri. S. Gausmari.

3123.

CHARTA QUA GIRBALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA PESTONGIAS.

(B. h. 276, CCLXXVII.)

1049-1109 (?). Dum in hujus seculi vivitur peregrinatione, et dum licet et tempus idoneum instare videtur, convenit unicuique fidelium precipue laicali professione viventium, de salute animę suę cogitare. Proinde quantum humanus sensus ac intellectus sagaciter perpendere atque sollerti indagine rimari potest, nihil utilius in hujus vitæ lucem valet de fugitiva gaudia lucrari, quam ut de bonis temporalibus Christi fidelibus aliquid hælemosine subsidium inpendatur, quatinus a summo Patrefamilias in remuneratione denarii cum ipsis remunerari mereantur. Hujus itaque remunerationis gratia, ego Girbaldus dono Deo et apostolis ejus Petro et Paulo aliquid de mea hereditate quę est sita in pago Matisconensi, in villa quę dicitur Pestongias : hoc est unum scilicet curtilum et duo prata. Terminatur curtilus a mane via publica, a meridie Abundii, a certio terra Sancti Petri, a sero de ipsa hereditate. Unum pratum terminatur a mane terra Sancti Mauritii, a sero aqua volvente, a medio die de ipsa hereditate, a certio terra Rotgerii. Aliud vero pratum terminatur a sero terra Sanctę Mariæ, a mane via publica, a meridie terra Sancti Petri, a certio terra Sancti Vincentii. Fatio autem hanc donationem tali conditione, ut quandiu vixero teneam, et reddam inter vineam et prata, in vestitura, IIII^or sextaria vini. Dono etiam in alio loco unam vineam quę terminatur a mane terra Sanctæ Mariæ, a sero murus de ipsa hereditate, a certio Sanctæ Mariæ, a

medio die Sancti Petri. Item in alio loco unum campum; terminatur a mane de ipsa hereditate, a sero terra Sancti Vincentii, a medio die terra Abundii, a certio Sancti Petri. Dono in vestitura de curtilo et de campo regis[1] terræ. Et ut firmum permaneat, manu propria firmavi, et testibus roborandam tradidi. S. Girbaldi, qui donum fecit.

3124.

CHARTA QUA UBERTUS UMGRES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA FLAVIACO.

(B. h. 277, CCLXXVIII.)

In nomine Dei omnipotentis. Sciant presentes et futuri fideles Dei 1049-1109 (?).
et sanctæ æcclesiæ, quod Ubertus, qui vocabatur Umgres, pro remedio animæ suę suorumque omnium amicorum, destinavit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, et senioribus Cluniensis cenobii, de allodo suo, unam vineam quę appellatur Meplanz, ut supradicti seniores hereditario jure in perpetuum teneant sine aliqua contradictione et sine ullo respectu. Est autem sita eadem vinea in villa Flaviaco. Hanc autem donationem confirmavit et annuit filius ejus Bernardus. Cujus donationis testes sunt Bernardus, cognomento Umgres et Jozfredus et Durannus.

3125.

CHARTA QUA BERNARDUS, FRATER MALGUINI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM CUM VINEA IN VILLA SEIA.

B. h. 278, CCLXXIX.)

Conpatiens humanę infirmitati, auctor generis humani contra coti- 1049-1109 (?).
dianos nostros excessus diversa et salutifera dignatus est conponere medicamenta, quibus nostra lœtifera curentur vulnera. E quibus unum precipuum esse credimus, helemosinę largitionem, dicente eodem Domino : « Date helemosinam », et alibi : « Facite vobis amicos de

[1] [Lisez *regam*. Cf. Du Cange, v° *Rega, modus agri apud Aquitanos.*]

« Mamona iniquitatis », et cetera. Ideoque noverint cuncti fideles, quod ego Bernardus dono Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, aliquid de rebus meis quę sunt sitæ in pago Maticensi, in villa Seia, unum videlicet curtilum ad Vallem vocatur; terminatur a mane via publica, a meridie terra Bernardi, a sero terra Alberti, a certio terra Petri. Dono etiam vineam unam in ipso curtilo, quod dedit mihi Ildinus pro nece fratris mei Malguini, ut eum Dominus absolvat : terminatur de tribus partibus via publica, a medio die terra Sancti Petri. Facio autem hanc donationem pro anima mea patrisque matrisve et parentum meorum, æa videlicet conditione, ut dum vixero mihi liceat possidere, et omni anno pro investitura duo sextaria vini persolvam, et in loco sepulture meę et matris. Si quis autem hanc donationem infringere voluerit, vendicare quod repetit non valeat, sed juditiaria potestate cogente, auri libram cui injuriam intulerit coactus persolvat, et nostra donatio semper firma et stabilis consistat. Actum est Cluniaco publice. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Leotaldi.

3126.

CHARTA QUA RICHARDUS ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS UBI DICUNT AD MONTEM SERENUM [1].

(B. h 281, CCLXXXII.)

1049-1109 (?). Cunctis recte credentibus ac infra matris æcclesiæ gremium manentibus claret, quod ex bonis temporalibus ac juste adquisitis divina concedente clementia celorum regnum mercetur. Unde summopere est studendum, ut si qua bona valemus agere, postposita omni cun[c]tatione, non pigritemur, facientes eos nostri debitores, quos veraciter novimus et inpresentiarum saluti corporum multum consulere et in futuro animarum judices minime ambigimus. Igitur notum sit omnibus Christi caractere insignitis, quod Richardus Dei amore succensus una cum filiis suis Hugone et Tetberto, dedit Domino Deo et apo-

[1] On lit en marge, d'une écriture du XV[e] siècle : « prope decanatus de Masereto. » Nous ne connaissons dans cette région que le doyenné de Mazille.

stolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniensi in honore eorum consecrato, aliquantulum de hereditate suá quę in pago Matisconensi videtur sita, in loco qui dicitur ad Montem Serenum[1]: hoc sunt campi qui dicuntur Kasantlimerio, et propriam condaminam suam, et curtilos usque ad Bargisserenum, quesitum et inquirendum, totum prefato reliquit loco pro animarum suarum et suorum parentum remedio. S. Richardi, qui hanc donationem fecit et firmare rogavit. S. Hugonis atque Tetberti filiorum ejus. S. Duranni. Utile precium fuit hoc in loco inserendum, quod Ainardus et Gonterius fratres ejus hoc laudaverunt et firmaverunt factum donum, videlicet qüia jure hereditario sibi hæc pertinebant. S. Ainardi. S. Gonterii.

3127.

CHARTA QUA GIRBALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN OBLADO VILLA.

(B. h. 283, CCLXXXIIII.)

Inter cetera quę humano dignatus est generi medicamina Deus ac Salvator noster tribuere, unum maximum ac precipuum omnibus preposuit, dicens : « Date helemosinam et ecce omnia munda sunt vobis ». Idcirco ego Girbaldus, monitis obsecundare divinis affectans, ob meorum molem peccaminum, dono Deo et beatis ejus apostolis Petro et Paulo et loco Cluniensi, meam hereditatem que sita est in pago Matisconensi, in villa Oblato, ea videlicet ratione, ut quandiu mihi comes vita fuerit, licitum sit eam tenere, et omni anno pro investitura IIII^or vini sextaria censualiter exsolvam. Post discessum vero meum ex integro prefato remaneat loco. Et ut mihi fratres predicti loci eorum societatem tribuant, et si forte ad inopiam devenero, beneficiis suis me sustineant; et ut firmum ac ratum per omne permaneat tempus, manu propria firmavi testibusque firmandam tradidi. S. Girbaldi. S. Ascherii. S. Alerici. S. Isembaldi. S. Herlanni. S. Otelini. S. Martini. 1049-1109 (?).

[1] [Cette charte montre que le lieu dit *Mons Serenus* était aux environs de Bergesserin.]

3128.

CHARTA QUA GIRBERTUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM IN VILLA MISIRIACO.

(B. h. 284, CCLXXXV.)

1049-1109 (?). Quoniam hæc vita misera et caduca est, et se diligentibus multa adversa in presenti tribuens quosque decipere potest ad Tartara dirigit, ideo nobis cogitandum summopere est de illa quę caret fine. Ad quam nemo pervenire valebit, nisi hic res sibi a Deo creditas prius fideliter Christi pauperibus dispensaverit, et ideo ego Girbertus presbiter, sciens me valde reum esse mei ordinis, trado Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro animę meę remedio, et loco Cluniensi, aliquid mee heręditatis, unum videlicet pratum in villa Misiriaco situm, tali pacto ut ab hac die et deinceps sine contradictione alicujus quidquid facere voluerint faciant. Quod si quis temerario ausu cupiditate avaritiæ ductus huic dono contrahire voluerit, non vendicare quod repetit valeat, sed nisi cito resipuerit, iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli incurrat perpetuo igne dampnandus. S. Girberti presbiteri, qui firmavit et firmare oravit. S. Annonis. S. Tetelmi. S. Aaldranni. S. Gisembardi. S. Gozberti.

3129.

CHARTA QUA GOZERANNUS, UXORQUE EJUS ODILA ET FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAS IN PARROCHIIS VARENNIS, DOMNIQUE MARTINI ET IN VILLA MANSTRUACO.

(B. h. 287, CCLXXXVIII.)

1049-1109 (?). Quia refrigescit karitas, et habundat iniquitas, et quędam bene gesta plerumque a nonnullis injuste usurpantur, iccirco auctoritate priorum sanccitum est, ut ea quę in presenti fiunt tam ad instruendam bonorum ignorantiam, quam ad refellendam reproborum pertina-

tiam, litterarum vinculis comitantur. Et quoniam semper tempore necessitatis ad ea tutanda vel defendenda aliquando debitum humanę conditionis exsolventes, seu aliis preoccupati negociis presentes existere nequeunt, saltim suis ea auctoritatibus ac testamentis defendant. Quamobrem notum omnibus infra sanctæ matris æcclesiæ sinum degentibus sit, quod quidam, nomine Gozerannus, et uxor ejus Odila et filii eorum, pro animarum suarum remedio, dederunt Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo quasdam terras quas in parrœchia Varrennis et Domni Martini et in villa Manstruaco possidere videbantur, videlicet cum omnibus ad illas pertinentibus, id est cum servis et ancillis et ceteris. Quod etiam Vuichardus, qui hanc cartam fieri rogavit, laudavit ita habendum et possidendum monachis, nemine contradicente. S. Vuichardi. S. Adalberti. S. Huberti de Borna. S. alterius Huberti de Tileriis.

3130.

CHARTA QUA SICBALDUS WADIATOR ATTONIS PARTIM DAT, PARTIM VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM ET TERRAM IN VILLA RUFIACO.

(B. h. 289, CCXC.)

Sacrosancto ac venerabili loco in honore Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli dicato Cluniensis monasterii, ego igitur, in Dei nomine, Sicbaldus, vuadiator et helemosinarius Attoni, dono etiam supradictis apostolis, pro anima ipsius, sicut ipse moriens per andelannum delegavit, ut mos est legis salicæ, aliquid de rebus nostris quę in pago Maticensi sitę videntur, in villa cui dicitur Rufiacus : hoc est vineam et terram quę terminatur a mane terra Duranni, a meridie et a certio terra Sancti Petri, a sero via publica. Infra istas terminationes, totum ad integrum dono atque transfundo unam medietatem, pro anima ejus, et aliam medietatem quę mihi jure obvenit pro XII denariis. Si quis autem, quod futurum esse minime credo, ego ipse aut ulla intromissa persona contra hanc donationem seu venditionem aliquam inferre calumpniam voluerit, non valeat quod repetit vendi- 1049-1109 (?).

care, sed coactus potestate juditiaria, cui litem intulit auri uncias quatuor persolvat, et inantea omnique tempore stabilis consistat, stipulatione subnixa. Actum est Cluniaco publice. S. Sicbaldi, qui fieri et firmare rogavit.

3131.

CHARTA QUA ROTRUDIS, CUM FILIO ET SENIORE SUO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM ET CURTILUM IN VILLA VETUS CURT.

(B. h. 291, CCXCII.)

1049-1109 (?). Divina clementia opitulante, homini concessum est, ut quia nostra conditio labilis et prona est ad peccandum, saltim si deinceps vitam emendare suam voluerit, habeat unde sua obnubilare possit peccata, pauperibus Christi sua largiendo manu largiflua; dicente in Evangelio Domino : « Date helemosinam et ecce omnia[1] munda sunt vobis. » Quocirca ego, in Dei nomine, Rotrudis et filius meus Vulgerius, necnon et senior meus Otgerius, divinis obtemperare preceptis cupientes, donamus Deo et beatis ejus apostolis Petro et Paulo, et Cluniensi cœnobio in eorum honore consecrato, unam vineam cum curtilo in villa Vetus Curt. Habet quippe viginti perticas in longitudinem et in latitudinem duas perticas et dimidiam. Facimus autem hanc donationem pro animarum salute nostrarum, quatinus per eorum suffragia, celorum mereamur possidere gaudia, et ut a presenti die et deinceps ejusdem loci rectores quod illis visum fuerit inde faciant, absque alicujus calumpnia. Et ut firmum omni tempore permaneat, propria manu firmavimus et testibus roborandam tradidimus. S. Rotrudis. S. Vulgerii. S. Otgerii. S. Rotardi. S. Girbaldi. S. Ramnaldi. S. Armari. S. Constantii. S. Aalberti. S. Ramnaldi. S. Aalberti. Actum est Cluniaco publice. S. Senoldi. S. Ledpranni.

[1] Nous supprimons ici le mot *peccata*, qui est de trop.

3132.

CHARTA QUA JOZERANNUS, FILIUS HISRAELIS ET INGELBURGÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VERTIACO, LANTENA ET COLUMBA.

(B. h. 292, CCXCIII.)

Redemptor humani generis inevitabilibus nostræ fragilitatis casibus consulens, contra juges excessus nostros multa et diversa medicamina conficere dignatus est, quibus sordidata per baptismum denuo ad misericordiam consequendam conditio restauretur. Quorum unum precipuum esse credimus helemosinam, quodque omnibus anteposuit dicens : « Date helemosinam et ecce omnia », et cetera. Igitur ego Jozerannus, filius Hisrahelis et Ingelburgę, audiens Domini vocem dicentis : « Vendite quę possidetis, et date helemosinam[1] », non rectius putavi aliis pauperibus hanc helemosinam esse largiendam, quam illis de quibus Dominus in Evangelio : « Beati, inquam, pauperes spiritu, « quia vestrum est regnum Dei[2]. » Horum esse particeps cupiens, dono Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, quod mihi competit jure hereditario, in istis tribus villis, in Vertiaco, in Lantena, in Columba, meam partem de meo alodo cum servis et ancillis, ut ab hodierna die teneant et possideant monachi Clunienses sine ullo contradicente mortali homine. Si quis vero contradixerit, iram Dei cum Juda traditore incurrat, nisi cito emendaverit. S. Jozeranni. S. Bosonis prepositi Genevensis æcclesiæ[3]. S. Petri prioris. S. famulorum ejus, id est Gausberti, Tulumberti, David, Duranni, Marini. 1049-1109 (?).

[1] [*Luc.*, XII, 33.]

[2] [*Matth.*, V, 3.]

[3] [Boson paraît avoir rempli les fonctions de prévôt de Genève depuis 1052 environ jusqu'en 1113; il était en même temps évêque d'Aoste et a souscrit en cette double qualité plusieurs actes. Cf. *Galtia christiana*, t. XVI, c. 459.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3133

CHARTA QUA ARLEIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERTIAM PARTEM SILVÆ DE VERNEDO.

(B. h. 293, CCXCIIII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Arleius, in ultimis vitę positus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate, in pago Matisconensi, scilicet meam partem de silva Vernedo, hæc est tercia pars. Facio autem donationem hanc pro animę meę remedio, et ut corpus meum honorifice fratres ejusdem monasterii tradant sepulturę. Quod si quis hanc evertere voluerit helemosinam, fiat anathema maranatha. Et ut firma sit ista donatio, propriis manibus firmavi et testibus roborandam delegavi. S. Arlei, qui donationem fecit.

3134.

CHARTA QUA RAMNALDUS ET UXOR EJUS BERTA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VETUS CANABIS, BUGDONO, ETC.

(B. h. 294, CCXCV.)

1049-1109 (?). Divinę clementia pietatis mittens unicum filium suum ex servili forma incarnandum in hunc mundum, in forma nostrę mortalitatis, ne conditio humana maligni fraude seducta, post lapsum periret, ex hoc enim apparet quanta nos dilectione dilexit, videlicet quod dignatus est nostrę misereri naturæ eam assumendo, quod non est post ruinam angelicę creaturę. Quocirca quia ipse prior nos dilexit, tanto magis sincero et puro diligendus est et timendus amore, ne juste in illo justę exaggerationis examine pro tot beneficiis nobis a se inpensis nos sibi ingratos puniat. Proinde ego Ramnaldus et uxor mea, Berta nomine, ejus ducti amore, donamus sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, aliquid de nostra hereditate que sita esse videtur in pago Matisconensi, in villa Vetus Canabis, hoc est medietatem unius cor-

tili. Dono iterum in villa quę vocatur Bugdonum partem unius campi, hoc est unam tiliam quam donaverunt mihi Osbertus et Fredoenus. Dimitto etiam illum boscum quem habebam in querelam contra illos. Hæc omnia reddo eis in presenti, eo videlicet tenore, ut me et uxorem meam in suam societatem recipiant. Iterum post mortem meam dono eis in supradictam villam Bugdonum unam condaminam quam mihi donavit Ascherius; quę terminatur sic : a mane via publica, a certio terra Noerii, a vento pascheria, a sero terra Adalelmi. Similiter dono in villa Tendriaco unum campum quem donavit mihi Ascherius. Dono etiam in villa Raverias unam vineam quam Adraldus mihi donavit et medietatem silvę quę vocatur Canavanilis. Facio autem hanc donationem pro animę meę et uxoris meę remedio, et ut nobis defunctis corpora nostra honeste sepulture inibi tradantur; ea videlicet conditione, ut quandiu vixerimus nos duo, nobis fas possidendi ea sit, ita ut cum aliquis nostrum ab hac luce migraverit, pars ejus, id est medietas, ad jam prescriptam casam perveniat. Post discessum vero amborum ex integro totum ad jam dictum transeat locum, nemine contradicente. Si quis vero hanc descriptionis cartulam diaboli fascibus succensus calumpniari presumpserit, non optinere quod repetit valeat, sed insuper juditiaria potestate cogente, auri libras c constrictus persolvat, et nostra donatio tempore perpetuo, stipulatione subnixa consistat. Et ut rata et inconcussa permaneat, propriis manibus firmavimus, testibusque tradidimus roborandam. S. Ramnaldi et uxoris ejus Bertę, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Bernardi. S. Rotberti. S. Clementis. S. Arlei. S. Raimberti. S. Vuichardi. S. Richardi. S. Adalelmi. S. alterius Rotberti. S. Rainardi. S. Bernardi, Constantini, filiorum ejus.

3135.

CHARTA QUA JOZFREDUS DE SALA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BERISIM.

(B. h. 295, CCXCVI.)

Quia diu hic nobis non est manendum, oportet res nostras quo 1049-1109.

mansuri sumus vigilanti studio premittere. Unde ego Jozfredus de Sala, peccatorum pondera meorum cognoscens, atque extremi juditii diem pertimescens, penasque inextinguibilis ignis evadere volens, cum voluntate et assensu filii mei Vuichardi filięque meę, talem terram qualem visus sum habere, et talem mansum in villa Berisim, et omnia quę ad eundem videntur mansum pertinere, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et ad monasterium Cluniacum, in honore eorum consecratum, cui venerabilis abbas domnus Hugo videtur preesse pariter ac prodesse, pro æternæ vitæ desiderio, et pro animarum parentum meorum salute, et propter hoc specialiter ut Deus mihi indulgeat, si eum predam et rapinam faciendo de possessionibus ejusdem monasterii in aliquo offendi. Si quis autem forte, quod minime credo futurum, de parentibus meis hanc destruere donationem voluerit, fiat, nisi resipuerit, anathema; et ut firmum et stabile permaneat per evum propria designavi manu, testibusque tradidi roborandam, quorum nomina sunt hæc : Vuichardus de Marsi, Durannus de Sancto Nicetio, Gosfredus de Colunges.

3136.

CHARTA QUĄ BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRO SE ET PRO FILIO SUO NUTRIENDO RES SUAS IN VILLIS KAVARIACO ET MASERIACO.

(B. h. 296, CCXCVII.)

1049-1109. Notum sit omnibus fidelibus christianis presentibus et futuris, quod ego Bernardus, divina inspiratione conpunctus, pro salute animę meę, seculum deserere cupiens, talem donationem de bonis meis quę mihi jure hereditario subvenerunt facio, statuo et confirmo. Dono namque Cluniacensi monasterio, in quo me propter timorem futuri juditii et propter amorem cęlestis patriæ, seculo renunciare velle profiteor, fratribus ejusdem monasterii perpetuo tenendum ac possidendum, hoc quod hæc carta in subsequenti continet : apud villam Kavariacum, quę sita est in Lugdunensi pago, unam mansionem cum vinea quę eidem adjacet mansioni, pratum unum, partem unius agri,

in quo potest unum sestarium seminari, quintam partem unius silvę; apud Maseriacum insulam unam. Quę omnia dono sancto Petro in cujus honore illud constructum est monasterium, fratribusque Deo inibi servientibus, pro animabus parentum meorum et pro me, necnon et pro parvulo filio meo adhuc, si Deus voluerit, monacho futuro, addita super tali conditione pro predicto puerulo, ut interim a monasterii stipendiis nutriatur, donec ad etatem eam pervenerit qua in monasterio recipi valeat; et quicunque prenominata terra monasterio fraudem facere voluerint, deleantur de viventium libro et cum justis non scribantur. Facta est autem hæc donatio, regente hoc idem monasterium domno Hugone abbate, laudantibus et confirmantibus eodem ipso Bernardo preposito, Ainardo, Robpoldo.

3137.

CHARTA QUA ODILO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN MINCIACO VILLA, SI EAM RECUPERARE POSSIT AUT VIGINTI SOLIDOS.

(B. h. 297, CCXCVIII.)

Auctor humanæ salutis Dominus noster Jesus Christus saluti nostræ consulens, ac contra cotidianos nostros excessus salutifera apponens medicamina, inter cetera omnibus misericordiam preposuit, in Euvangelio inquiens : « Date helemosinam et omnia munda sunt vobis ». His omnibus preceptis ego Odilo optemperans, pro anime redemptionis [1] uxoris meę, nomine Alexandriæ, facio hanc convenientiam de quadam terra sita in pago Matiscensi, in villa Minciaco, quam quidam homines mihi contendunt, ut si ab hac die usque in Pentecosten non potuero quietam facere, xx^{ti} solidos reddam pro ea. Quod si stabilem et sine calumpniam potuero habere, Deo et sanctis apostolis ejus, Petro et Paulo, monachisque Cluniacensibus possidendam tradam jure perpetuo; et si quis deinceps vim aliquam inferre presumpserit, sit portio ejus atque hereditas in eternam conbustionem. 1049-1109 (?).

[1] [*Sic.* Lisez *animæ redemptione.*]

3138.

CHARTA QUA VULARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET PARTEM VINEÆ IN VILLA GALONIACO.

(B. h. 300, CCCI.)

1049-1109 (?). In nomine Domini. Ego Vulardus dono Deo et Sancto Petro partem meam de vinea in Galoniaco, pro redemptione animę meę : habet in concluso perticas XXXV; terminatur ex omni parte terra Sancti Petri. Item, in eadem villa, campum unum qui terminatur de tribus partibus Sancti Petri terra, de quarta parte Almanni terra; habet in concluso perticas XXV. Æcce precio accepto undecim solidis ab eis monachis, quatinus a die presenti et deinceps liberam faciendi facultatem habeant quod libuerit illis. S. Vulardi. S. Giliardi. S. Martini. S. Arnulfi. S. Girardi. S. Girberti. S. Alberici. S. Aldeleni.

3139.

CHARTA QUA RAIMODIS, UXOR GUIDONIS DE LA ROCHA, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM CUM CENSU SUO IN VILLA MONTELORIO.

(B. h. 302, CCCIII.)

1049-1109. Redemptor humani generis humanę casum conditionis presciens, nostræ consulens erectioni, diversa ac salutifera dignatus est prebere medicamina, que nostra curare valeant vulnera letifera. Inter quę unum maximum ac precipuum omnibus anteponens, dixit: « Date « elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis »; et alibi: « Thesaurizate « vobis thesauros in celo, quo fur non appropriat », et cetera. Unde ego Raimodis, uxor Guidonis de la Rocha, cupiens dominicis obsecundare mandatis, ob animę meę redemptionem, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro, apostolorum principi, et coapostolo ejus Paulo, gentium doctori, Cluniensique loco eorum in honore fundato et consecrato, cui domnus Hugo abbas magis prodesse quam videtur presse, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, unum

mansum in villa vocabulo Montelorio[1], et omnia quę ad eundem mansum pertinent, omnemque censum quem mihi per unumquemque reddebat annum, totum ab integro dono, laudo et confirmo loco prenominato, laudante viro meo Widone, et filiis meis Ademaro et Widone, et fratribus meis Girardo et Artaldo. Si quis autem hanc nostram donationem temerario auso diaboli fascibus inflamatus, infringere temptaverit (quod absit!), nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha. S. Raimodis, quę donum hoc fecit et firmavit et firmandum testibus tradidit. S. Widonis, viri sui. S. Ademari et Widonis, filiorum ejus. S. Girardi et Artaldi, fratrum ejus.

3140.

CHARTA QUA GUNDRUDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM CUM UXORE ET INFANTIBUS SUIS.

(B. h. 304, CCCV.)

Auctoritas divina unumquemque vigilanter admonet, dum vivitur in hac miserabili peregrinatione, certatim quod debeat ad gaudia sine fine mansuræ (*sic*) percurrere. Unde si deinter undas hujus pervagantis seculi quo ne quis inoffenso graditur calle a Domino recte eripi, et ad perpetuę portum tranquillitatis docte querimus prothrai[2], summopere studendum est nobis ne in illo justę exagerationis examine judici, ubi ea cunctis quę quisque dum in carne vixit gessit patebunt, inveniamur infructuosi. Quamobrem notum esse tam presentibus quam absentibus cupimus, quod ego Gundrudis peccatrix, Dei misericordia conpuncta, seculo abrenuncians atque monachicum habitum sumens, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniensi, aliquid juris meę proprietatis, videlicet unum servum, vocabulo Durannum, cum uxore sua et infantibus, absque alicujus calumpnia. Et ut ista firmior donatio ultronea a me facta permaneat, manu propria sub- 1049-1109.

[1] [On lit en marge du manuscrit : *Pro Longo ponte*. Or, le cartulaire du prieuré de Longpont renferme une charte de *Hugo de Monteler* vers l'an 1100, n° CCCXII.] — [2] Lisez *protrahi*.

scribo confirmando atque meis heredibus firmandam trado. S. Guntrudis. S. Fredelis, filię ipsius. S. Huberti. S. Gunterii archipresbiteri. S. Gislardi. S. Adalelmi.

3141.

CHARTA QUA EREMBURGIS DE SALINES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM GRIMALDI DE PARCE, MANSUMQUE ENGONIS ET ALIAS RES.

(B. h. 305, CCCVI.)

1049-1109 (?). Cunctis recte sapientibus claret, quod ex rebus juste adeptis ęternam valeant adipisci patriam, sicut scriptum est : « Regnum Dei tantum valet quantum habæs. » Ergo ut Dei regnum valeamus habere, studeamus bene agere. Illis bene valet regnum Dei, qui sua pro Christi amore caritative student Christi pauperibus distribuere. Unde ego Eremburgis de Salines dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo sanctoque conventui Cluniacensi mansum Grimaldi de Parce; item alium mansum Engonis, et pro investitura eorum dat per unumquemque annum nobis duas asinarias vini. Dat etiam preter hæc quandam vineam quę est juxta mansum Grimaldi, silvam quoque et planum.

3142.

CHARTA QUA LETBERGA ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAS IN VILLA MONCELLIS ET IN SARCIACO.

(B. h. 306, CCCVII.)

1049-1109 (?). Divina miserante clementia homini cito labefactanti concessum est, ut qui non se continere per carnis fragilitatem a lapsu valet, habeat unde sua, si deinceps vitam suam a malo abstinuerit, obnubilare peccamina queat, tribuens manu largiflua Christi vocem portantibus sua pro ejus amore, quatinus deposito carnis honere[1], sibi in eterna concedat una cum eis gaudia exultare. Proinde ego Letberga et tres filii mei Bernardus, Constancius atque Giso, Dei amore ducti, sperantes

[1] [Le ms. porte *honore*.]

per Dei misericordiam ad illa supernorum gaudia pervenire, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro animarum nostrarum remedio, et pro anima senioris mei Richelmi, donamus ad locum Cluniacum aliquid ex rebus nostræ proprietatis, vineam videlicet quandam quam conparavimus de Martino, tenentem in longitudine perticas XVII, et de uno fronte perticas III et duos pedes et dimidium, et de alia parte similiter III perticas et VII pedes, et de ambobus frontibus habet IIII^or perticas. Est autem ipsa vinea in Moncellis villa. Item donamus et raxiam unam de vinea in Sarciaco, et cuncta quę ibi sumus visi habere. In prefata quoque villa Moncellis aliam vineam XVII in longitudine perticas habentem, per utrosque frontes IV perticas. Quod si forte (quod minime unquam evenire credimus), aliquis nostrorum heredum vel coheredum, cupiditate ductus avaritiæ, hanc nostram donationem infringere voluerit vel calumpniaverit, iram Dei omnipotentis et suorum apostolorum incurrat, sitque ejus societas cum Juda, Domini proditore, et cum Datan et Abiron, quos tellus vivos absorbuit, nisi ad satisfactionem venerint, immo cogente potestate juditiaria, cui litem intulerit I auri libram coactus persolvat. Nostra autem donatio inviolabilis semper et inconcussa permaneat. S. Letbergę et Bernardi et Constantii atque Gisonis, filiorum ejus, qui hanc cartam fieri et firmare rogaverunt. S. Eldini. S. Gaurenguadi. S. Gisonis.

3143.

CHARTA QUA DUO FRATRES, DURANNUS ET WIDO MILITES, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI COLONIAM PERTINENTEM AD AGIONAM.

(B. h. 307, CCCVIII.)

Hæc est carta donationis quam duo fratres germani, milites Durannus et Vuido fecerunt in manu domni Hugonis abbatis, in capitulo Cluniacensi, et in presentia fratrum inibi consistentium, de colonia quadam quę pertinet ad Agionam, quam tenent coloni isti duo, Aldebertus de Arbon, et Lambertus, in qua videbantur habere IIII^or capones et IIII^or panes, denarios IIII^or, sextaria IIII^or vini, et duos cartallos de 1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

cibata. Hæc omnia tradiderunt sanctis apostolis in perpetuam possessionem retinenda, ut jam deinceps neque ipsi, neque ullus eorum successor reclamationem istius doni facere presumat. Si quis vero, diaboli fascibus succensus (quod absit!), temptaverit, non ad effectum causam quam cepit perducere valeat, set, nisi resipuerit, anathematis vinculo subjaceat; et nostra donatio perpetuo rata et inconvulsa consistat, subnixa stipulatione.

3144.

CHARTA QUA ELDEBERTUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CROPIA, VALLE ET CASSINIACO.

(B. h. 308, CCCIX.)

1049-1109 (?). Cunctorum conditori devote ac vigilanter bonorum servire cupientibus, ac ad supernum regnum pervenire per Christi misericordiam sperantibus christicolis omnibus, tanta devotio ac perfecta caritas inesse debet et habundare, ut bona comissa quę a Domino distribuenda Christi fidelibus, non in propriis usibus retinenda acceperunt, impendere caritative ac sollerter studeant. Scriptum quippe est : « Hilarem enim « datorem diligit Deus [1] ». Idcirco ego Eldebertus presbiter, cognonscens me per carnis fragilitatem multa deliquisse, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro animę meę redemptione, de rebus meis quę sunt in pago Matisconensi, in agro Fusiacense, in villa Cropia, hoc est curtilum unum et vineam unam; terminatur a mane terra Sancti Clementis, a medio die et a sero via publica, a certio Sancti Clementis. Infra istas terminationes, medietatem vobis dono. Item et in alio loco, in villa Vallis ubi dicitur, mansum unum et vineam insimul tenentem; terminatur a mane rivo decurrente, a medio die terra Duranni et heredum ejus, a sero terra Sancti Petri, a certio rivo influente. Rursum etiam in villa quę vocatur Cassiniaco, unum curtilum et vineam unam; terminatur a mane et a sero, a certio terra

[1] [II *Corinth.*, IX, 7.]

Sancti Petri, a medio die via publica. Infra has terminationes, totum ad integrum vobis dono. S. Eldeberti, qui donum hoc fecit et scripto commendare rogavit. S. Duranni presbiteri. S. Isnardi. S. Giraldi presbiteri. S. Gauzberti. S. Alboeni. S. Andreę. S. Rainardi presbiteri. S. Anselmi. S. Rotberti.

3145.

CHARTA QUA BERNARDUS, COGNOMINE LANCEA ACUTA, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PORTIONEM TERRÆ IN VILLA MAZEROIT.

(B. h. 309, CCCX.)

Si quis pro redemptione animę suæ sanctæ aliquid æcclesiæ ex propriis rebus conferre voluerit, scripto comittere studeat, ut ad posterorum noticiam tam ad piorum agnitionem quam ad impiorum repressionem transmittatur. Unde ego Bernardus, cognomento Lancea Acuta, divina Dei clementia aspiratus, meorum cognoscens enormitatem peccaminum, atque extremi timens examen juditii, ac perpendens animo penas impiorum debitas, premiaque justorum promissa, mecum cogitare cepi qualiter conditorem omnium, quem multis modis a primordio meę etatis offenderam, placare possem, quatinus in futuro eum pium invenirem. Verum nihil utilius longo tractatu evoluto repperi, quam ut ex mea copia servorum Dei inopiam assiduis laudibus sibi servientium supplerem, ut illi meam in futuro ex eorum ubertate juxta Dominicum dictum : « Facite vobis amicos de Mamona iniquitatis », et cetera quę secuntur, repleant. Proinde dono Deo et apostolis ejus Petro et Paulo et loco Cluniensi, ob animę meę omniumque parentum meorum[1] remedium, unam terræ peciolam quę est in villa Mazeroit. Hanc autem donationem facio annuente et auctorizante uxore mea, ad cujus jus eadem pertinet terra. 1049-1109 (?).

[1] [Le texte porte, à tort, *suorum*.]

3146.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT VEL VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM IN VILLA LORNANT.

(B. h. 310, CCCXI.)

1049-1109 (?). Dum licet, decet studiose unumquemque bene agere, et ut de bonis quę temporaliter possidet, mercari eterna gaudia satagat. Quod ego Bernardus facere cupiens, dono aliquantulum de mea hereditate Deo et sancto Petro, quę est sita in pago Matisconensi, in villa quę dicitur Lornant, partim pro animę meę salute, partim jure venditionis, accipiens ab eis in commutationem precii denarios xx. En[1] est campus unus qui terminatur de tribus partibus terra Sancti Petri, a sero via publica. Eo videlicet pacto illis trado, ut liberam a die presenti et deinceps agendi quod voluerint facultatem habeant, sopita alicujus controversia. S. Bernardi, qui fieri rogavit. S. Tedaldi. S. Adalberti. S. Ramnulfi. S. Jozberti.

3147.

CHARTA QUA BRAGDENCUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIUM PLANTUM IN VILLA POLIACO.

(B. h. 311, CCCXII.)

1049-1109 (?). Sacrosancto exorabili loco Cluniensi cęnobio, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli consecrato, ego Bragdencus, de salute meę animę Deo miserante cogitans, dono aliquid ex jure hereditatis meę, quę est sita in pago Matisconensi, in villa Poliaco, hoc est medium plantum quem tenet Bernardus. Facio autem hanc donationem pro animę meę remedio et matris meę locoque sepulturę ejus. S. Bragdenchi, qui fieri et firmare rogavit. S. Landrici.

[1] On peut rapprocher cette formule de celle que nous avons signalée ci-dessus : *Ecce est unus mansus* (n° 3108) et *Ecce hæc terra est in agro Quintiaco* (n° 3111).

3148.

CHARTA QUA ATO ET UXOR EJUS ROLLENDIS DANT VEL VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA CORTILI.

(B. h. 327, CCCXXVIII.)

Quicumque illius terræ effici heres de qua per Psalmistam dicitur: « Credo Domini bona in terra videre viventium » cupit, hanc quam pedibus calcamus, vermes et multa utilia et inutilia germinantem, pro Christi amore dare operariis in vinea sua laborantibus non dubitet, ut a summo Patrefamilias in remuneratione denarii cum eis munerari mereatur. Quocirca ego Ato et uxor mea Rollendis, peccatorum reminiscentes nostrorum, immo illam Dominicam vocem oblectantes adimplere, quę dicit: « Date helemosinam », et cetera, donamus aliquid de rebus nostris quę sunt sitę in pago Matisconensi, in agro Mediolanensi, in villa Cortilis, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniensi : hoc est unum campum, qui terminatur a mane rivo currente, a meridie terra Grimberti, ab austro terra Sancti Petri, ab aquilone terra Sancti Petri et Sancti Benedicti, a sero gutta currente; et in alio loco campum unum, qui terminatur a mane rivo currente, a meridie terra Sancti Petri. Item in alio loco unam petiolam quę terminatur a mane rivo currente, a sero et ab austro terra Sancti Petri, a meridie de colonia Flotveni. In alio quoque loco raschiam unam quę ita terminatur: a mane terra Odonis, a sero terra Sancti Petri, a meridie terra Sancti Benedicti. Dono etiam in alio loco duos campos in ipsa hereditate, qui terminantur undique terra Sancti Petri. Hæc supradicta omnia dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, partim pro animę meę et uxoris meę Rollendis remedio, partim pro pretio pretaxato, scilicet solidis xx[ti] valente, id est in denariis, in bestiis seu in aliis rebus. Si quis autem hanc donationem seu venditionem nostram ex heredibus vel coheredibus calumpniare temerario ausu presumpserit, non audiatur ejus vox, sed auri libram cui litem intulerit, cogente juditiaria potestate, coactus persolvat; et nostra

1049-1109 (?).

donatio sic stabilis et inconcussa fixa, cum stipulatione, permaneat. S. Attonis, qui istam jussit facere cartam. S. Rotlendis, uxoris ejus. S. Eldrici, filii ejus. S. Huberti, filii ejus. S. Vuinibaldi. S. Jerbaldi. S. Gaumari. S. Oddonis.

3149.

COMMUTATIO TERRARUM IN VILLA COTA INTER DEDINCUM ET FRATRES EJUS, EX UNA PARTE, ET MONACHOS CLUNIACENSES, EX ALTERA.

(B. h. 332, CCCXXXIII.)

1049-1109 (?). Provida precedentium patrum industria sanctitum antiquitus est, ut ea quę in presenti fieri decrevimus, ne nostra bene gesta oblivionem patiantur, ad posterorum agnitionem transmittantur. Quia si forte aliqua progenies minus frigida amore parentum successerit, bene gesta eorum destruere avaritię causa cupiens, non ei fas sit, sed inviolata et inconvulsa perpetuo permaneant. Ideoque notum hoc fieri volumus, quod Dedincus et fratres ejus fecerunt scamium cum Sancto Petro et cum domno Rainaldo monacho de prato uno, quod situm est in villa Cota. Habet autem in longum perticas XX^{ti} V et pedes IIII^{or}, et in latum perticas II et pedes VIII, et quantum superest supra istas terminationes, totum ex integro. Deinde monachi jam dicto Dedinco et fratribus ejus campum unum deliberant, qui habet in lato XI perticas et VIIII pedes, et in longo XVI perticas; terminatur a mane terra Vuichardi, a medio die terra Dedinci et fratrum ejus, a sero terra Isembranni, et ab alia parte terra Sanctæ Mariæ. S. Dedinci, qui fieri et firmare rogavit. S. Adalelmi. S. Adę. S. Geraldi. S. Aymonis. S. Tedaldi.

3150.

CHARTA QUA NOTUM EST ACHARDUM FRANCHISIAM QUAM REQUIREBAT IN MOLENDINO QUOD DURANNUS PRESBYTER A MONASTERIO CLUNIACENSI TENEBAT WERPIVISSE.

(B. h. 333, CCCXXXIIII.)

1049-1109. Quia plerumque bene gesta variantur, et cuncta quę sub sole fiunt mutantur, et ipse res in diebus nostris cito oblivioni dantur a nobis

actę, nisi litterarum vinculis alligentur, idcirco decretum est a prioribus patribus scripto commendari quę fiunt, quatinus ad posterorum noticiam tam ad bonorum eruditionem, quam ad reproborum depressionem dirigantur. Quapropter omnibus tam presentis temporis quam futuri notitia hæc verpitionis manifesta sit, quam fecit Achardus cum domno Hugone abbate de quadam terra. Quendam molendinum tenebat Durannus presbiter de domno abbate Hugone et monachis Cluniensibus in quo Achardus requirebat franchisiam, videlicet in esclosam quę ad ipsum molendinum pertinet. Fecit autem verpitionem de ea querela in domni Hugonis abbatis manu, et accepit IIII^or^ solidos a decano de Lordono, in tali convenientia, ut si aliqua persona in eadem querela aliquam calumpniam quesierit, ipse omnes tacentes faciat, et omnibus ipsis hanc cartam firmare faciat.

3151.

CHARTA QUA WICHARDUS MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA VESCORT.

(B. h. 334, CCCXXXV.)

Quoniam hæc vita qua utimur brevis et caduca esse cernitur et nullum se diligentibus certum tribuit finem, ideo summopere providendum est, ut ad supernam omni conamine mentis requiem debeamus festinare. Quapropter notum sit cunctis Christi caractere insignitis, presentibus et futuris, quod ego Vuichardus miles in extremis vitæ positus, per consensum fratris mei Vualterii et aliorum parentum meorum et amicorum, dono aliquid de mea hereditate ad locum Cluniacum pro animę meę vel meorum parentum salute, videlicet unam vineam quę sita est in parrœchia[1] Matisconensi, in villa Vescort. De una parte terminatur ipsa vinea terra Sancti Petri, et de alia terra de ipsa hereditate. Hoc autem donum factum est per laudamentum Bernardi de Vissandono et Hugonis et Gozeranni, fratrum ejus. S. Vui- 1049-1109 (?).

[1] Ici et dans la rubrique *parrochia* est mis pour *episcopatu*.

chardi, qui hoc donum fecit. S. Vualterii fratris ejus, qui laudavit. S. trium fratrum suprascriptorum Hugonis, Bernardi et Jozeranni.

3152.

CHARTA QUA ARENBERTUS ET GISLEBERTUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMABUS FRATRUM SUORUM ORNADI ET BERNARDI, MANSUM IN CROSIROLIO ET TERCIAM PARTEM CAMPI IN FILGEROLAS.

(B. h. 337, CCCXXXVIII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus, quod nos duo fratres, Arembertus et Gislebertus, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, locoque Cluniacensi, aliquid de nostra hereditate, pro remedio animarum fratrum nostrorum Ornadi et Bernardi, videlicet unum mansum in Crosirolio, qui terminatur a medio die terra Aremberti, a certio via publica, de aliis partibus terra Sancti Petri. Similiter in Filgerolas terciam partem tocius campi quę mihi accidit. Et ut firmum sit, manibus propriis firmamus testibusque roborandam delegamus. S. Gisleberti et Aremberti fratrum, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Drogonis. S. Arebaldi. S. Rodulfi.

3153.

CHARTA QUA INGELBERTUS DE CURTEVAZ DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA BICEI.

(B. h. 339, CCCXL.)

1049-1109 (?). In nomine Dei omnipotentis. Sciant omnes fedeles christiani, quod ego Ingelbertus de Curcevaz [1], divina inspiratione compunctus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad Cluniacense cęnobium, et senioribus ibi Deo servientibus, tam futuris quam presentibus, aliquid de rebus meis jure hereditario in perpetuum possidendum, scilicet quicquid habeo vel habere visus sum in villa quę appellatur

[1] Lisez *Curtevaz*.

Bicei. Hujus donationis testes extiterunt et collaudatores Jocerannus frater ejus, et Hunbertus, qui cognominatur Ungers.

3154.

CHARTA QUA ANSELMUS ET FRATER EJUS MANNO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN VILLA MAZEROIT.

(B. h. 340, CCCXLI.)

Sciant omnes fideles Dei, quod Anselmus et frater ejus Manno dederunt Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et monachis Cluniacensibus, pro remedio animarum suarum et omnium amicorum suorum, unam peciam de terra in villa quę appellatur Mazeroit. Fecerunt autem istam donationem annuentibus et laudantibus omnibus fratribus et sororibus suis. Testes fuerunt Bernardus Ruil et Bernardus Lancea Acuta [1], Constancius de Mazeroit. 1049-1109 (?).

3155.

CHARTA QUA AICHARDUS, WICHARDUS ET GAUFREDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA MATRIS SUÆ, MANSUM IN CAVANIACO.

(B. h. 341, CCCXLII.)

Dum quisquis consistit in hoc seculo, de futuro debet semper tractare concupiscenti animo. Propterea ego Aichardus, Wichardus, Gaufredus, considerantes scelerum nostrorum enormitatem, donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, aliquid de hereditate nostra, pro redemptione animę matris nostrę, hoc est unus mansus quem Wido excolit, in pago Matisconensi, in villa Cavaniaco; et terminatur a meridie et a sero via publica, a certio terra Sancti Petri, a mane terra Ornadi, et omnia que ad ipsum mansum pertinent, hoc est vineam, pratum, terra aridiva, totum ab integro donamus ad jam dictum locum, sine aliqua contradictione. S. Aichardi, S. Wichardi et 1049-1109 (?).

[1] Voy. ci-dessus, n° 3145.

Gausfredi, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Milonis. S. Bernardi, filii Wichardi. S. Gaufredi, et Joceranni, filii Aichardi. Baldulfus scripsit et subscripsit.

3156.

CHARTA QUA GUNDRANNUS ET UXOR EJUS CONSTANTIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA VERZIACO.

(B. h. 342, CCCXLIII.)

1049-1109 (?). Redemptor humani generis per Evangelium loquitur dicens: « Date « elemosinam et omnia munda sunt vobis ». Quapropter omnibus christicolis [notum facio] quod ego, in Dei nomine, Gundrannus et uxor mea Constantia, donamus aliquid de rebus nostris, quę sunt sitę in pago Matisconense, in agro Iggiacensi, in villa Verziaco, videlicet unam vineam quę vocatur a Felis Vulpes, et terminatur a mane terra Lantberti, a meridie viventium de ipsa hereditate, a sero et a certio tęrra Sancti Petri et Sancti Vincentii; et in tali tenore, ut quandiu vixerimus teneamus, et qui prior nobis duobus obierit, ejus pars ad Sanctum Petrum perveniat, et post amborum mortem totum ad integrum in locum sepulturę. Porro in vestitura singulis annis vitę nostrę IIII^or sextarios de vino in vestitura persolvemus. Si quis autem contradicere voluerit, iram incurrat Dei omnipotentis, et cum diabolo et angelis ejus in infernum demergatur; et nostra donatio firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. S. Gu[n]tranni et uxoris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Constabuli. S. Warnerii. S. Wandalgerii. S. Addonis.

3157.

CHARTA QUA GUNTERIUS ET UXOR EJUS VIRGINILIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA VALLE.

(B. h. 344, CCCXLV.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis christianis fidelibus, quod ego Gonterius et uxor mea Virginilis, pro animarum nostrarum remedio, donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum

Cluniacum, aliquid de nostra hereditate quę sita est in territorio Lugdunensi, in villa Vallis, hoc est prata, campos, vineas, boscos, molendina, quesitum et ad inquirendum, totum ad integrum, illam partem quam in ipsa villa habemus vel habere visi sumus juxta ęcclesiam Sancti Benigni; et faciant ipsius loci rectores quicquid voluerint. S. Gonterii et uxoris ejus Virginalis. S. Bernardi. S. Ermengerii. S. Rannulfi.

3158.

CHARTA QUA ARBRANNUS ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM IN VILLA RUFIACO.

(B. h. 347, CCCXLVIII.)

Notum sit omnibus hominibus, quod ego Arbrannus et fratres mei Ainaldus et Dominicus et Bernaldus donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, in elemosina fratrum Cluniensium, pro anima patris nostri et omnium parentum nostrorum, unum campum qui est situs in villa Rufiaco; et habet in longum perticas X et VIII, in latum VIIII; terminaturque de omni parte terra Sancti Petri. Signa eorum qui fieri et firmare rogaverunt, videlicet Arbranni, Ainaldi, Dominici, Bernaldi. 1049-1109 (?).

3159.

CHARTA QUA GAUFREDUS ET FRATER EJUS JOTSERANDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES QUAS BENEFICII JURE HABEBANT IN FLAGIACO ET VARENGO.

(B. h. 348, CCCXLIX.)

In nomine Domini. Nos fratres Gaufredus et Jotserandus, filii Achardi clerici, facimus verpitionem per hanc cartam de terra Sancti Petri quam Segaldus prior dedit nobis in beneficio. Est autem unus mansus in Flagiaco, et dimidius mansus in Warengo, sicut avunculus noster Arleius quondam dedit Sancto Petro. Accipimus vero pro hac vuerpitione a donno Wilelmo, decano de Lordono, unum caballum bonum valde et precium. Accepimus etiam duos canes pro quadam parvula silva que est sita inter duas vias. 1049-1109 (?).

3160.

CHARTA QUA BERNARDUS ET UXOR EJUS EMMA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET PRATUM IN VILLA VALLIS.

(B. h. 349, CCCL.)

1049-1109 (?). Igitur ego Bernardus, in Dei nomine, dono ad locum Cluniacum aliquid de rebus meis quę sunt sitę in pago Matisconense, in villa Vallis, unum campum et unum pratum. Terminatur autem campus a mane via publica, a meridie terra Sancti Petri, a certio Dezię terra; et pratum terminatur a mane terra Sancti Petri, a meridie similiter, a certio terra Drogonis. Et hanc donationem facio pro remedio animę meę et uxoris meę Emmę, et in locum sepulturę nostrę. S. Bernardi et uxoris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Hugonis et Arlebaldi et Gislardi, filiorum eorum. S. Girberti. S. Anscherii. S. Tetelmi presbiteri. S. Deodati. S. Alcherii. Richardus scripsit sabbato, III kalendas augusti.

3161.

WERPITIO QUAM FECIT AGNUS, FILIUS ARLEI CALVI, DE QUADAM REQUISITIONE QUAM VINDICABAT IN TERRIS MONASTERII CLUNIACENSIS.

(B. h. 353, CCCLIIII.)

1049-1109 (?). Hęc est notitia vuerpitionis quam fecit Agnus[1], filius Arleii Calvi, de querela quam habebat pro manso quem pater ejus tenuit. Werpivit enim idem Agnus requisitionem ejusdem mansi in presentia prioris G., eo pacto ut aut XX solidos currentis monetę daret, aut si expectare mallet, bestiam sibi quantivis pretii prestaret, et ipse de suo alodo post discessum suum dedit ad Cluniacum unum mansum bonum, et partem terrę quam tenet de Sancto Petro post mortem suam cum eodem manso remisit habendam; ita ut vel si habitum monachi expeteret susciperetur, vel in seculo finiret, Cluniaco sepeliretur, uxori

[1] [La rubrique le nomme *Aganus*.]

quoque suę sepultura daretur. Similiter ceteris calumpniis remissis, in bona pace et concordia remansit nobiscum, excepto capite census, si quid erat sibi requirendum.

3162.

CHARTA QUA ALBERICUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VALLE, MASIROLIAS ET ORODES.

(B. h. 354, CCCLV.)

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Albericus presbiter dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest donnus Hugo venerabilis abba, aliquid de mea hereditate quę est sita in episcopatu Matiscensi. In primis dono in villa Vallis unam mansionem cum vinea et trolio quę vocatur ad Casalis; ibidem in eadem villa, ultra rivum, dono aliam vineam quę terminatur a cirtio terra Sancti Benedicti, a mane terrava publica, a sero de ipsa hereditate. Dono etiam in villa Masirolias aliam vineam. Dono etiam medietatem unius campi in villa Orodes; in eadem quoque villa alium campum arabilem dono, est etiam campus qui vocatur Campus Mercatus. Et in eodem loco, alium campum arabilem. Et in campo Martinisco alium campum. Hęc omnia dono Deo et supradictis apostolis pro remedio animę meę et omnium parentum meorum, ut indulgentiam omnium peccatorum nostrorum consequi mereamur. S. Alberici presbiteri, qui fieri et firmare rogavit. S. Girardi presbiteri. S. Ingelberti. S. Arloeni.

1049-1109.

3163.

CHARTA QUA LEUPRANNUS ET FRATRES EJUS WERPITIONEM FACIUNT SERVORUM MONASTERII CLUNIACENSIS QUOS INJUSTE CALUMPNIABANT.

(B. h. 357, CCCLVIII.)

Ego Leuprannus et fratres mei Lantbertus, Gaucerannus, Hunbertus, facimus verpitionem de familia quam injuste calumpniabamur Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et monachis Cluniensibus,

1049-1109 (?).

hoc est de Duranno et uxore sua et filiis et filiabus et omni progenię illorum. Facimus autem hanc vuerpitionem pro anima fratris nostri Teudulfi et patris nostri Leotaldi et omnium fidelium defunctorum. Quam si quis calumpniatus fuerit, sit pars ejus cum Juda, traditore Domini, et inantea firma permaneat et stabilis. S. Wichardi et Bernardi de Bosco. S. Oudolrici[1]. S. Wigonis et fratris ejus Wilelmi; werpimus Ingalbergam.

3164.

NOTITIA DONATIONIS ECCLESIÆ SANCTI JOHANNIS IN VILLA ALOSIO A PETRO DE CASTRO MAURITANIA, SEU FRATRE EJUS OLIVERIO, MONACHIS CLUNIACENSIBUS FACTÆ.

(B. h. 361, CCCLXII, et 677, DCLXXX[2].)

1049-1109 (?). Miles quidam Petrus de castro Mauritania[3] habuerat in voto sanctos apostolos Petrum et Paulum in Cluniacensi cœnobio visitare et de suis donis honorare. Sed quia in itinere romano obiit, quod per se non potuit, per fratrem suum Oliverium implevit. Nam eum illuc direxit cum duobus suis militibus, Arberto et Josfredo, qui vice illius dederunt Deo et sanctis apostolis et senioribus predicti cenobii, æcclesiam unam Sancti Johannis, in episcopatu Pictavensi, in villa Alosio, et unum molinum, et septem arpenta de vinea, et quinque de prato et tantum de bona terra quod sufficiat octo bobus ad colendum[4].

3165.

CHARTA QUA PONTIUS DE BUXERIA SACERDOS, SEMETIPSUM FACIENS MONACHUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA VISCURT.

(B. h. 362, CCCLXIIII.)

1049-1109. Ego, in Dei nomine, Pontius de Buxeria dono unum mansum et

[1] Les deux premières lettres de ce mot sont liées.

[2] C'est le texte de B. h. 677 que nous publions ici comme étant le plus complet. L'autre ne fournit qu'une variante.

[3] Cette famille de Mortagne n'a pas de rapport avec celle des Mortagne-Rotrou (de l'Orne), dont nous avons plusieurs chartes de la fin du XI[e] siècle. Elle était établie dans le diocèse de Poitiers, probablement à Mortagne-sur-Sèvre (Vendée) plutôt qu'à Mortagne-sur-Gironde (Charente-Inférieure).

[4] B. h. 361 porte : *ad excolendum.*

quicquid ad ipsum pertinet, campos scilicet, vineam, prata, curtilum, et est situs in pago Matisconensi, in villa Viscurt, in parrochia de Castello, Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi preest venerabilis abba Hugo, et ubi, donante Deo, monachus esse volo, pro remedio animarum patris ac matris meę aliorumque parentum meorum, ut monachi ejusdem loci in perpetuum possideant. S. Pontii sacerdotis, qui fieri et firmare rogavit. S. Girardi, fratris mei. S. Duranni.

3166.

CHARTA QUA LETGERIUS ET HELDEBERTUS, WADIATORES BERNARDI, DANT PRO ANIMA IPSIUS, MONACHIS CLUNIACENSIBUS VINEAM ET MANSIONEM IN VILLA VERCHESOT.

(B. h. 365, CCCLXVII.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles Christi, quod nos Letgerius et Heldebertus, vuadiatores Bernardi, donamus pro anima ejus Deo et sancto Petro, ad locum Cluniacum, unum curtilum indominicatum cum vinea et mansione simul tenente, qui est situs in pago Matisconense, in villa Verchesot; et terminatur a mane terra Sanctę Marię, de aliis tribus partibus terra Sancti Petri, et faciant ipsius loci seniores quicquid voluerint. Actum Prisciaco villa publice. S. Letgerii et Heldeberti, qui fieri et firmare rogaverunt. 1049-1109 (?).

3167.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS LONGAVILLA, IDOLAS ET FONTENELLAS.

(B. h. 366, CCCLXVIII.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus, qualiter ego Bernardus, cogitans de Dei misericordia et de ęterna retributione, apud Dominum mercedem accrevi. Quippe ego Bernardus accepi habitum Sancti Benedicti in monasterio Cluniaco, ubi donnus Hugo preesse videtur, et dono ad ipsum locum, in pago Lugdunensi, in Longavilla, unum mansum cum omnibus appenditiis suis, pratis, 1049 1109.

campis, vineis, silvis. Et dono in eadem villa dimidium mansum cum omnibus appenditiis suis, campis, vineis, pratis, silvis, aquis, et servos et ancillas. Et dono alium mansum in villa quę vocatur Idolas, cum omnibus appenditiis suis. Et in pago Matisconensi, in parrochia Sancti Clementis, in villa quę vocatur Fontenellas, dimidium mansum cum omnibus appenditiis suis, campis, pratis, vineis, silvis, aquis. Hoc dono et corroboro. Sane si ullus ex propinquis meis vel aliqua alia persona huic donationi calumpniam inferre voluerit, iram incurrat Dei omnipotentis, et cum Datan et Abiron et Juda, traditore Domini, sit participatio ejus omnibus diebus usque dum satisfaciat. Et ut inantea carta ista firma et stabilis permaneat, firmo eam manu propria testibusque idoneis roborandam contrado. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Adalardi, fratris ejus, qui laudavit. S. Hugonis, monachi, qui hoc donum recepit. S. Bernardi, prepositi. S. Aimonis. S. Christiani. S. Duranni, fratris ejus. Signum Giroardi ipsius fratris. S. Umberti. S. Ermengodi fratris ejus. Hii sunt testes et habitatores de ipsa terra.

3168.

CHARTA QUA ERMENGARDIS ET FILIUS EJUS ISARNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS IN VILLA ERATTIS.

(B. h. 368, CCCLXX.)

1049-1109 (?). Aliquid jure hereditario possidentibus divinis precipitur jussionibus ut inde amicos faciant in presentiarum tempore rerum, a quibus cum deficere ceperint, in ęternum recipiantur habitaculum. Quod nos facere cupientes, ego quidem Ermengardis et filius meus Isarnus tradimus sanctis apostolis Petro et Paulo et Cluniensi cenobio, duos mansos ex nostris rebus, unum scilicet ad vinum et alium ad vinum; et sunt siti in pago Vienensi, in villa Erattis, in ipsa vicaria, terminatos ex omni parte de ipsa hereditate, quos Arboldus excolit, ubi et insunt magni edificii muri. Hanc autem donationem facio pro remedio animarum nostrarum et senioris mei Wagonis et filii mei Wagonis, patrisque mei Leodegarii, necnon et matris meę Fecimę vel omnium parentum

nostrorum, ut omnibus nobis proficiat in ęternum. S. Ermengardis et filii ejus Isarni, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Tetberti presbiteri. S. Arnaldi. S. Arnulfi. S. Archingaudi. Signum Girardi.

3169.

CHARTA QUA JOSLENUS ET UXOR EJUS HODIERNA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS APUD KISSEI ET UNUM APUD CAMPANIACUM.

(B. h. 373, CCCLXXV.)

Notum sit omnibus sanctę Dei ęcclesię fidelibus christianis, quod Joslenus et uxor ejus Hodierna, et filius ejus Bernardus, dederunt Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro redemptione animarum suarum et omnium parentum suorum, tres mansos, duos apud Kissei, unum apud Campaniacum. Hanc donationem annuit et confirmavit frater ejusdem Josleni Rotbertus, in capitulo apud Cluniacum. 1049-1109 (?).

3170.

CHARTA QUA ROTBERTUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BESIRIACO ET VALGELETA.

(B. h. 375, CCCLXXVII.)

Igitur ego Rotbertus presbiter dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unum curtilum qui continet in se vineam cum manso, et est situs in pago Matisconensi, in villa Besiriaco; terminatur autem a mane terra Sancti Laurentii et Duranni de ipsa hereditate, a meridie terra Duranni et Tetsę, a sero Sancti Cirici, a certio via publica. Dono etiam in ipsa villa alium curtilum cum vinea simul et manso; qui terminatur a mane et a meridie via publica, a sero terra Sancti Vincentii, a certio Duranni de ipsa hereditate. In ipsa villa iterum dono unum campum, qui terminatur a mane terra Sancti Cirici, a meridie Duranni de ipsa hereditate, a sero Sancti Laurentii, a certio via publica. Similiter in eadem villa alium campum terminatum a mane terra Duranni de ipsa hereditate, a meridie et 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

a sero Sancti Vincentii, a sero Sancti Petri. Dono etiam in ipsa villa unam peciam de campo in quo est salcetum; et terminatur a mane et a meridie terra Sancti Vincentii et Avanę, a sero et a certio Sancti Vincentii. Et in ipso loco duas perticas erpinales de campo. In ipso loco similiter alium campum, qui terminatur a mane terra Sancti Vincentii et terra Beraldi, a meridie et a certio terra Avanę, a sero Sancti Vincentii. Dono etiam in alia villa, que vocatur Valgeleta, alium campum qui terminatur a mane terra Sancti Stephani, a meridie Sancti Vincentii et Sancti Petri, a sero rivo currente, a certio terra Sanctę Marię. Dono etiam pratum quoddam situm juxta Sagunnam, et terminatur a mane terra Sancti Vincentii, a meridie Sancti Vincentii, a sero Duranni de ipsa hereditate, a certio terra Ascelini. Dono adhuc in villa Besiriaco[1] partem meam, id est tertiam partem de bosco quem habemus hic ego et fratres Durannus et Adso. S. Rotberti, qui hanc donationem fecit et manu sua firmavit. S. Rikardi presbiteri. S. Adsonis. S. Odulberti. S. Adsonis. S. Bernardi. S. Duranni, fratris Rotberti presbiteri, qui hanc cartam jussit fieri.

3171.

CHARTA QUA LIVO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA SEIA ET CAMPUM IN VILLA MISIACA.

(B. h. 376, CCCLXXVIII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit sanctę Dei ecclesię filiis, tam presentibus quam futuris, quod ego Livo dono ad locum Cluniacum unum curtilum in villa Seia, qui terminatur de duabus partibus via publica, a meridie terra Sancti Petri, de quarta parte terra Leotaldi. Dono etiam unum campum in villa Misiaca inter duas vias publicas; et terminatur a meridie de ipsa hereditate, a quarta parte similiter. S. Livonis, qui fieri et firmare rogavit. S. Rainaldi. S. Vulardi. S. Rotberti. S. Saliverti. Richardus levita scripsit.

[1] [Il faut sans doute lire ici et ci-dessus *Berisiaco*.]

3172.

CHARTA QUA OGERIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BESORNIACO ET SOLORNIACO.

(B. h. 377, CCCLXXIX.)

Ego igitur, in Dei nomine, Ogerius dono Domino Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, totam meam hereditatem, quę mihi a paterno vel materno jure advenit, quę sita est in pago Matisconense, in villa Besorniaco, videlicet prata, campos, vineas, terras cultas et incultas, silvas, aquas aquarumque decursus, servos et ancillas, totum ad integrum, quę mihi in ipsa villa obvenire videntur. Similiter in Solorniaco dono vineas, campos, prata, terras cultas et incultas, aquas et excursus aquarum, servo[s] et ancillas, totum ab integro quę mihi in eadem villa pertinere videntur. Hanc donationem facio pro remedio animarum patris ac matris meę, et pro salute animę meę et omnium fratrum meorum. S. Otgerii, qui fieri et firmare rogavit. 1049-1109 (?).

3173.

CHARTA QUA GUILLELMUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN LOCO GASCONUM VOCATO, IN PARROCHIA SANCTÆ MARIÆ VANOSCI.

(B. h. 379, CCCLXXXI.)

Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ego Gilielmus dono, pro animę meę et omnium parentum meorum remedio, unum mansum qui est situs in episcopatu Vienensi, in aico[1] Annonacensi, et in parrochia Sanctę Marię Vanosci, locusque Gasconum vocatur. Facio autem hanc donationem cum omni integritate et omni libertate; quam si ullus ex heredibus meis infringere voluerit, non vindicet quod repetit, sed iram incurat Dei omnipotentis, et inantea firma permaneat, stipulatione subnixa. S. Gilelmi. 1049-1109 (?).

[1] [Lisez *aice*.]

3174.

CHARTA QUA EUFEMIA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA RUFIACO ET CAMPOS TAM IN IPSA VILLA QUAM IN LOCO QUI DICITUR FOSSA.

(B. h. 380, CCCLXXXII.)

1049-1109 (?). Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Eufemia vidua, veniens ad exitum mortis, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unum mansum qui dicitur ad Fans, in quo stat Gunterius; et est situs in villa Rufiaco, in parrochia Sancti Germani, in episcopatu Matisconensi; terminaturque ab omni parte terra Sancti Petri. Dono etiam in eadem villa unum campum in loco qui dicitur Monmoret, quem conquisivi de duobus fratribus Drogone et Ornado. In loco etiam qui dicitur ad Aiseraulo dono alium campum qui continet duos jornales, terminaturque ex omnibus partibus terra Constantini de Malie. Itemque in loco qui dicitur Fossa paulatim dono alium campum. Hęc omnia dono Deo et sancto Pętro, ad locum Cluniacum. S. Eufemię. S. Constantini, fratris ejus, de Malie.

3175.

CHARTA QUA AGATHA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM DE NIGRA FONTANA ET ALTERUM MANSUM IN VILLA PESTONIAS.

(B. h. 383, CCCLXXXIIII.)

1049-1109 (?). In hujus seculi miserabili atque deceptoria peregrinatione quisquis consistit, omnimodo debet satagere ac sollerter perpendere, ut animę suę redemptionem per elemosinarum largitionem non deferat prout valet redimere. Unde notum sit omnibus christicolis, quod ego Agatha, pro remedio animę meę et omnium parentum meorum, et pro anima senioris mei Rotberti, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, mansum de Nigra Fontana, ubi Mainaldus sedet. Dono etiam alium mansum in villa Pestonias, cum omnibus quę ad ipsos mansos pertinent, videlicet campis, vineis,

pratis, aquis, silvis; tali tenore, ut quandiu vixero teneam vel possideam, et post meum obitum ad predictum locum perveniant. Si quis hoc donum calumpniatus fuerit, veniant super eum omnes maledictiones quas continet novum et vetus Testamentum; cogente etiam judiciaria potestate, auri libras c componat, et deinceps permaneat firmum, stipulatione subnixa. S. Agathę, quę fieri et firmare rogavit. S. Gauzeranni. S. Wicardi. S. Gauzeranni. S. Oddonis. S. Lantberti. S. alius Lantberti. S. Odonis. S. Seguini. S. Arlei.

3176.

CHARTA QUA BERNARDUS MILES DONATIONEM RERUM IN VILLA SANCTI JANGULFI A FRATRE SUO WIDONE MONACHIS CLUNIACENSIBUS FACTAM CONFIRMAT.

(B. h. 385, CCCLXXXVI.)

Omnipotens clementia Christi postquam invidente diabolo per inobedentiam a patrię cęlestis dignitate ceciderat nostrę conditionis fragilitas, carnis infirmitate velata, ad nos venire dignata miseriis humanę conditionis conpatiendo, multimoda mortalibus tribuens beneficiorum suorum carismata, inter alia ei concessa a sue divinitatis potentissima gratia, hoc quoque tribuere dignatus est, videlicet ut de temporalibus bonis unicuique sibi ab eo concessis valeat quisque fidelium optinere permansura et perpetua gaudia. His et hujusmodi mandatis roboratus dominicis, ego Bernardus miles laudo et confirmo donationis hujus cartam quam frater meus, in extremis positus, nomine Wido, Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo dedit monachisque Cluniensibus, ad habendum et possidendum contradidit. Est autem cartę hujus donatio talis, quatinus per eam teneant omnia infra subjecta, clausum videlicet de vinea prope ecclesiam Sancti Jengulfi situm, qui terminatur desursum via publica, de alia parte rivo currente, de aliis duabus partibus terra Sancti Jengulfi. Dono etiam in alio loco forenstem[1] de bosco unam quam Ledbaldi vocant, sicut via vadit, 1049-1109 (?).

[1] Lisez *forestem*.

currente juxta ipsam rivo. Dono etiam partem de cellariis in burgo Sancti Jengulfi quę nobis ibi veniebat, et tantum de terra supra quantum ad cellarios eis facere placuerit. Hanc cartam donationis quam frater meus Wido fecit, ego Bernardus frater ejus laudo et confirmo et contrado ad supradictum locum Cluniacum, sicut superius scriptum est, pro animę ipsius et meę et omnium parentum meorum sive omnium fidelium defunctorum salute. S. Bernardi, qui hanc cartam fieri jussit et ipse firmavit. S. Leotbaldi presbiteri. S. Aymonis. S. Bernonis.

3177.

CHARTA QUA BERNARDUS VOCATUS SENEX, CLUNIENSIS MILES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM AD PALUDEM JUXTA ECCLESIAM DE BUCIACO.

(B. h. 386, CCCLXXXVII.)

1049-1109. Notum sit omnibus hominibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Bernardus Cluniensis miles, qui Senex vocor, veniens ad extremum mortis diem, non inmemor peccatorum multitudinis meorum, pro remedio animę meę et in loco sepulturę, dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, in loco Cluniaco, ubi donnus Hugo abba magis prodesse quam preesse videtur, unum mansum qui cognominatur ad Paludem, juxta ecclesiam de Buciaco, cum omnibus ad ipsum mansum pertinentibus, videlicet campis, vineis, silvis, aquis, pratis, terris cultis et incultis. Si quis hanc donationem nostram infringere voluerit, nisi ad emendationem venerit, anathema sit. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. uxoris ejus Avę. S. filiorum ejus Joceranni et Oudulrici. S. Umberti, prepositi de Cluniaco. S. Gausfredi fratris ejus, prepositi de Masilias.

3178.

WERPITIO QUAM FECIT ATTO CLERICUS QUARUMDAM RERUM QUAS ODDO, CONSANGUINEUS EJUS, MONASTERIO CLUNIACENSI DEDERAT.

(B. h. 387, CCCLXXXVIII.)

1049-1109 (?). Notitia vuerpitionis quam fecit Atto clericus de hereditate Oddo-

nis, consanguinei sui, quam ipse Oddo donaverat sancto Petro, et ipse Atto injuste expetebat. Venerunt itaque monachi, scilicet donnus Rainaldus prior et donnus Warnerius decanus et alii ex monachis; et habuerunt puplicum placitum apud Cluniacum. Et venit alius Atto, germanus supradicti Oddonis, et fecit sacramentum de ipsa hereditate ad opus Sancti Petri, et ibi vuerpivit memoratus Atto ipsam hereditatem totam ex integro, sicut est in carta quam ipse Oddo fecit Sancto Petro. S. Attonis. S. Letaldi. S. Oddonis. S. Gisleberti. S. Drogonis.

3179.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MARZEIO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM BOSCI DE VINCHEIO.

(B. h. 389, CCCXC.)

Auctoritatem catholicę fidei sectantes, noverint tam presentes quam 1049-1109.
futuri, quod ego Wichardus, miles de Marzeio, dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo monachisque Cluniensibus, partem quam habebam in bosco de Vincheio dicto; uxoremque et filios meos omnes hoc idem concedere et laudare facio, scilicet pro animę meę filiorumque meorum salute, sed et pro parentum vel antecessorum meorum requie, et ut me viventem bonorum suorum participem faciant, et defunctum, si eis allatus fuero, sepeliant. S. Wichardi, qui hanc cartam fieri jussit et ipse firmavit. S. donni Ivonis, prioris Cluniacensis. S. Seguini monachi, donni abbatis H[ugonis] camerarii. S. Sergii monachi. S. Hunberti prepositi, filiorumque ejus Alarici et Bernardi.

3180.

CHARTA QUA BERNARDUS ET HUBERTUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA PATRIS SUI GISONIS, VINEAM IN VILLA DUNZIACO.

(B. h. 393, CCCXCV.)

Sacrosancto ac exorabili loco Cluniensi cęnobio nos igitur, in Dei 1049-1109 (?).
nomine, Bernardus et Ubertus, filii Gisonis, cupientes redemptionem

animę ejus, donamus aliquid de rebus nostris pro ejus anima jam prefato loco, quę sunt sitæ in pago Maticensi, in villa Dunziaco, hoc est vineam unam indominicatam, quę terminatur de uno fronte juxta terram Aigleni, de alio autem juxta terram Achardi, et de alio secus terram Sancti Petri, a mane via publica; ita vero concedo ut a presenti die et deinceps rectores ejusdem loci quod illis visum fuerit faciant. S. Bernardi atque Uberti, qui firmare rogaverunt. S. Duranni. S. Achardi. S. Ildini. S. Arlei. S. Vuini. S. Aydoardi. Actum Cluniaco publice.

3181.

CHARTA QUA THEOTBALDUS DE ROTILIACO, MILES, CUM GUALTERIO BERG, ET HUMBERTO DE ROTILIACO, MILITE, QUOSDAM SERVOS MONASTERIO CLUNIACENSI DANT.

(B. h. 397, CCCC, et B. s., 22 [1].)

1049-1109 (?). Quos Christi amor de animarum salute cogitantes copulat, dignum fuit sub unius tituli stilo comprehendi. Proinde notum omnibus infra sanctę matris æcclesiæ gremium degentibus ubique terrarum sit, quod ego Theotbaldus, miles de Rotiliaco, cum Gualterio, cognomento Berg, filio Oddonis de Domo Martini [2], nepote meo, atque Humberto, milite de Rotiliaco, donamus Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, in quorum honore supradictum cœnobium noscitur esse dicatum, hunc servum nostrum, nomine Ingelbertum cum uxore sua ac filiis et filiabus. Hoc autem donum actum est publice apud Sanctum Triverium, presente domno Humberto, Cluniacensis villę decano. Deinde apud castellum quod Bellum Forte nuncupatur, coram domno Johanne monacho, qui eo tempore caldariis salinarum supradicti monasterii preerat, laudaverunt ipsum donum Vuido [miles [3]] cognomento Ruilat et uxor ejus, Beatrix nomine, necnon etiam tres filię ejus domni Gualterii, militis de Rotiliaco, quarum nomina hæc sunt: Aldesmaida, Agnes atque Agia, pro anima supradicti Vualterii, patris sui. Insuper etiam Vualterius, cognomento Berg, supra jam nominatus dedit eidem

[1] Le préambule manque dans cette seconde copie. — [2] [B. s. 22, *de Domno Martino*.] — [3] [Ce mot se trouve dans B. s. 22.]

monasterio partem suam quam habebat in quodam servo, nomine Constantino. Hoc itaque donum pro salute animarum suarum cuncti fecere, et ut participationem haberent in omnibus benefactis supradicti monasterii, in helemosinis scilicet, orationibus, missis, psalmis, Christo annuente, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

3182.

CHARTA QUA LETALDUS ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM FONTIS CUM MOLENDINO IN VILLA COLONGIS.

(B. h. 399, CCCCII.)

Qui terrenis rebus adherent, quantum divina adjuvante clementia eis locus prestandi conceditur, tantum promptiores in dandis helemosinis summopere existere debent. Ideo ego Letaldus et filii mei, videlicet Bernardus, Hugo, Wigo, donamus beatis apostolis Petro et Paulo Cluniensi monasterio mansum Fontis, cum molino ceterisque appenditiis suis in villa Colongis; laudantibus beneficis, scilicet Atone Rufino et Gausmaro fratre ejus. 1049-1109 (?).

3183.

CHARTA QUA HELDUINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE JUSSIACO.

(B. h. 401, CCCCIIII.)

Sicut fides christiana indubitanter tenet et credit, ita Christi benignitas tribuit ac humanę fragilitatis casibus consulit fidenter, ut ex temporalibus rebus gloria supernorum civium mercetur. Quamobrem ego, in Dei nomine, Helduinus, reminiscens peccatorum meorum atque expavescens extremi diem juditii ac post de Christi bonitate et misericordia cogitans ac confidens, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, in quorum honore Cluniacense monasterium constructum ac dedicatum esse cernitur, pro eternę vitę desiderio et pro anima patris mei matrisque omniumque parentum meorum, æcclesiam que dicitur Jussiaco, illud videlicet feudum quod Rotbertus 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

presbiter tenet; ea scilicet conditione, ut a presenti die et deinceps prefati loci rectores quod illis utile visum fuerit, nemine contradicente, faciant.

3184.

CHARTA QUA ARTALDUS DE GUNZIACO, SUMENS VESTEM MONACHICAM, QUOSDAM SERVOS MONASTERIO CLUNIACENSI DAT.

(B. h. 406, CCCCIX.)

1049-1109. Si quis desiderans esse consors ælectorum Dei sua pro ejus amore relinquentium, non et ipse differat adimplere quod Dominus in evangelio ammonet, dicens : « Si quis amat patrem aut matrem plus quam « me, non est me dignus ». Unde ego Artaldus de Gunziaco divinis parere cupiens preceptis, videns meorum enormitatem peccatorum, atque ideo seculo penitus abrenuncians, pro eternę vite desiderio sumpsi in monasterio Cluniacensi religionis sanctæ habitum, videlicet deinceps ibidem sub Sancti Benedicti regula, vita mihi comitante, militaturus. Ubi quosdam servos quos jure hereditario possidere videbar, reliqui, Girbertum scilicet nomine et Gundricum cum ceteris quoque pertinentibus. Quod est tempore Hugonis abbatis factum, et tunc temporis existente Oddone priore.

3185.

CHARTA QUA VUILFINUS ET UXOR EJUS ESTIBURGA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MICHOS IN BURGO GROSONO.

(B. h. 407, CCCCX.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Vuilfinus et uxor mea Estiburga donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et Cluniacensi monasterio, duos michos in burgo Grosoni, ad censum duos solidos, juxta viam publicam, pro animarum nostrarum sive parentum nostrorum remedio, ut Deus nos liberet de penis inferni; tali videlicet conditione, ut quandiu vixerimus teneamus et possideamus. Post descessum vero nostrum, teneant rectores

Sancti Petri sine ulla contradictione. S. Vulfini, qui istam donationem fecit. S. Estiburgę, uxoris ejus. S. Gisleberti. S. Isulfi. S. Rotberti. S. Gunterii presbiteri. S. Rainardi. S. Flogerii. S. Girberti. S. Girardi. S. Duranni. S. Johanni.

3186.

CHARTA QUA ROLENDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET PECIOLAM VINEÆ IN VILLA LORNANDO.

(B. h. 409, CCCCXII.)

Quoniam cuncta quę in presenti gerimus transitoria ac caduca esse videntur, non profutura sese diligentibus immo nocitura quos sibi allicere possunt ac ad inferos eos missura, ideo oportet statuere quoddam quod eternum ac ratum consistat per evum ac proficiat illud statuentibus. Proinde ego Rolendis femina, meorum perpendens sarcinam peccaminum, gratia Christi me visitante, metuensque ultimum juditii diem penasque ignis inextinguibilis, mortis terrore perterrita, dono Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, aliquid ex rebus meis, pro remedio animę meę, quę sunt sitę in pago Matisconensi, in agro Rufiacensi, in villa Lornant, videlicet campum unum, a mane terram Ocdelonis terminantem, a medio die terram Sanctæ Mariæ, a sero Isenbranni, a certio juxta terram Sanctæ Mariæ; et habet in fronte perticas XIIII et in longo XX. Item in eadem villa peciolam unam de vinea conclusa ex omnibus partibus terra Sancti Petri, ut ab hodierna die et deinceps ejusdem loci rectores quod illis ex his placuerit, nemine contradicente, faciant. Si quis vero heredum aut coheredum aut aliqua subintroducta persona diaboli fascibus succensa (quod minime evenire speramus!), aliquam calumpniam inferre temptaverit, non valeat sibi vendicare quod repetit; sed cogente juditiaria potestate auri libras tres cui injuriam intulerit persolvat, et ista donatio a me facta ultronea, stipulatione subnixa, firma et inmobilis perhenniter perseveret. Actum est hoc Lordono publicæ. S. Rolendis, quę hanc donationem fecit et firmare rogavit. S. Odonis. S. Thedaldi. S. Vuiberti. S. Ansedei. S. Algausi.

1049-1109 (?).

3187.

CHARTA QUA WALTERIUS ET ELDEBURGIS VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS CAMPOS VINEAMQUE IN VILLA MONTELIO.

(B. h. 410, CCCCXIII.)

1049-1109 (?). Cum inter homines de qualibet re conventio sive venditio aut donatio seu commutatio fit, posterorum memorię intimandum est stilo, ut valeat ratum et inconvulsum perhenniter permanere. Ideo omnibus Christi caractere insignitis clareat, quod Vualterius et Eldeburgis monachis Cluniacensis cœnobii quędam rerum suarum in villa cui Montellio dicitur, scilicet vineam unam et campos duos vendiderunt, accipientes inde IIII solidos et X denarios. Vinea nempe in longo perticas VIII videtur habere, in lato IIII. Sed campus unus perticas XII habet in longum et quinque in transversum, alter autem VI pedes in latum, et XL perticas in longum.

3188.

CHARTA QUA SIGALDUS, PRÆPOSITUS CLUNIACENSIS, DAT CUIDAM MARTINO ET UXORI ET FILIO EJUS VINEAM AD MEDIUM PLANTUM.

(B. h. 411, CCCCXIIII.)

1049-1109 (?). Notum sit tam presentibus quam absentibus, qualiter domnus Sigaldus, prepositus Cluniacensis, dedit vineam unam ad medietatem plantationis Martino et uxori ejus Sufisę et uni filio suo, nomine Constantio, in vita tantum eorum. Et post eorum descessum, alii eorum parentes teneant ad medietatem.

3189.

CHARTA QUA ANSEIDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS MACIACO, SOREL, ETC.

(B. h. 412, CCCCXV.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus quam futuris, de

quodam milite, nomine Anseide, qui tantum dedit Sancto Petro de terra et de vinea et de prato in villa Maciaco, ad locum Cluniacum, pro remedio animę suæ, ubi duos mansos habere potuerit, hoc est terciam partem de una condamina quę est juxta forest Maciaco, et terciam partem in duas cumbas quę sunt juxta condaminam, et a pascua quę est in ipsa villa in unum campum terciam partem juxta pascua, et unum clausum totum, qui est subtus Sorel a monte Maciaco; et prope clausum unam rasciam quę a Casals vocatur, et unam condaminam quę est a fonte Maina terciam partem usque in viam publicam juxta pratum, et in alio prato juxta rivum Oblatum similiter terciam partem. Item quoque in una broxia quę vocatur Sorol totam terciam partem et usariam per totum. Totam cartam istam laudavit Anseidus, affirmando quod nemo huic dono suorum parentum calumpniam aliquam inferre presumat; quod si quisquam fecerit, gladio anathematis, nisi resipuerit, feriatur. S. Anseidi, qui hoc donum fecit et rogavit firmari. S. Bernardi. S. Isengardi. S. Vualterii. S. Vuilelmi.

3190.

CHARTA QUA LECENDIS, UXOR DURANNI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA CHINDETTA.

(B. h. 413, CCCCXVI.)

Dum in hujus vitæ exilio quisque vivit, et locus et tempus instare congruum esse videtur, debet peccata sua helemosinis redimere, quatinus post curricula hujus vitæ feliciter ad optata valeat pervenire. 1049-1109. Idcirco enim homini inducię in dies tribuuntur, ut ad penitentiæ medicamentum recurrat et mala quę gessit orationibus fletibusque jugibus ac crebris helemosinis puniat. Unde ego Lecendis femina, gratia hujus muneris capiendi, et peccatorum meorum sarcinam dimittendi, Deo satisfaciens cui in multis sum a principio obnoxia, dono Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo locoque Cluniacensi, aliqua juris mee hereditatis, unum scilicet curtilum et quoddam pratum, vineamque unam, necnon et servum quendam, nomine David, hanc colentem

cum filiis suis. Ecce curtilus est in villa situs quę vulgato nomine Chindetta nuncupatur. Propter quod venerabilis abba domnus Hugo et ceteri fratres dederunt mihi et marito meo, nomine Duranno, societatem et beneficiorum quę ibi et in aliis locis sibi subditis circumquaque participationem fiunt, et ut nobis defunctis honorifice, si illuc fuerimus advecti, sepulturæ nos tradant.

3191.

CHARTA QUA ROTBERTUS ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM SIGALDI DE ALGEI ET BORDELERIAM IN MONTE CUIGET.

(B. h. 416, CCCCXIX.)

1049-1109 (?). Quamquam oporteat omnes christianos solatium auxilii fratribus in necessitate positis inpendere, specialius tamen filiis convenit, ut parentibus subveniant. Proinde omnibus Christi fidelibus notum sit, quod Rotbertus et fratres ejus Falco et Bernardus dederunt Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo fratribusque cœnobii Cluniacensis, pro anima matris suę, mansum Sigaldi de Algei totum ex integro, cum omnibus appenditiis, planum, boscum, pratum. Dederunt etiam unam bordeleriam in pago Augustudunensi, in Monte Cuiget. Huic donationi interfuit Jozerannus de Villei.

3192.

CHARTA QUA ODDO, GISLEBERTUS ET LEOTALDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA CURTILIS.

(B. h. 417, CCCCXX.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod nos Oddo et Gislebertus et Leotaldus donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, locoque Cluniensi, aliquid de nostra hereditate, quę sita est in pago Matisconensi, in villa Curtilis, hoc est unus curtilus qui terminatur a mane via publica, a certio et a sero juxta terram Sancti Benedicti, a medio die juxta terram Sancti Mar-

tini. Donamus similiter et unum campum in eadem villa, terminantem a mane terram Bernardi, a sero rivo currente, a certio et a meridie juxta terram Attonis. Donamus insuper medietatem prati Guisiardi, quia cujus medietatem aliam jam conquisierant monachi prefati loci de consanguineis nostris, Attone scilicet et Oddone. Facimus autem hanc donationem pro remedio animę nostrę sororis, nomine Jocildis, et pro loco ejus sepulturę, eo videlicet conventu, ut nemini detur in beneficium, sed semper sit in alimonia fratrum. S. Gisleberti. S. Letaldi. S. Alimburgis. S. Vuilelmi. S. Attonis. S. Petri. S. Oddonis.

3193.

CHARTA QUA HUGO DE CASTELLIONE MILES, POSTEA MONACHUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM SUUM IN CASTELLO CLARAVALLIS ATQUE TELONEUM EJUSDEM CASTRI CUM DECIMA ANTOLIENSIS VILLÆ.

(B. h. 419, CCCCXXII.)

Omnibus in unitate verę fidei manentibus notum sit, quod ego Hugo quondam miles de Castellione castro, quod est situm juxta Salinis villam, postea vero Cluniacensis cœnobii monachus, pro desiderio vitæ sempiternę, spernens terrena atque caduca, cum consensu et dono matris meę, Deo devotę, nomine Pontiæ, cum consilio etiam atque consensu fratrum meorum atque amicorum, dono omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ac supranominato Cluniacensi monasterio, in honore ipsorum consecrato, cui domnus Hugo ac venerabilis abbas magis prodesse quam preesse videtur, totum alodum meum, quod habere visus sum in castello quod Claravallis dicitur, in terris scilicet, in silvis, in servis et ancillis, in decimis, molendinis, piscariis. Dono etiam totam partem meam de teloneo quod habui in portu ejusdem castelli ex integro, cum tota decima Antoliensis villę, quam jure parentali possederam. Hæc omnia trado simul et concedo sanctæ Cluniacensium congregationi, ut Deus omnipotens tam mihi quam etiam matri meę Pontiæ omnibusque parentibus meis seu antecessoribus vitam conferre dignetur eternam. De cetero interdico ex

1049-1109.

parte Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus, omnibus vicinis meis seu consanguineis, vel etiam extraneis, ne quis hoc donum calumpniari presumat. Quod si quis agere temptaverit, eterni anathematis maledictionem cum Juda traditore feriatur, nisi concite penituerit. S. Hugonis monachi. S. Pontię, matris ejus. S. Vualcherii, filii ejus.

3194.

CHARTA QUA ARBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA MONTESONO.

(B. h. 422, CCCCXXV.)

1049-1109 (?). Cum omnia orta occidant auctaque senescant, temporalia quoque more aquę fluentis retrorsum ultra dilapsam undam non retorquentis celeri lapsu inreparabiliter defluant, preclaraque facies et honor gloriæ mundialis, precipue fallaces divitiæ, preter hoc vis corporis aliaque hujuscemodi brevi tempore in dies dilabi videantur, opere pretium est animam autem aut ęternam exercitatione virtutum preclaram Deo reddere, aut munificentia helemosinarum temporalia pro eternis dare, pauca pro magnis commutare, sua Christi pauperibus pro ęternę vitæ desiderio factis tribuere ea deserendo, quatinus una cum eis mereatur gaudia cęlorum possidere. Igitur ego Arbertus, hoc succensus desiderio, cognoscens me male vitam duxisse meam, divina gratia me visitante, Deo satisfaciens dono apostolis sanctis Petro et Paulo aliquit ex rebus proprietatis meę, quę sunt sitæ in pago Maticensi, in villa cui dicitur Montesono, hoc est unus curtilus, cujus termini sunt hi : a mane terra Sancti Stephani, a meridie terra Ledendi, a sero ipsa hereditas, a certio terra Ermendradæ. Item in eadem villa medietatem unius prati dono, quod a mane juxta terram de Mediolano terminatur, a certio et a sero similiter, a meridie terra Vuinierii; et campum unum a mane terram Sancti Stephani terminantem, a meridie terram Mediolani, a certio et a sero de ipso donatore, qui vulgato nomine vocitatur ad Equales, videlicet medietatem. Infra has terminationes dono prefato cœnobio, pro anima patris mei et mea, ut a die presenti et dein-

ceps ejusdem loci predicti rectores quod eis visum exinde fuerit faciant, absque ullius calumpnia. Actum est hoc Cluniaco publice. Si quis vero calumpniam aliquam contra hoc donum diabolico excitus stimulo temptaverit inferre, Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum iram incurrat; parsque ejus sit cum Juda, Domini proditore, et Dathan et Abiron, et cum his qui dixerunt Domino Deo : « Recede a « nobis », nisi ad condignam pervenerit emendationem. S. Arberti, qui donum hoc fecit et firmare rogavit. S. Anselmi presbiteri. S. Vuinerii. S. Ledendi. S. Arlebaldi. S. Gausberti.

3195.

CHARTA QUA UXOR BERTRANNI DE BURZEI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA NOILLEI.

(B. h. 423, CCCCXXVI.)

In nomine Dei omnipotentis. Sciant presentes et futuri, quod uxor Bertranni de Burzei, de peccatis suis a Domino veniam promereri desiderans, pro animę suæ suorumque amicorum omnium dedit Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, et senioribus Cluniacensis monasterii, loco helemosinæ, de allodo suo quantum ad presens potuit, unum videlicet mansum cum omnibus appenditiis in villa quę appellatur Noillei. Donationis hujus testes et collaudatores sunt Jocerannus cognomento Etnebrunus et Girbertus de Burcei. 1049-1109 (?).

3196.

CHARTA QUA STEPHANUS DE SALIACO ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CROSIAGO ET CHIMILIACO.

(B. h. 424, CCCCXXVII.)

Dominus noster Jesus Christus humanum cupiens a diaboli laqueis genus eripi, a quo per primum hominem captivum detinebatur, nova mandata preposuit contra insidias illius quibus ad misericordiam denuo reparetur, dicens : « Date helemosinam, et ecce omnia munda sunt 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

« vobis ». Quamobrem omnibus in unitate christianę fidei degentibus, presentibus et absentibus pateat, quod ego Stephanus de Saliaco, cum fratribus meis Hugone et Gaufredo, cognoscentes, divino igne conpuncti, nos multum a principio contra christianitatis nostræ professionem egisse, atque penas eterni ignis evadere cupientes, donamus Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, fratribusque Cluniacensis monasterii, aliquit ex facultatibus nostris, pro animarum nostrarum remedio, unum curtilum in villa cui vocabulum est Crosiacus, et similiter unum pratum in villa quę Chiminiacus[1] nuncupatur, necnon et unum campum cum condamina quadam, eo scilicet pacto ut qui hæc tenuerit, cursum habeat in silvam, absque ullius calumpnia, sive aliqua consuetudine, quam cuique mortalium faciat.

3197.

CHARTA QUA BLISMODIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM IN VILLA QUÆ DICITUR AD OBLAT.

(B. h. 425, CCCCXXVIII.)

1049-1109 (?). Quia per primi lapsum parentis genus humanum labile et pronum est ad peccandum, Omnipotentis gratia post baptismi donum aliud etiam genus suis fidelibus concessit, quo ad misericordiam pervenire consequendam possint animarum redemptionem, videlicet helemosinarum largitionem. Quocirca ab eo precepta dantur, ut quotquot volumus regna nobis reddi perdita, statuamus nobis amicos de Mamona, dantesque temporalia mansura perhennis vitæ precipiamus ęterna. Ideoque ego Blismodis reminiscens multiplices excessus mundanę conversationis, assentientibus filiis et amicis meis, dono Domino Deo et beatis ejus apostolis Petro et Paulo et loco Cluniacensi, in eorum veneratione dedicato apostolorum, aliquit de jure meę hereditatis in loco beneficii et sepulturę. Est autem unus magnus campus positus in villa quę ad Oblat dicitur, ab omni parte determinatus suis finibus et con-

[1] La rubrique porte · *Chimiliacus.*

cisis fruticum diversarum arborum. Deforis autem circumdatur a parte una publica via, ab alia parte vineis, a tercia villa supradicta. Si quis vero hoc destruere voluerit vel inquietare donum, fiat anathema maranatha. S. Blismodis, quę donum hoc fecit et rogavit firmare. S. Artaldi, [et] Gaufredi filiorum ejus, qui hoc laudaverunt et firmaverunt.

3198.

CHARTA QUA WALTERIUS DE MARCHISOTO SÆCULO ABRENUNCIANS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BURDONO.

(B. h. 426, CCCCXXIX.)

Si quis eorum qui Domini amore seculo abrenuntiaverunt consors esse desiderat, vestigia eorum immitari sua relinquendo minime differat, ut eorum gaudiis juge Domino jubilum reddentium interesse valeat. Itaque ego Vualterius de Marchisoto, hujus gratia muneris capiendi, perpendens quam inutilis est gloria et honor temporalis, quin quin quam nocivus et inlecebrosus illum diligentibus ad ęternam vitam percipiendam, contuli me ad misericordiam Dei in monasterio Cluniacensi, seculo penitus abrenunciantem, ibi deinceps sub regula sancti patris nostri Benedicti Deo militaturum. Ubi aliquit de jure meę hereditatis tradidi, unum videlicet mansum in villa cui dicitur Burdono, ab eis fratribus sine aliqua calumpnia vel consuetudine inibi Deo servientibus tenendum et jure perpetuo possidendum. S. Bernardi de Vissando. S. Joceranni, S. Hugonis fratrum ejus et aliorum quamplurium. 1049-1109 (?).

3199.

CHARTA QUA WICHARDUS DE CASTELLO PRESBYTER, SUMENS VESTEM MONACHICAM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BIERIASI.

(B. h. 427, CCCCXXX.)

Notum omnibus hominibus, tam presentibus quam absentibus, sit, quod ego Vuichardus, presbiter de Castello, derelinquo hujus seculi vanitates pro desiderio regni cælorum, accipiens sanctæ religionis habi- 1049-1109.

tum in monasterio Cluniacensi, pro peccatis meis, ut possim habere partem et societatem cum Dei electis in regno cælorum, et dono Domino Deo ac sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco supramemorato, cui domnus Hugo abba magis prodesse quam preesse videtur, fratribusque ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, dono ego supradictus Vuichardus unum mansum in villa Bieriasi, quem tenet Bernardus villanus, cum omnibus ad ipsum mansum pertinentibus, et cum omni censu quem mihi per unumquemque annum reddebat, id est sex denarios, et tres panes, tresque gallinas, duo quoque sextaria vini, et omnia quęcumque ibi volebam accipere, totum ab integro dono, laudo et transfundo ad supradictum locum. Si quis vero hanc donationem, diaboli fascibus inflamatus, evertere conatus fuerit, gladio anathematis feriatur, nisi ad satisfactionem pervenerit. Quod vero ratum et inconcussum per evum permaneat, propria consignavi manu, testibusque roborandam contradidi. S. Vuichardi, qui hoc donum fecit et firmare rogavit. S. quatuor fratrum meorum, nomina quorum sunt hæc : Ornadus, Bernardus, Hugo, Rodbertus.

3200.

CHARTA QUA DURANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM UNUM QUEM PATER SUUS TENUIT AD ESCELETAS.

(B. h. 429, CCCCXXXII.)

1049-1109(?) Clemens ac largiflua Christi misericordia humanę infirmitati multis modis conpatitur, ut quia quis absque peccati contagio vivere minime valet, saltem in promptu occursum habeat medicinalem ex facultatibus propriis, videlicet subsidium helemosinæ. Ideoque, in Dei nomine, ego Durannus, Dei amore conpunctus, dono Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniacensi, campum unum quem pater meus tenuit ad Esceletes[1]. Hoc sane donum confirmamus nos fratres ejusdem Duranni, Bernardus, Rotbertus, Hugo, Geraldus.

[1] [En rubrique : *Esceletas*.]

3201.

CHARTA QUA NOTUM EST FOLCRANNUM ET LEOTBALDUM, FILIOS HELIONIS, WERPIVISSE TERRAM IN VILLA MARISIACO MONASTERIO CLUNIACENSI.

(B. h. 430, CCCCXXXIII.)

Priscorum patrum usu edocemur, auctoritate informamur, ut ea quę in presenti agere videmus, ne in posterum futuros lateant, litterarum vinculis committere debeamus, neque successione vel decessione umquam valeant variari. Quamobrem omnibus esse volumus notum noticiam verpitionis quam fecerunt Folcrannus et Leotbaldus, filii Helionis, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, de quadam terra quę in duas videtur esse partes divisa. Pars una in villa cui dicitur Masiriacus; alio vero pars est circa Siccam Vambre. Hæc omnia pro amore sancti Petri verpivimus, et pro animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum, quatinus omnipotens Deus per inmensam suam clementiam nos gaudiis electorum suorum frui faciat. 1049-1109 (?)

3202.

CHARTA QUA BERNARDUS DE MALEG, SUMENS HABITUM MONACHICUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CLAUSUM VINEÆ IN VILLA MALEG.

(B. h. 431, CCCCXXXIIII.)

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam absentibus, quod ego Bernardus de Maleg, recognoscens me multum peccasse contra Deum et sanctos ejus, ideo pavore perterritus, derelinquens hujus seculi vanitates, accipio habitum sanctæ religionis in loco Cluniaco, seculo penitus abrenunciando, pro vitæ eternę desiderio, cui domnus Hugo abba prodesse magis quam preesse, divina clementia disponente, videtur; et dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et prefato loco fratribusque ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, unum clausum de vinea, et arbores quę ibi sunt, in villa quę dicitur Maleg, quem tenet Durannus: medietatem 1049-1109.

de omnibus quę in eadem vinea accipiebam, servitium quoque quod Durannus mihi reddebat, sicut ego videbar habere, totum ab integro dono, laudo supradicto loco. Si quis autem hanc donationem infringere voluerit, nisi cito resipuerit, Dei iram et sanctorum apostolorum Petri et Pauli incurrat. S. Bernardi, qui donum fecit et testes firmare fecit. S. Nocherii, fratris sui. S. Bernardi atque Ansedei, fratrum suorum. S. Constantini, avunculi sui.

3203.

CHARTA QUA EMALFREDUS ET FILIUS EJUS VUICHARDUS REDDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN VILLA SANCTI GERMANI DE IPGIACO, QUAM EIS DEDERAT SIGALDUS, PRIOR EJUSDEM MONASTERII.

(B. h. 433, CCCCXXXVI.)

1049-1109 (?). In nomine Domini. Ego Emalfredus et filius meus Vuichardus donamus Deo et Sancto Petro quicquid terræ habemus in villa Sancti Germani nomine Itgiaco, pro salute animę meę, eo videlicet tenore, ut me solum seniores propter hoc sepeliant, si in finem dierum meorum illam dedero. Quam terram prior Sigaldus tali conventu etiam mihi uxorique meę, nomine Ermengardi, filioque meo Vuichardo dedit, ut in vestitura omni anno monachis quatuor vini sextaria et dimidium reddam. Post descessum vero nostrum, ad prefatum sepe locum revertatur, postposita omni alicujus querimonia.

3204.

CHARTA QUA GIRARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM AD CURTEM BESONIS ET ALTERAM AD RUBRAM TERRAM.

(B. h. 440, CCCCXLIII.)

1049-1109. Quisquis illius terræ heres effici vult de qua dicit Psalmista : « Credo « videre bona Domini in terra viventium », hanc terram quam pedibus conculcamus et quam vermes hereditant, debet Deo dare dum vivit. Quod ego Girardus cupiens facere, dono ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, duas

vineas, cum consensu fratrum meorum. Quorum una est ad Curtem Besonis[1], altera vero ad Rubram Terram; et hoc tenore ut monachi prefati loci semper Domini pro me clementiam exorent, et pro meis genitoribus ac fratribus. Si quis vero huic mee donationi aliquam inferre litem temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat. S. Girardi et fratrum ejus.

3205.

CHARTA QUA EVA VENDIT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA VALLE.

(B. h. 441, CCCCXLIIII.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit fidelibus cunctis, tam presentibus quam absentibus, infra matris æcclesiæ gremium ubique terrarum degentibus, qualiter ego Eva femina genere nobilis vendo, trado atque transfundo monachis Sancti Petri Cluniensis monasterii unam vineam quę mihi tradita fuit in dotalitium a marito meo; ut faciant ab hac die et deinceps quicquid facere voluerint, habendi, vendendi, donandi seu commutandi licentiam, et accipio ab illis pro vinea supradicta inter vinum et annonam duos modios. Residet autem ipsa vinea in comitatu Matisconensi, in villa cui vocabulum est Vallis; et terminatur a mane de ipsa hereditate, a sero via publica, a meridie terra comitis, a certio de ipsa hereditate. Sane si quis, aut ego, aut ullus propinquorum meorum vel aliqua subintroducta persona contra venditionem istam aliquam inferre calumpniam voluerit, non quod repetit vendicare valeat, sed iram Dei et apostolorum suorum Petri et Pauli incurrat, quin quin cogente juditiaria potestate cui litem ausu temerario intulerit, auri libram coactus persolvat. Et postea venditio nostra rata et inconcussa per evum stipulatione subnixa consistat. S. Evæ. S. Aalardi, qui fieri et firmare rogavit.

1049-1109 (?).

[1] [Lisez *ad curtem Bosonis*, comme au tome II, n° 1541.]

3206.

CHARTA QUA GAUFREDUS NOTUM FECIT SE SERVOS QUOSDAM MONASTERIO CLUNIACENSI CONCESSISSE.

(B. h. 442, CCCCXLV.)

1049-1109 (?). Notum sit fidelibus Christi presentibus ac futuris, quia ego Gaufredus habui duos proprios servos, Fulcherium videlicet et Odilonem; et erat quędam ancilla, nomine Liudberga, quę non erat ex toto mei juris, sed eam communiter possedi cum æcclesia Cluniacensi. Quibus cunctis tribus cum plus placeret esse in dominio prefatæ æcclesię quam in meo, adquievi eis et hoc quod ultro mihi dederunt recepi, scilicet LXX solidos; et concessi eos ac tradidi Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, fratribusque atque senioribus qui morantur in monasterio Cluniaco, ut eos perpetuo jure possideant absque contradictione hominum. Et hanc vicissitudinem rogo ab eisdem Dei servis, ut eorum merear habere societatem, ut eorum oraciones et helemosinę mihi ad salutem animæ et animabus parentum meorum succurrant, ut peccatorum veniam consequantur et ab eterna morte liberentur. Et hoc donum meum ut firmum ac ratum sit, ego ipse feci et hanc rogavi cartam conscribi, ut sit in signum et testimonium traditionis meę.

3207.

CHARTA QUA GAUFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES CURTILOS IN VILLIS MOLLETO ET MONTILIO.

(B. h. 443, CCCCXLVI.)

1049-1109 (?). Refulgens Christi incarnatio salutifera, qua minoratus paulo minus ab angelis ab arce patris ad nostram deveniens servilem amictus cinctorium patriam, nec linquens supera, conversari non erubuit in ima. Igitur ego Gaufredus, ut mihi pius ipse in suo adventu propitiari dignetur, dono ad locum Cluniacum aliquid ex rebus meis quę resident in comitatu Augustidunensi, in villa Molleto, hoc sunt cur-

tili duo cum superpositis et quę ad ipsos pertinent, cum campis, pratis, silvis, aquis, pascuis, aquarumque decursibus, totum a die presenti. In villa etiam Montilio dono alium curtilum cum suprapo-sito, qui terminatur a mane et a certio via publica, a medio die et a sero terra Hugonis, faciantque post hunc diem quicquid facere voluerint. Hanc autem donationem fatio pro anima etiam patris mei et matris meę omniumque parentum meorum, ut eis Dominus propicietur. Si quis vero contra hanc donationem garrire, diaboli fascibus succensus, temptaverit, non ejus vox a quoquam suscipiatur, immo cogente judice L solidos exsolvat cui injuriam intulerit. S. Gaufredi, qui donum hoc fecit et firmari peroravit. S. Blismodis, uxoris ejus.

3208.

CHARTA QUA INGELBERTUS, SUMENS HABITUM MONACHICUM IN MONASTERIO CLUNIACENSI, DAT EIDEM MONASTERIO PRÆDIUM SUUM DE SULSENO.

(B. h. 448, CCCCLI.)

Notum sit omnibus sanctę Dei ecclesię fidelibus, quod ego Ingelbertus spontanea voluntate habitum sanctę religionis et normam Sancti Benedicti suscipere cupiens, me ipsum monasterio apostolorum Petri et Pauli, quod Cluniacus dicitur, cui preesse donnus abba Hugo videtur, ad salvandum, Deoque perpetuo serviendum trado. Et quoniam qui semetipsum a semetipso removet, preter se nihil omnino aliud habere vel debet, vel potest, ideo predicto loco quicquid eadem die qua de patria exivi habebam, perpetualiter habere concedo, predium videlicet meum, quod ex paterna hereditate et fraterna partitione mihi obvenerat, nomine Sulseno, et quicquid pertinet ad illud vel pertinere videtur, in agris, silvis, pratis, vineis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, cultis et incultis, quatinus ab hac die et deinceps fratres nominati loci secure habeant, cum quiete possideant, sine alicujus contradictione retineant. Et ut hęc donatio nostra firma et stabilis permaneat, vigeat perseveretque, testes invoco videntes et audientes, et per omnia scientes me eadem die

1049-1109.

IMPRIMERIE NATIONALE.

qua de patria exivi quicquid hic denominatum est, juxta velle et libitus meos valentem dare, transfundere, imperatorem videlicet donnum et dominum nostrum, Coloniensem etiam archiepiscopum, duces, marchiones et comites, necnon ejusdem totius regionis utriusque sexus et dignitatis. Si autem (quod minime credo!) huic nostrę donationi aliquis aliquam temptaverit inferre molestiam, ad testium curam vel animarum salutem pertinebit, et quod justum est defendere et malorum presumptionem.

3209.

CHARTA QUA HUGO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUÆ HEREDITATIS IN VILLA ARTIACO ATQUE TERCIAM PARTEM PORTUS EJUSDEM LOCI.

(B. h. 449, CCCCLII.)

1049-1109. Conditor et creator universorum Dominus, ut ostenderet mortalibus quia de perituris et terrenis atque transitoriis rebus possint ęternam ac perpetuam adquirere vitam, dixit : « Date elemosinam, et ecce « omnia munda sunt vobis. » Et Salomon : « Sicut, inquit, aqua extin« guit ignem, ita elemosina peccatum. » Quapropter ego Hugo, maximam spem et fidutiam habens de Omnipotentis misericordia, ac multum pertimescens et reformidans atrocissima inferni supplicia et perpetua tormenta, ex toto ad sinum pietatis et portum misericordię confugio. Et ut meum votum meumque de[siderium][1] perveniat ad effectum, orationibus me attentius committere volo, et desiderio Cluniensium fratrum, quibus preesse et prodesse videtur donnus Hugo abba. Et iccirco in ultima infirmitate positus, trado ad ipsum locum partem aliquam de mea hereditate, in villa quę vocatur Artiaco, videlicet tenementum Gislardi, sive in campis, sive in silvis, et de porto tertiam partem.

[1] *Desiderium* sans doute; mais le mot n'est pas achevé.

3210.

CHARTA QUA GAUSMARUS DE PERCIACO ET UXOR EJUS LITGARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI DE JULIACO.

(B. h. 450, CCCCLIII.)

Dum adhuc in hoc corpore sumus et in hac misera vita conversamur, totis viribus nobis est elaborandum quatinus de collatis ac concessis divinitus bonis temporalibus satagemus adquirere nobis amicos et advocatos, ut pro transitoriis et quandoque perituris rebus post depositionem hujus corporis ab ipsis mereamur recipi in ęternis mansionibus. Sic enim Deus et Dominus noster in quodam sui sancti Evangelii nos ammonere dignatus est ita dicens : « Facite vobis amicos « de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in ęterna « tabernacula. » Quapropter ego Gausmarus de Perciaco et uxor mea Litgardis nomine, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniacum aliquid ex hereditate nostra, videlicet ęcclesiam quę est sita in pago Matisconense, nomine Juliaco, cum omnibus quę ad altare pertinent, videlicet baptisterium, sepulturam et decimam. Hoc autem totum donamus Deo et sanctis apostolis supradictis pro remedio animarum nostrarum et omnium amicorum nostrorum in loco Cluniaco, cui preest donnus Hugo abbas. Igitur nepotes illius dominę [1], videlicet Ugo et Durannus, similiter quicquid visi sunt habere dederunt ad ipsum locum Cluniacum, tali tenore, ut si aliquis surrexerit calumpniam faciens super his rebus monachis supradicti loci, ipsi fratres duo sint eis in adjutorium et in testimonium in omnibus locis. S. Aymonis Judicis. S. Renchonis de Caatzo. S. Gausmari et uxoris Litgardis ac nepotum ejus, Ugonis et Duranni, qui hanc cartam suis manibus firmaverunt. Signum Artaldi, qui quantum visus est habere dedit Sancto Petro. Est autem ipsa ęcclesia dicata in honore beati Petri principis apostolorum. 1049-1109.

[1] Ce sont les neveux de la femme de Gausmar.

3211.

CHARTA QUA ROTBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA BICIACO.

(B. h. 453, CCCCLVI.)

1049-1109 (?). In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Notum sit cunctis christiano nomine insignitis, quod ego Rotbertus, in extremis, immo in gravi infirmitate constitutus, considerans pondus meorum peccaminum, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus meis quę sunt sitę in pago Cabilonense, in villa Biciaco nomine, unum videlicet campum cum simul tenente in se prato, qui terminatur a mane terra Sancti Mauricii, desursum terra communi, a sero terra Rotberti, a cirtio rivo currente. Dono etiam in alio loco, in ipsa villa, unam vineam quę terminatur a duabus partibus terra Rotberti, ab una fronte terra Sancti Petri, ab alia via publica. Hanc autem donationem in tali conventu facio, ut quandiu vixero teneam et possideam. Post meum quoque discessum, habitatores prefati loci ex eis quicquid voluerint faciant. Sed et in ipsa villa dono pro his in vestitura mansum cum vinea in ipso sita, cingente in circuitu muro. Sane si quis huic meę donationi calumpniam inferre voluerit, omnibus maledictionibus quę in libris divinis sunt dampnatus subjaceat, atque nostra elemosina firma permaneat, stipulatione subnixa. S. Rotberti, qui hanc cartam fieri jussit et ipse firmavit. S. Lisanę. S. Aldegardis. S. filiorum ejus. S. Fulcranni presbiteri. S. Rotberti presbiteri. S. Gunduini clerici. S. Tetgrimmi.

3212.

CHARTA QUA RICHARDUS ET UXOR EJUS ATQUE FILII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VERCHERIAM CUM DUOBUS SERVIS IN [VILLA] CURTILIS.

(B. h. 454, CCCCLVII.)

1049-1109 (?). In Christi nomine. Ego Richardus et uxor mea Peronia et filii nos-

tri, Durannus et Hunbertus, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam verchariam quę est in Gurtilis, pro animabus nostris. Et donamus duos servos, Ubaldum et Cirbertum, cum infantibus suis. S. Richardus et uxor sua Peronia et filii eorum; et seniores donant xxx solidos.

3213.

CHARTA QUA ANSEDEUS ET DURANNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM IN VILLA MASILIACO.

(B. h. 455, CCCCLVIII.)

Igitur Ansedeus et Durannus dederunt Deo et Sancto Petro de Cluniaco, pro redemptione animę fratris sui Jozeranni et omnium parentum suorum, unum pratum quod est situm in villa Masiliaco, in manu donni Hugonis abbatis. Et Wigo decanus dedit illis quatuor solidos. 1049-1109.

3214.

ROTBERTUS ET HUGO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VERCHERIAS IN VILLIS CURTILIS ET CAPELLA.

(B. h. 456, CCCCLIX.)

Iterum Rotbertus et Ugo dederunt Deo et Sancto Petro et monachis Cluniensibus duas vercharias in villa Curtilis et tres in villa Capella, pro fratre suo Stephano, ut facerent monachum predicti seniores, quod et fecerunt. S. Rotberti et Ugonis, qui donaverunt et ipsi firmaverunt. 1049-1109 (?).

3215.

CHARTA QUA RAINALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM QUEMDAM NOMINE MARTINUM.

(B. h. 458, CCCCLXI, et 604, DCVII [1].)

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Dono ego Rainaldus Deo 1049-1109.

[1] C'est la seconde copie que nous publions comme plus complète.

et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui venerabilis abba Hugo preest, servum istum, nomine Martinum, pro anima avunculi mei Hugonis, sicut ipse in vita sua constituit, [una cum[1]] consensu parentum meorum, eo scilicet tenore, ut omni anno duodecim denarios solvat ad refectionem[2] sancti conventus ejusdem loci. Quod si, donante Deo, substantia illius creverit, census etiam pro oportunitate crescat. Hanc donationem ne quis infringere presumat interdico, et ut firma et stabilis permaneat, legali carta et propria manu et proprio signo confirmo.

3216.

NOTITIA POSSESSIONUM MONASTERII CLUNIACENSIS IN SILVIS DE VISCO, DE SEIA, ETC.

(B. h. 460, CCCCLXIII.)

1049-1109 (?). In silva quę vocatur Visco habet Sanctus Petrus in dominicatu ab integro medietatem pro Rotrude nobili femina, Bota, et pro Akardo, quodam milite, in alia medietate tertiam partem; et in alio bosco similiter qui dicitur Sein; in Erlo similiter, in Exartels proprie pro Achardo tertiam partem in omnibus locis; in alio loco qui dicitur Angusta, in tertia parte medietatem, et in alia parte, quę residua est de ipsa tertia parte, habemus tertiam partem; et in tertia parte Narduini, de Angusta, habemus duas partes; et de Monte Meiano et in Comba Otgerii similiter[3].

3217.

CHARTA QUA LANTBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA LATONIACO.

(B. h. 461, CCCCLXIIII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis fidelibus intra gre-

[1] [Mots fournis par B. h. 458.]

[2] B. h. 458, «ad idem altare persolvat. «Et ne hoc donum aliquis ulterius infrin«gere presumat interdico, et qui hoc fa«cere temptaverit, ab hereditate nostra «alienus sit. Hanc cartam ego Rainaldus «propria manu et proprio signo confirmo.»

[3] [Voy. au t. III la donation n° 2374.]

mium sanctę matris ęcclesię consistentibus, quod ego Lantbertus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro remedio animę meę, aliquid de mea hereditate quę sita est in pago Matisconense, in villa Latoniaco, hoc est unum mansum in quo Ayroardus quondam mansit, cum omnibus quę ad ipsum aspiciunt vel aspicere videntur, in silvis scilicet, campis, pratis, vineis, exitibus et regressibus, et pascuis, totum ab integro cum omni integritate. Facio autem hanc donationem pro me et pro patre meo Attone et avunculo meo Ildino, a quo mihi hęc hereditas obvenit, sed et pro cunctis parentibus tam vivis quam defunctis : tali condictione ut quandiu vixero teneam, et omni anno in festivitate sancti Petri, kalendis augusti, XII denarios pro censu reddam; post meum autem discessum ad Sanctum Petrum perveniat. S. Lantberti, qui fieri et firmare rogavit. S. Walonis. S. Achardi. S. Leotaldi. S. Constantini. S. Wazilini.

3218.

CHARTA QUA BERNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS CAMPOS IN VILLIS BESORNIACO ET ARNIACO.

(B. h. 462, CCCCLXV.)

Dum pro certo constet nullum mortalium in hac vitę miseria inmunem fore a diversorum noxa discriminum, oportet unicuique pro posse largitorem fieri temporalium, ut non solum liber esse valeat a delictis peccatorum, verum etiam particeps existat ęternorum bonorum. Quapropter noverit omnis ęcclesia fidelium, quod ego, Bernardus nomine, jam ultimum anhelans spiritum, dono bonorum omnium largitori Deo et Cluniensi monasterio, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli consecrato, aliquid de mihi jure debita hereditate in Besorniaco sita, videlicet unum campum habentem in longum perticas C et in latum novem; et alterum campum in Arniaco, habentem in longitudine perticas LX et in latum IIII. Hęc igitur do Deo et predicto loco Cluniaco ob animę meę redemptionem et corporis tumulationem, sine ullius contradictione. S. Tedaldi, filii ejusdem

1049-1109 (?).

Bernardi, qui ad vicem patris fieri et firmare rogavit. S. Ebrardi, filii ejus. S. Tedrici. S. Leterii. S. Eldrici. S. Otgerii. S. Bernardi. S. Christianę, uxoris ejusdem Bernardi. S. Johannis, filii ejus. S. Constantini. S. Clementis. S. Tetcendis. S. Witburgis. S. Emmę. Actum Cluniaco, die dominica[1].

3219.

CHARTA QUA PONTIUS ET UXOR EJUS GUNDRADA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM CUM VINEA IN VILLA IPGIACO.

(B. h. 464, CCCCLXVII.)

1049-1109 (?). Ego, in Dei nomine, Poncius et uxor mea Gondrada donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid ex rebus nostris quę sunt sitę in villa Ipgiaco, hoc est curtilum cum vinea ubi vocant ad Molnedum; et terminatur a mane terra Rainaldi et Bernardi, a meridie bosco, a sero terra Airoardi, a cirtio via publica. Hanc autem donationem tali tenore facio, ut quandiu vixero teneam; et post meum discessum ad jam dictum locum perveniat. Si quis autem contradictor extiterit, non vindicet quod repetit, sed hęc donatio firma permaneat, stipulatione subnixa, et stabilis. S. Poncii et uxoris ejus Gondradę, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Ingelelmi. S. Aymonis. S. Silvii. S. Gonzonis. S. Otgerii. Actum Cluniaco, mense febroario, feria quinta. Balduinus scripsit.

3220.

CHARTA QUA PONTIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES MANSOS AD MACIACUM, AD SATONAM, ETC.

(B. h. 472, CCCCLXXV.)

1049-1109. Ego Pontius dono Sancto Petro unum mansum ad Maciacum, et unum ad Satonam, quod ibi juris habeo, et medietatem eorum de Felcheriis a via insursum; item mansum de Polotangis, situm in villa de Cinniaco.

[1] [Cf. ci-dessus t. III, n° 1907, une autre donation du même Bernard avec son frère Girbaud.]

3221.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE MARCIACO, SUMENS HABITUM MONACHICUM, NOTUM FACIT SE MANSUM IN VILLA MARCIACO SERVOSQUE IN HAC VILLA ET IN VILLA CLUNIACO MONACHIS CLUNIACENSIBUS DEDISSE.

(B. h. 473, CCCCLXXVI.)

Notum sit cunctis Christi fidelibus, futuris et presentibus, quod ego Gaufredus de Marciaco, decidens in infirmitate per longa tempora, et veniens ad extremum diem vitę meę, accipio bono animo habitum Sancti Benedicti, in loco Cluniaco, et dono, pro remedio animę meę Deo et sancto Petro et sancto Paulo et loco supradicto, ubi donnus Hugo abba magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus, futuris et presentibus, unum mansum in villa Marciaco, quę tenet Giraldus cum uxore sua et filiis et filiabus suis, cum omnibus quę ad ipsum mansum pertinent, sine ulla calumpnia. Dono etiam unam ancillam cum filiis et filiabus suis in villa Cluniaco, meam videlicet partem. Fevum etiam de Egiaco, quam dedit Sigaldus prior patri meo et pater meus mihi dimisit, vuerpio et dimitto. S. Constantini, avunculi mei, de Cluniaco. S. Hugonis Burdin. S. Gotseranni, fratris sui. S. Odonis, fratris sui. S. Bernardi de Cluniaco, sacerdotis. Si quis autem hanc donationem infringere voluerit, anathema sit. 1049-1109.

3222.

CHARTA QUA WICHARDUS DE BRUIERE TRADIDIT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM ET SERVOS IN VILLA PERCEI.

(B. h. 476, CCCCLXXIX.)

In nomine Dei. Wichardus de Bruiere tradidit Beato Petro Cluniensi, unum mansum de Percie, et quicquid ad ipsum mansum pertinet, sive agros sive lucos sive prata; servum quoque cum uxore et liberis, tam filiabus quam filiis. Post mortem quoque suam in pre- 1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

dicta villa Percei quicquid vel modo habet vel habiturus est, sive jure hereditario sive alio modo, superiori donationi totum ascribit. Hujus traditionis testes fuerunt : Stephanus de Bruiere et Otbertus.

3223.

CHARTA QUA HUMBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MOLENDINUM ET PRATUM IN VILLA COBLAISOLAS.

(B. h. 477, CCCCLXXX.)

1049-1109 (?). Unusquisque christianorum fidelium in quantum se peccatorum pondere gravatum esse conspicit, in tantum studere debet atque elaborare, ut de bonis a Deo temporaliter sibi concessis valeat ęternum et perpetuum regnum mercari. Quapropter, in Dei nomine, ego Hunbertus, pondus peccatorum meorum reminiscens, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate, quę sita est in̄ episcopatu Matisconense, in villa Coblaisolas, unum videlicet molendinum et unum pratum valentibus duos mansos, in tali conventu, ut quandiu vixero teneam et possideam, post meum quoque discessum in proprios usus monachi Clunienses habeant, et quando obitus mihi advenerit me sepeliant; atque in vestitura omni anno aut VI denarios aut servitium de molendino quandiu vixero accipiant. S. Hunberti, qui fieri et firmare rogavit. S. Poncii de Vicorzo.

3224.

CHARTA QUA NOTUM EST CONSTANTINUM, GIRBALDUM, ETC. MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE QUOSDAM SERVOS IN VILLA CORBONIACO HABITANTES.

(B. h. 478, CCCCLXXXI.)

1049-1109 (?). In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit fidelibus cunctis, tam presentibus quam futuris, quod nos Constantinus, Gisbaldus, Rotbertus, Aldegarda, Ava, vuerpimus omnem querelam quam actenus habuimus contra monachos Clunienses de quibusdam servis qui habitant in pago Matisconensi, in villa Corboniaco. Facimus autem

non solum vuerpitionem, verum etiam legitimam donationem firmamus, ut post discessum nostrum nos in suo sepeliant cimiterio. S. Constantini. S. Girbaldi. S. Rotberti. S. Bernardi. S. Rotberti. S. Johannis.

3225.

CHARTA QUA TEDZA NOTUM FACIT SE MANSUM IN VILLA CROSIACO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 479, CCCCLXXXII.)

Notum sit viventibus cunctis, quod ego Tedza, cum finis vitę meę appropiavit, in loco sepulturę mee, dedi Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et monachis Cluniensibus, unum curtilum in villa Crosiaco, cum consensu et laudatione filii mei Bosonis, atque cursum in silva Crosiacensi, homini qui ipsum curtilum tenuerit. 1049-1109 (?).

3226.

NOTITIA WERPITIONIS SERVI, NOMINE BERNOINI, QUAM DROGO MILES ET INFANTES EJUS MONASTERIO CLUNIACENSI FECERUNT.

(B. h. 481, CCCCLXXXIIII.)

Notitia vuerpitionis quam fecit quidam miles, nomine Drogo, et filii sui et filię, de quodam servo, nomine Bernoyino, in presentia donni Rotberti prioris, Almanni, Teotfredi, Ainrici, Walterii, Gondolrici. Si quis (quod absit!) hanc verpitionem calumpniatus fuerit, nisi cito resipuerit, primitus iram Dei incurrat, et inantea firma et stabilis permaneat. 1049-1109 (?).

3227.

CHARTA QUA GAUSMARUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS VINEAS ET UNUM MANSUM IN VILLA MARCHISIACO.

(B. h. 482, CCCCLXXXV.)

Quia in hujus vitę miseria quisque mortalis inmunis non fit a delictorum noxa, oportet pro viribus ut quod inconsulte commisit, ele- 1049-1109 (?).

mosinarum largitione redimat. Quapropter noverint Christi fideles, quod ego Gausmarus, ob redemptionem animę meę, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, quandam vineam cum curtilo adjacenti in villa Marchisiaco[1], et in pago Matiscensi. Dono etiam ibidem aliam vineam quam a Constabulo digno pretio conquisivi. Facio autem hanc donationem ea ratione, ut quandiu vixero teneam; et in vestitura singulis annis duos sextarios de vino persolvam. Post mortem vero meam, predicto loco Cluniaco remaneat sine ullius contradictione. Et ut hęc carta firma et stabilis permaneat, manibus subterfirmavi, testibusque idoneis roborandam tradidi. S. Gausmari, qui fieri et firmare rogavit. S. Letbaldi. S. Guldrici. S. Rotberti. S. Constantini.

3228.

CHARTA QUA TETBRANNUS ET FRATER EJUS ERMENALDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS APUD CONFLANT.

(B. h. 486, CCCCLXXXIX.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus fidelibus Christi, quod ego Tetbrannus et frater meus Ermenaldus, pro redemptione animę Ayroardi, consobrini nostri, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid ex hereditate nostra, quę est in pago Matiscensi, in loco quem vocant Conflanc : hoc sunt vineę, prata, campi, cum omnibus quę ad illum pertinere videntur, exceptis duabus peciolis de terra quę sunt in loco qui vocatur Nebrum. Hęc autem omnia supradicta tradimus ad jam dictum locum sine alicujus contradictione. Quod si quis contradicere voluerit, ęternę subjaceat maledictioni. S. Tetbranni. S. Ermenaldi. S. Rotberti.

[1] [La *villa Marchisiacus* paraît être Marchizeuil, h. c^ne de Saint-André-le-Désert. La forme ordinaire est *Marchisolium* ou *Marchesotus*. La finale *iacus* aurait été ajoutée à ce mot au XIe siècle, comme à *Caviniacus*, *Dumbiniacus*, *Lurduniacus*, pour *Cavinias*, *Dumbinas*, *Lurdunum*. Cf. n°s 716, 3278 et 3286.]

3229.

CHARTA QUA FRATER ISEMBARDUS DIMITTIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MANSUM IN VILLA CROSA ET OMNIA BENEFICIA SUA.

(B. h. 489, CCCCXCII.)

Ego frater Isembardus dono Cluniaco monasterio habitatoribus- 1049-1109 (?).
que ejus unum mansum in pago Viennense, in villa quę vocatur Crosa, cum omni integritate ad ipsum pertinente, qui terminatur ex omni parte terra Sancti Petri. Beneficia autem in omnibus ubicumque pater meus habuit et ego habeo vel habuero a vestra potestate sumpta, dono vobis jam dictis habitatoribus sine aliquo precio vel contradictione.

3230.

CHARTA QUA ROTDULFUS ET PETRUS, FILII WARINI DE BELLAURA, NOTUM FACIUNT SE TERRAM QUAM PATER IPSORUM DE MONASTERIO CLUNIACENSI ACQUISIERAT, EIDEM MONASTERIO REDDERE.

(B. h. 490, CCCCXCIII.)

Omnibus tam futuris quam presentibus per hanc recordationis car- 1049-1109.
tam notum esse volumus, quod Rotdulfus et Petrus, filii Warini de Bellaura, venientes coram donno Hugone abbate ceterisque fratribus in capitulum Cluniense, hanc conventionem fecerunt de terra illa quam pater eorum adquisierat de Sancto Petro, ut medietatem fructus ipsius terrę deinceps jam omni anno eidem Beato Petro ac supradictis fratribus consuetudinarie redderent, hoc videlicet nihilque aliud interposito, ut in morte si Cluniaco delati fuerint, a fratribus pro caritate recognoscantur et sepeliantur. Conventum est etiam ut post mortem ipsorum duorum, Rotdulfi videlicet et Petri, seu Hugonis, filii ejusdem Rotdulfi, suprascripta terra de qua loquimur, absque alicujus querimonia, Sancto Petro ex integro remaneat; et nullus eam quasi hereditario jure de eorum genere ulterius requirere debeat. Interim autem omni anno pro censu debent unum porcum de duobus solidis

et cetera omnia quę pro uno manducare debentur equaliter, sicut pro illo alio manducare debent pro alia vinea.

3231.

CHARTA QUA NOTUM EST STEPHANUM DE CURTEVAZ ET FRATREM EJUS BERNARDUM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE RES SUAS IN VILLA BICEI.

(B. h. 491, CCCCXCIIII.)

1049-1109. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Petimus notum fieri omnibus omnipotentis Dei cultoribus, quod duo fratres, scilicet Stephanus de Curtevaz et Bernardus, divina miseratione tacti, inspirati, preterita peccata sua abhorrentes, ut de eis veniam mererentur, obtulerunt loco elemosinę Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de rebus suis quantum ad presens potuerunt, scilicet quicquid habebant in villa quę dicitur Bicei. Et ne aliquis, instigatione diaboli inflammatus, hanc donationem aliquando infringere aut calumpniare velit, idoneos testes et collaudatores adhibuerunt avunculos suos Bernardum et Ubertum.

3232.

CHARTA QUA BERTRANNUS DE BURZEI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BALATEIR.

(B. h. 492, CCCCXCV.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus Dei et sanctę ęcclesię fidelibus, quod ego Bertrannus de Burzei, divina gratia inspirante, compunctus, ut de preteritis sceleribus suis veniam consequeretur et a futuris divina protectione observaretur, obtulit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, loco elemosinę suę, de alodo suo, quantum ad presens potuit, scilicet mansum unum in villa Balateir, cum omnibus appenditiis suis. Et ut donatio firma et stabilis esset, fratres suos Seguinum et Jocerannum adhibuit ad testificandum et confirmandum.

3233.

CHARTA QUA PETRONILLA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM QUI VOCATUR AL PERER.

(B. h. 494, CCCCXCVII.)

Noverint cuncti fideles christiani, tam presentes quam futuri, quod ego Petronilla dono Deo et sancto Petro, ad locum Cluniacum, ubi preest donnus ac venerabilis abba Hugo, quendam mansum qui de nomine arboris piri vocatur vulgo al Perer, cum omnibus appenditiis suis. Hoc autem facio consentientibus filiis meis Bernardo et Gaufredo necnon Emmena, filia mea, pro remedio animę meę et infantum meorum et omnium parentum meorum, ut Dominus nos eripiat a penis inferni, sed et tali tenore ut ipsi fratres me sepulturę tradant, sicut ipsam cui[1] predictus pater societatem ipsius loci et omnium locorum ad ipsum pertinentium concessit. 1049-1109.

3234.

CHARTA QUA LETALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI COLONICAM QUAMDAM CUM SERVO IN VILLA CATONACO.

(B. h. 502, DV.)

Ego Letaldus, reminiscens pecatorum meorum, dono Domino Deo et sanctę Marię et sancto Petro, cui Dominus potestatem ligandi et solvendi, et ad locum Cluniacum, et donno Hugoni abbati, pro remissione peccatorum meorum, unam colonicam totam in Catonaco villa; et unum campum juxta aquam Licentiam; et de alia terra totam medietatem, de campis, aquis, aquarumve decursibus, silvis, rispis, terris cultis et incultis, totum usque ad inquirendum. Dono etiam servum, nomine Tetbertum, et medietatem infantum ejus. Ego Letaldus et filii mei Bernardus et Wigo hoc donum facimus pro animabus 1049-1109.

[1] [Le sens est : en qualité de personne à qui l'abbé a concédé l'association des prières du couvent et de tous ses membres.]

nostris, et hanc cartam scribere precipimus, et manibus propriis firmamus, firmarique jubemus. S. Huberti de Exartis. S. Letaldi de Caloei. S. Seguini de Culminas [1]. S. Anselmi, filii ejus.

3235.

CHARTA QUA DURANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PORTIONEM VINEÆ IN VILLA SEIA.

(B. h. 506, DIX.)

1049-1109 (?). Sacrosancto et exorabili loco Cluniaco, qui est constructus in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, dono ego Durannus peciolam de vinea in pago Matisconense, in villa Seia; de tribus partibus terra Sancti Petri, a sero Adaltrudis. Sed in tali tenore, ut quandiu vixero teneam, et in vestitura singulis annis IIII^or sextarios de vino persolvam; et post meum discessum, ad jam dictum locum perveniat. S. Duranni, qui fieri et firmare rogavit. S. Oulberti. S. Duranni. S. Rannulfi.

3236.

CHARTA QUA VULBERTUS ET FILIUS EJUS DURANNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA SEIA.

(B. h. 507, DX.)

1049-1109 (?). Ego, in Dei nomine, Vulbertus et filius meus Durannus donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniacum, unam vineam in pago Matisconense, in villa Seia, terminatam de tribus partibus terra Sancti Vincentii, de quarta parte Sancti Petri. S. Vulberti et filii sui Duranni, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Duranni. S. item Duranni. S. Rannulfi.

[1] [Ce personnage se retrouvera plus loin, sous la date de 1106, avec d'autres membres de la même famille.]

3237.

CHARTA QUA DURANNUS ET UXOR EJUS GISLA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA SOLINIACA ET CAMPUM IN CURIACO.

(B. h. 508, DXI.)

Ego Durannus et uxor mea Gisla donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam vineam, in pago Matisconense, in villa Soliniaca, terminatam a mane de ipsa hereditate, a meridie terra Alindradanę, a certio Sancti Petri et Sancti Cirici. Sed in tali tenore, ut quandiu vixero teneam, et singulis annis in vestitura dimidium modium de vino persolvam. Et in alio loco, qui nominatur Curiaco, campum unum qui habet in longum perticas LXII, in utraque fronte VIIII, et omni anno tascas persolvam; et post nostrum discessum ad jam dictum locum pro remedio animarum nostrarum et in locum sepulturę perveniat. S. Duranni et uxoris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Vulberti. S. Rannulfi. S. Duranni. 1049-1109 (?).

3238.

CHARTA QUA OUDALRICUS DE BELGIACO REDDIDIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS QUINQUE MODIOS VINI QUOS ANNUATIM DE OBEDIENTIA PERONNA CAPERE SOLEBAT.

(B. h. 509, DXII.)

Noverint omnes sanctę Dei ęcclesię fideles, tam posteri quam presentes, quod Oudalricus[1] de Belgiaco, per hanc presentis scripturę cartam, in capitulo Cluniensi fratrum cœtu coadunato, reddidit atque laxavit Deo et sancto Petro, in manu donni Hunaldi prioris, V modios vini quos annuatim de obędientia Pronna[2] capere solebat, acceptis de pecunia Sancti Petri CCC solidis; ejusdemque redditionis cartam, ut stabilior esset, manu sua super altare Sancti Petri posuit. Hujus rei testes sunt : Bernardus, Artaldus, Maiolus. 1049-1109 (?).

[1] Les deux premières lettres de ce mot sont liées. — [2] Pour *Peronna*.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3239.

CHARTA QUA DODO, ARMARUS, ETC., VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES DE HEREDITATE SUA IN VILLA VISCURTO.

(B. h. 510, DXIII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Nos venditores Dodo et Armarus, Durannus, Aymo, vendimus monachis Sancti Petri Cluniensis, de hereditate nostra quę residet in villa Viscurto, in agro Galeniaco, et terminatur a mane et a cirtio terra Sancti Petri, a meridie et a sero terra Adalgerii; et accepimus ab ipsis monachis IIII solidos, et faciant post hunc diem quicquid voluerint. S. Dodo et Armarus et Durannus et Aymo, qui vendiderunt. S. Girbaldus. S. Stephanus. S. Arbertus. S. Bernardus. S. Otbertus. S. Rannaldus. Rotbertus levita scripsit.

3240.

CHARTA QUA RODULFUS ET UXOR EJUS EUFEMIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS MAXILIACO, VEROLIAS, ETC.

(B. h. 513, DXVI.)

1049-1109 (?). Virtutum omnium Dominus, previdens humanum genus per varios delabi casus, hoc remedium contulis mortalibus, inquiens : « Date « elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis ». Quapropter ego Rotdulfus et uxor mea Eufemia donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus nostris quę sunt sitę in pago Matiscensi, in villa Maxiliaco. In primis dono ego Rotdulfus, in ipsa villa, curtilum unum et pratum et omnia quę in ipsa villa habeo. Terminatur a mane Graonna currente, a meridie terra Milonis, a certio rivo currente, a sero terra Sancti Vincentii. Infra istas terminationes totum ad integrum dono a die presenti. Et in alio loco, in villa Verolias, dono curtilum cum vinea simul tenente, tali tenore, ut quandiu vixero teneam, et post meum discessum ad Sanctum Petrum perveniat; et terminatur de tribus partibus terra

Sancti Petri, de quarta Sancti Georgii. Et ego Eufemia, uxor ipsius Rotdulfi, dono ad predictum locum Cluniacum, in villa Tisiaco, pratum quod vocant ad Pratum Perrono, meam videlicet partem; eo tenore ut quandiu vixero teneam, et post meum discessum ad Sanctum Petrum perveniat. Et in alio loco, ad fontem, ubi dicitur a Suriaco, dono unum campum in vestitura a die presenti, et faciant quod voluerint; qui terminatur de duabus partibus terra Sancti Petri, de tertia parte terra Sancti Nicetii, de quarta terra Drogonis. Facimus autem hanc donationem pro animabus nostris et in locum sepulturę nostrę. S. Rotdulfi et uxoris ejus Eufemię, qui donaverunt et ipsi firmaverunt. S. Huberti. S. Adalais, sororis ejus. S. Rannaldi. S. Arlei. S. Aldini. S. Petri. S. Ascherii. Actum Cluniaco puplice. Rotbertus sacerdos scripsit, die sabbati, mense augusto, regnante Domino nostro Jesu Christo. Amen.

3241.

CHARTA QUA RANNALDUS ET FRATER EJUS GISLEBERTUS TRADUNT MONACHIS CLUNIACENSIBUS TERRAS QUAS FRATER EJUS DODO MORIENS EISDEM MONACHIS DELEGAVERAT IN VILLIS BESORNIACO ET DUNZIACO.

(B. h. 516, DXVIIII.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Rannaldus et Gislebertus, frater meus, tradimus per testamentum literarum Sancto Petro, ad locum Cluniacum, quandam terram quam frater noster Dodo moriens delegavit eidem apostolo. In villa Besorniaco, curtilum cum vinea, qui terminatur de duabus partibus via publica, de tertia terra Attonis, de quarta de ipsa hereditate; et habet in longum perticas XIIII, in latum VI. Hanc conquisivit de Bernardo jure emptionis. In Dunziaco, curtilum cum duabus raxis de vinea, qui terminatur de duabus partibus via publica, de tertia terra Isembaldi et Hildrici, de quarta terra Rotdulfi. Hanc conquisivit de Achardo et filio ejus Beringerio. In Curte Bosonis, peciolam unam de vinea, quę terminatur de una parte terra Sancti Nicetii, de alia via publica, de tertia Sancti Petri. Facimus autem hoc pro remedio animę

1049-1109 (?).

ipsius Dodonis et in locum sepulturę. Et ut firmum permaneat, manibus eam firmamus testibusque idoneis roborandam tradimus. S. Rannaldi. S. Gisleberti. S. Aldeberti. S. Rannaldi. S. Johannis. S. Adelelmi.

3242.

CHARTA QUA DURANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM UNUM IN VILLA VILARIAS.

(B. h. 524, DXXVII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Durannus, veniens ad mortem, et reminiscens peccatorum meorum innumerabilium, dono Domino Deo et sanctis apostolis [ejus] Petro et Paulo, pro remedio animę meę, unum mansum de terra situm in pago Matisconense, in villa Vilarias, et terminatur ex una parte terra Blaini, a meridie rivo currente, ab alia parte via publica. S. Duranni, qui fieri et firmare rogavit. S. Bernardi. S. Berardi. S. Milonis. S. Stephani. S. Duranni.

3243.

CHARTA QUA ASCELINUS ET UXOR ATQUE FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIUM PLANTUM ET CAMPUM IN VILLA MASSILIENSI.

(B. h. 529, DXXXII.)

1049-1109 (?). Quia in hac presenti vita dum vivitur, carere vitiis et peccatis omnino est impossibile, placare districtum judicem per opera misericordię oport[et] unumquemque. Quod perpendens ego Ascelinus nomine, cum consilio uxoris mee et filiorum meorum, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, medium plantum quod in terra Sancti Petri feci, videlicet illam meam partem quę mihi jure pro meis laboribus obvenit, sed tali ratione, ut quandiu vixero teneam; et post mortem meam ad predictum locum absque ullius calumpnia perveniat. Dono etiam quoddam pratum cum campo arabili simili tenore quo supra. Terminatur vero pratum quod etiam

in prato Unberti est situm, a certio terra Sancti Petri, a sero Sancti Vincentii, ex aliis partibus silva publica. Campus etiam ita terminatur : a certio terra Briccii, a sero Sancti Vincentii, a vento Sancti Quintini. Est autem hic campus cum predicto medio planto in villa Massiliensi. Si quis hanc donationem voluerit contradicere, perimatur ęterna dampnatione, hoc testamento salvo manente. S. Ascelini et Rainburgis, uxoris ejus. S. Josberti et Andreę, filiorum ejus. S. Dodonis. S. Huberti. S. Waldrici. S. Mainboldi.

3244.

CHARTA QUA AIMO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA FLAGIACO.

(B. h. 530, DXXXIII.)

Igitur ego Aimo, pro redemptione animę meę et parentum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate quę sita est in villa Flagiaco, in pago Matisconense, hoc est unum mansum, et quicquid ad ipsum pertinere videtur, totum ab integro, tali tenore ut quandiu vixero teneam, et post meum discessum ad supradictum locum perveniat, et in vestitura singulis annis unum sextarium de vino persolvam. Et dum moriar, si illuc deportatus fuero, corpus meum sepeliant. S. Aimonis, qui fieri et firmare rogavit. S. Aichardi. S. Constantini. S. Soffredi. S. Gaufredi. S. Joceranni, filii Aichardi. S. Gontardi. 1049-1109 (?).

3245.

CHARTA QUA UMBERGA ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA MAZEROIT ALODUMQUE SUUM IN VILLA BICEI.

(B. h. 532, DXXXV.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi, volumus et petimus notum fieri omnibus christianis fidelibus, quod Unberga, annuentibus omnibus infantibus suis, dedit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum et senioribus ejusdem cenobii, de hereditario 1049-1109 (?).

alodo suo villulam que vulgo appellatur Mazeroit, pro redemptione animę suę et omnium parentum suorum. Postea etiam filii ejus, bono ejus exemplo instigati, Bernardus scilicet et Unbertus et Dalmatius et etiam Bertannus, qui habebat filiam Widonis, fratris eorum, dederunt ad supradictum locum Cluniacum totum alodum quem habebant in villa quę vocatur Bicei, qui eis hereditario jure contingebat ex parte ejusdem matris suę, campos, vineas, prata, molendina.

3246.

CHARTA QUA ANSEDEUS CONCEDIT ACHARDO MILITI SUO UT COMMUTET CUM MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM IN VILLA BESORNIACO.

(B. h. 533, DXXXVI.)

1049-1109. Ego Ansedeus, in Dei nomine, et uxor mea et filii nostri, notum fieri volumus omnibus sanctę Dei ęcclesię fidelibus, quod quidam ex nostris militibus, nomine Achardus, nostram adiit presentiam humiliter deprecans, ut ex terra Sanctę Marię quę vulgo dicitur Belmontensis quę ei nostra largitate in beneficio concessa est, unum campum in pago Matisconense, in agro Erniacense, in villa Besorniaco situm, in parte orientali, fere III^bus perticis distantem a clausula Salvamenti, et ex aliis partibus terra Sancti Petri terminatum, liceat cum monachis Cluniensibus pro alia terra scamiare. Cujus petitione et fidelium nostrorum consilio compuncti, prefatum campum tradimus predictis monachis eternaliter possidendum. Et ut hęc carta inconvulsa permaneat, manibus propriis eam firmamus, et manibus fidelium nostrorum firmari jubemus.

3247.

CHARTA QUA TETBURGIS, UXOR OILARDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS PRADELLIS ET MONTELIO.

(B. h. 536, DXXXIX.)

1049-1109 (?). Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, interim dum licet dumque tempus aceptabile atque dies salutis instare videntur,

summopere providendum est, ut si qua agere bona valemus, operari non pigritemur, facientes nostri eos debitores quos veraciter credimus nostris Deum exorare pro reatibus[1]. Quapropter noverint cuncti sub norma catholicę fidei agonizantes, quod ego Tetburgis dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus meis quę sunt sitę in pago Matisconense, in fine Cardoniacense, in villa quę dicitur Pradilis : hoc sunt curtili tres in dominicatum, cum omnibus appenditiis suis, campis, pratis, silvis, vineis, aquis aquarumque decursibus, quesitum et inquirendum; totum ab integro, excepto medio planto, et tribus araturis de terra quas dono Ardinco et uni ex suis heredibus, si legalis fuerit. Et hoc eo tenore facio, ut quandiu ipsi duo vixerint usum fructuarium habeant, et post illorum discessum ad jam dictum locum perveniant. Et in alio loco qui dicitur Montelio duas vineas. Hęc omnia dono ad predictum locum pro remedio animę meę ac senioris mei Oilardi et patris ac matris meę et omnium parentum meorum, necnon omnium fidelium defunctorum, et pro salute, et incolumitate filiorum. Dono etiam in predicta villa servos his nominibus : Contaldum cum infantibus suis, Gotmundum cum uxore et infantibus suis v. Si quis autem hanc donationem a me libentissime factam scindere aut calumpniari voluerit, primitus iram Dei omnipotentis ac sanctorum omnium incurrat, et nisi ad emendationem venerit, in perpetuum pereat. Insuper coactus auri libras VIII persolvat, et inantea firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum Cluniaco publice. S. Tetburgis, quę fieri et firmare rogavit. S. Narduini filii ejus. S. Girberti. S. Sendeleni. S. Warulfi. S. Odilonis. S. Alberici. S. Baldrici. S. Aymonis. S. Oddonis. Data per manum Aldebaldi, regnante Domino nostro Jesu Christo.

[1] [Cette formule se trouve dans plusieurs chartes du temps de l'abbé Hugues, mais comme elle n'a plus aux XI[e] et XII[e] siècles qu'un sens purement religieux, il n'y a rien à en tirer pour la date des actes. Cf. n[os] 3240 et 3266.]

3248.

CHARTA QUA STEPHANUS SACERDOS ET PATER EJUS CONSTANTIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA MUGUNENSE.

(B. h. 541, DXLIIII.)

1049-1109 (?). Cunctipotens Deus ineffabili misericordia omnibus prodesse volens, etiam hoc concessit mortalibus, ut ex rebus temporalibus ęterna et sine fine mansura mercentur. Quapropter ego Stephanus sacerdos et pater meus Constantius donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus nostrę proprietatis quę sunt sitę in pago Lugdunensi, in agro Patiense, in villa Mugunense, scilicet mansum indominicatum cum domo et torculari; qui terminatur a mane de ipsa hereditate, a meridie terra Rotlandi, a sero Artaldi, a certio via publica, et omnia quę ad ipsum mansum aspiciunt vel aspicere videntur, ea ratione ut quandiu vixerimus teneamus, et post nostrum discessum ad Sanctum Petrum perveniat. Donamus denique xx[ti] sextaradas de terra arabili in ipsa villa, et duo prata inibi conjacentia. Facimus autem hanc donationem, pro remedio animarum nostrarum et animabus Bernoeni et Constantii, qui nobis hanc terram dederunt, ut nobis Dominus in futuro judicio dignetur esse propitius. In vestitura vero singulis annis donamus dimidium modium inter panem et vinum. Actum Cluniaco publice. S. Stephani sacerdotis et Constantii patris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Rainaldi.

3249.

CHARTA QUA JOHANNES ET UXOR EJUS PETRONILLA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM ET CAMPUM IN VILLA RUFIACO.

(B. h. 544, DXLVII.)

1049-1109 (?). Ego, in Dei nomine, Johannes et uxor mea Petronilla donamus Sancto Petro aliquid ex rebus nostris quę sunt in villa Rufiaco : hoc est unam vineam quę terminatur a mane et a sero terra Sancti Petri, a

meridie rivo volvente, a certio terra Otberti. Donamus etiam unum campum in ipsa villa, qui terminatur de tribus partibus terra Sancti Petri, de quarta terra Rainberti, et faciant monachi Clunienses quicquid voluerint. S. Johannis et uxoris ejus Petronillę et filii eorum Ornadi. S. Adelelmi. S. Arnulfi. S. Petri. S. Dominici. S. Abraham. S. Arnaldi. S. Rannaldi. Actum Cluniaco publice.

3250.

CHARTA QUA NOTUM EST DOMNUM HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DEDISSE DURANNO DE SANCTA MARIA, IN VITA SUA TANTUM, VINEOLAM JUXTA LORDONUM.

(B. h. 547, DL.)

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod donnus Hugo abba vineolam quandam Sancti Petri juxta Lordonum, quam quondam tenuit Bodo, dedit Duranno de Sancta Maria dicto[1]; ita sane ut in vita sua ipse tantum eam possideat, post mortem vero suam nulli filiorum aut heredum suorum eam dimittere illi liceat, nec ullus ex ipsis ejus heredibus se sine licentia donni abbatis de ea intromittat. 1049-1109.

3251.

CHARTA QUA JOHANNES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA UXORIS SUÆ, CAMPUM ET PRATUM IN VILLA VARENGO.

(B. h. 550, DLIII.)

Ego Johannes, pro anima uxoris meę et in loco sepulturę ejus, dono ad monasterium Cluniacum unum campum et unum pratum qui simul tenentur; et terminantur a mane terra Rainberti, a meridie via publica, a sero terra Ingelelmi, a certio Rotberti. Est autem ista terra sita in villa Varingo; et faciant seniores Clunienses quicquid voluerint. S. Johannis, qui fieri et firmare rogavit. S. Bernardi. S. Heldini. S. Duranni. S. Bernuini. S. Mainfredi. 1049-1109 (?).

[1] [Ce personnage reparaît plusieurs fois dans des actes de la fin du XI[e] siècle.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

3252.

CHARTA QUA WILLELMUS DE VEVRA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUINQUE SOLIDOS ANNUATIM IN TERRA QUAM VOCANT NOGLAS.

(B. h. 553, DLVI.)

1049-1109 (?). In Christi nomine, ego Wilelmus dono Domino Deo et sancto Petro, ad locum Cluniacum, v solidos quos accipiebam in terra de Noglas, quam dedit Arnulfus de Olsola sancto Petro; et ego habebam eos de seniore meo Letaldo. Vidente ipso Letaldo et laudante, vidente etiam et laudante Duranno de Olsula, qui ipsos v solidos habuit de Arnulfo de Olsola, videntibus ipsis et laudantibus, dono istos v solidos Deo et sancto Petro, ut Deus mihi in suo judicio misereatur et indulgeat mihi peccata mea. S. Wilelmi de Vevra, qui hoc donum fecit. S. Letaldi de Cailloe, qui laudavit. S. Duranni de Olsola, qui laudavit. Testis extitit Hugo de la Porta. Actum apud Cadrellam, in claustro monasterii.

3253.

RADVIZ DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ANCILLAM NOMINE TEDRADAM CUM INFANTIBUS.

(B. h. 554, DLVII.)

1049-1109 (?). Sacro loco Cluniaco, ego, in Dei nomine, Radviz dono unam ancillam, nomine Tedradam, post mortem meam et illos infantes qui de Arlaldo, servo Sancti Petri, nati fuerunt. S. Radviz. S. Drogo. S. Ildinus.

3254.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE MARZIACO, UXORQUE EJUS BLISMODIS ET CETERI WERPIUNT MONASTERIO CLUNIACENSI QUERELAM QUAM HABEBANT IN BERZIACO VILLA.

(B. h. 558, DLXI.)

1049-1109 (?). Cunctis fidelibus notum sit, tam presentibus quam futuris, quod ego Gaufredus de Marziaco et uxor mea Blismodis, et filii mei Gaus-

fredus et fratres uxoris meę, vuerpivimus quandam querelam quam habebamus in terra de Berziaco villa, Domino Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abba preesse videtur, ut neque nos, neque ullus propinquorum nostrorum aliquid amplius requiramus. Si quis autem supradictam vuerpitionem calumpniare voluerit, iram incurrat Dei omnipotentis.

3255.

CHARTA QUA NOTUM EST WICHARDUM DE MARZIACO ET FRATREM EJUS DEDISSE MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA CHAVANIACO.

(B. h. 559, DLXII.)

Notum esse volumus cunctis hominibus, quod Wichardus et Achar- 1049-1109 (?). dus clericus de Marziaco donaverunt Cluniaco, pro matre sua Emma, in villa Chavaniaco, unum mansum cum omnibus ad ipsum pertinentibus, qui terminatur a duabus partibus terra francorum.

3256.

CHARTA QUA HUGO, RICHARDUS ET ORNATUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA SALIACO.

(B. h. 561, DLXIIII.)

Notum sit omnibus, quod ego Ugo et frater meus Richardus dona- 1049-1109 (?). mus, pro animarum nostrarum remedio, ęcclesię Beati Petri Cluniacensis, duas partes unius mansi in villa Saliaco, cum servo nomine Eldrico et infantibus ejus. Alteram vero partem ipsius mansi tertius frater noster, nomine Hornatus, huic ęcclesię dedit tali tenore, ut in sua vita teneat et post obitum suum Sancto Petro remaneat.

3257.

CHARTA QUA FREDEBERTUS INCAUTIONAT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN VETUS CURT.

(B. h. 562, DLXV.)

Ego, in Dei nomine, Fredebertus mitto omnem hereditatem meam 1049-1109 (?).

quam habeo in Vetus Curt in cautione ad monachos Clunienses usque ad v annos; tali tenore, pro viginti et octo solidis, ut si tunc non habuero redditos ipsos solidos, Sancto Petro in perpetuum remaneat omnis ista hereditas. Hujus conventionis fidem fecerunt Rannaldus, Berno, Grifo, Sisbaldus, Atto, Anschericus, Alaricus.

3258.

CHARTA QUA WILLELMUS NOTUM FECIT SE MANSUM QUI VOCATUR IN ARDEUM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE, ETC.

(B. h. 563, DLXVI.)

1049-1109 (?). In nomine sanctę Trinitatis. Notum sit cunctis sane sapientibus, quod ego Wilelmus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate quę est sita in pago Matisconense, in villa Masiriaco, videlicet unum mansum cum omnibus appenditiis suis, scilicet campis, pratis, silvis, et unum servum, nomine Albericum, et mansus vocatur in Ardeum, totum ab integro, quesitum, ad inquirendum, transfundo de mea potestate in monachorum Cluniensium dictionem. Si quis autem hanc nostram donationem calumpniare presumpserit, maledictus sit; et ut firmum permaneat, manu firmavi propria. S. Wilelmi, qui fieri et firmare rogavit. S. Gonterii.

3259.

CHARTA QUA NOTUM EST VINEAM TERMINATAM A MERIDIE TERRA SANCTI SYRI MONASTERIO CLUNIACENSI A CLEMENTE DATAM FUISSE.

(B. h. 567, DLXX.)

1049-1109 (?). In nomine Dei omnipotentis. Notum sit omnibus hominibus, quod ego Clemens, consentientibus filiis meis, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam vineam terminatam a mane terra Sancti Petri, a sero similiter, a meridie terra Sancti Syri. Facio autem hanc donationem tali conventu, ut quandiu vixero teneam; et nulli unquam alicui detur ipsa vinea ad exercen-

dum, nisi filiis meis, quandiu ipsi voluerint edificare. S. Clementis. S. Sigerii. S. Bernoarii. S. Dede. S. Undrede uxoris ejus. S. Eldigerii. S. Tetardi. S. Duranni. S. Eldrici.

3260.

CHARTA QUA THEODERICUS ET UXOR EJUS CONSTANTIA ATQUE ALII VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA LORNANT.

(B. h. 568, DLXXI.)

Ego Teodericus et uxor mea, nomine Constantia, et istę alterę feminę Letberga, Ermenalda, quę sunt sorores, vendimus ad monasterium Cluniacum, de nostra hereditate, terminata a mane, a meridie, a sero in media terra Sancti Petri, excepto Idberto ad medium diem in una parte, uno campo; et est sita in villa Lornant, videlicet qualem partem ibi habemus, pro xx denarios donamus. S. Teoderici, et Constantię, et Letbergę, et Ermenaldę, et istorum hominum; Bernardi, Bernuini, qui simul cum eis firmaverunt. 1049-1109 (?).

3261.

CHARTA QUA AIMO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS SERVUMQUE IN VILLA SARERIAS.

(B. h. 570, DLXXIII.)

Dominus ac Redemptor noster, compatiens humanę naturę, ostendit qualiter per elemosinarum fructus possimus adipisci ęterni regni aditum, dicens : « Date elemosinam, et omnia munda sunt vobis. » Igitur ego Aymo, pro remedio animę meę, dono et concedo unum curtilum in villa quę dicitur Sarerias, et omnia quę ad ipsum pertinent, videlicet ut usuarium in aquis, in silva, in pratis [habeat] homo qui super ipsum manserit; et unum servum, nomine Tetfredum, cum uxore sua et infantibus suis, et omnia quę idem servus comparavit. Hęc omnia dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum. Si quis autem contra hanc donationem ire voluerit, iram 1049-1109 (?).

Dei omnipotentis incurrat, et pars ejus sit infernus. Hujus donationis sunt testes : Bragdingus clericus, avunculus meus, et fratres mei, Maiolus, Grimerius, Rotbertus.

3262.

WERPITIO MALARUM CONSUETUDINUM IN DIVERSIS LOCIS QUAM FECIT HUGO DE BUXERIA MONASTERIO CLUNIACENSI.

(B. h. 571, DLXXIIII.)

1049-1109 (?). Convenientia inter monachos Cluniensium et Hugonem de Buxeria, in presentia donni Segaldi, de malis consuetudinibus quas requirebat in terra Sancti Petri et pater ejus tenuit juste aut injuste, videlicet Gausfredus nomine et filius ejus Hugo, in servos et ancillas, omnia vuerpivit ante donnum Segaldum; et illas terras quas habebant monachi Sancti Petri ipso die omnia dimisit, excepto illas consuetudines quas homines Sancti Petri recte et per usum faciebant ei per suam terram. Æcclesiam vero quam vocant Juiliaco, quę est in honore beati Petri, sicut domina Litgardis dedit Sancto Petro[1], et ipsi[2] similiter omnia ex toto dimisit. Igitur elemosinam quam fecit frater ejus, Jocerannus nomine, et ipse firmavit et laudavit; et illam consuetudinem quam ipse Jocerannus requirebat in manso de Noianto, quam dimisit pro anima sua, iste Hugo laudavit et corroboravit, in tali convenientia, ut monachi absolvant animam patris sui et suam et omnium amicorum suorum, et dent ei partem et societatem in omnibus beneficiis jam dicti loci. Testes sunt, isti qui affuerunt : videlicet Girbertus decanus, Silvius monachus, Achinus decanus, Arleius decanus, Wigo decanus; isti sunt omnes monachi. Milites vero qui fecerunt placitum isti sunt: Constantinus de Maliaco, Odulricus de Cluniaco, Litcelinus et frater ejus, Jocerannus de Saloniaco.

[1] [Voyez cette donation ci-dessus, n° 3210. — [2] Lisez *ipse*.]

3263.

CHARTA QUA BLADINUS ET UXOR EJUS EDA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM ET CAMPUM IN VILLA SISIRIA.

(B. h. 573, DLXXVI.)

In nomine Domini. Ego Bladinus et uxor mea Eda donamus Deo et Sancto Petro unam vineam quę est sita in pago Matisconense, in agro Matiacense, [in villa] quę Sisiria vocatur, et habet in longum XIIII perticas et in latum VIIII; et in ipso agro Matiacense donamus unum campum qui habet in longum XXII perticas et in latum sedecim. Sed eo tenore, ut quandiu vixero teneam vel possideam, et post meum discessum Sancto Petro ad locum perveniat; omnique anno in vestitura de ipsa vinea IIII^or sextaria de vino persolvam. S. Bladini et uxoris ejus, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Anselmi, filii ejus, qui consensit. S. Wiberti. S. Anselmi. S. Aremberti. S. Rainberti. S. Idberti. S. Eldrici. 1049-1109 (?).

3264.

CHARTA QUA BERARDUS PRESBYTER DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SEXTAM PARTEM BOSCI QUI DICITUR EXART RIBERT.

(B. h. 576, DLXXIX.)

In nomine sanctę Trinitatis. Ego Berardus presbiter dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abba preesse videtur, pro anima mea, sextam partem in bosco qui dicitur Exart Ribert, ut monachi teneant et possideant in ęternum. S. Berardi presbiteri, qui hanc donationem fecit, et manu propria firmavit. 1049-1109 (?).

3265.

CHARTA QUA ACHARDUS, WALO ET LEOTALDUS, FRATRES, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS IN VILLIS MONTE ET NUYROLIS.

(B. h. 577, DLXXX.)

Divina providente clementia concessum est hominibus, ut ex rebus 1049-1109 (?).

quas jure possident ęterna valeat merces adquiri. Quamobrem nos fratres Achardus, Walo et Leotaldus donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid ex rebus nostris, pro anima fratris nostri Livonis, et in locum sepulturę, videlicet unum mansum in Monte, in pago Matisconense, una cum servo qui vocatur Restaldus, cum uxore sua et infantibus suis; et alium mansum in villa quę vocatur Nuyrolis, cum omnibus quę ad ipsos mansos pertinent, vineis, pratis, silvis, pascuis, campis, perviis et inviis. Et ut hęc nostrę donationis legatio firma et inconvulsa permaneat, cum stipulatione subnixa; et nos firmavimus et firmare rogavimus. Qui autem scindere voluerit, non vindicet quod repetit, sed coactus componat libram auri, et nisi emendaverit, maledictus sit. S. Walonis, Achardi et Leotaldi, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Lantberti. S. Wacelmi. S. Ugonis. S. Aydoardi. S. Gausberti. S. Teogrini. S. Rodulfi. S. Joceranni. S. Bernardi.

3266.

CHARTA QUA TEUZA ET FILIUS EJUS CONSTANTINUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM CUM CURTILO IN VILLA DUMBINAS.

(B. h. 578, DLXXXI.)

1049-1109 (?). Dum in hujus exilii erumpna consistimus et peccatis, prout humana fragilitas se habet, peccata adicimus, oportet unumquemque propriis insistere virtutibus et ex possessionibus sibi concessis dando in elemosinam redimere suorum culparum nexus. Quapropter noverint quique fideles, quod ego Teuza et filius meus Constantinus, pro remedio animarum nostrarum, donamus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo aliquid ex rebus nostris, videlicet quandam vineam cum adjacenti curtilo in villa Dumbinas sitam, et in pago Matisconensi constitutam, ut ab hodierno die et deinceps monachi Clunienses in usus proprios habeant, absque ulla contradictione. S. Teuzę et filii ejus Constantini, qui donaverunt et ipsi firmaverunt. S. Bernardi. S. Guuldrici. S. Girardi. S. Achardi. S. Duranni. Balduinus, utinam monachus! scripsit, regnante Domino nostro Jesu Christo. Amen.

3267.

CHARTA QUA MULIER GAUFREDI DE MARCIACO ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BERZIACO.

(B. h. 580, DLXXXIII.)

Neminem melius thesaurizare quam in pauperes et filios ęcclesię, 1049-1109.
divina admonemur voce, cum nobis amicos de iniquo Mammona qui nos in ęterna recipiant tabernacula jubemur adciscere[1]. Igitur ego mulier Gaufredi de Marciaco filiique nostri, pro anima ipsius et nostris animabus, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ad refrigerium Christi famulorum ibi manentium, unum mansum in villa Berziaco, juxta ęcclesiam, vergentem ad aquilonem, situm juxta viam, sicut clausurę ambitus continetur. Hoc donum frater ejus donnus Vuichardus laudavit, et hanc cartam scribi rogavit. Testes fuere Vuigo Verullus, Durannus de Senesiaco.

3268.

CHARTA QUA WALTERIUS ET ARTALDUS UXORQUE EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BERZIACO, ETC.

(B. h. 582, DLXXXV.)

Notum sit memorię posterorum, quod ego Vualterius et Artaldus et 1049-1109 (?).
uxor ejus Dierna donavimus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad monasterium Cluniacum, unum mansum situm in pago Matisconensi, in villa Berziaco, quem tenet Ildinus et frater suus Martinus; et unam alteram terram juxta condominam. Cujus donationis testes sunt hii qui subnotantur : Siguinus, Vuichardus, Constantinus, Gaufredus, Artaldus Ruilus, Durannus, Albertus presbiter.

[1] Lisez *adsciscere*. Voyez ci-dessus, n° 3254, une donation de Geoffroi de Merzé et de sa femme Blismode.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3269.

CHARTA QUA ARTALDUS ET UXOR EJUS GUANDALMODIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE FRONTONAT.

(B. h. 584, DLXXXVII, et 652, DCLV.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Artaldus et uxor mea Guandalmodis donamus ęcclesiam de Frontonat beatis apostolis Petro et Paulo et donno Hugoni, abbati Cluniensis cęnobii, et ceteris illius ęcclesię Deo servientibus posterisque eorum in eodem servitio successoribus. Si quis hanc donationem aliquo modo infringerit, anathemati subjaceat, nisi resipuerit, et abbati et fratribus satisfecerit. Actum Cluniaco. S. Berardi. S. Agno[nis. S. Pontii. S. Girardi, Pontii, Stephani.] S. Duranni. Isti [sunt] testes, laudatores, et auditores[1].

3270.

CHARTA QUA DURANNUS COGNOMINE BERZIS ET UXOR EJUS ROTRUDIS FILIIQUE EORUM VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA BERZIACO.

(B. h. 586, DLXXXIX.)

1049-1109 (?). Presentibus et futuris emptionem quandam memorię tradere cupimus, quam Durannus, cognomento Berzis, uxor ejus et filii eorum ad augmentum rerum Cluniensium, presente donno Segaldo priore et cęteris hominibus qui adfuerunt, fecerunt. Vendidit namque supradicto priori et cęteris monachis Cluniensibus quinque petias de terra quę sunt site in pago Matisconensi, in villa Berziaco. Adjacet autem una pars istius terrę in varenna quę vocatur Mandor, cum prato juxta ipsius terre illam terram quam per alodum tenuit et possedit ipse et pater ejus. Alie due sunt in Misiriaco, ad Sazet una petia, in conba ad Campum Spinosum alia particula. Pro his autem supradictis par-

[1] Cette pièce est écrite sur une portion de feuillet où on voit les traces d'une autre écriture grattée. Elle se trouve d'ailleurs répétée n° 652 du même cartulaire. Nous avons placé ici entre crochets les mots de la seconde copie omis dans la première.

tibus dedit memoratus prior viginti solidos et unum equum. Dedit etiam Durannus unum curtilum in Aleicoda. Hanc cartam firmavit ipse Durannus et uxor ejus Rotrudis, et filii eorum Durannus et Bernardus.

3271.

CHARTA QUA ROTHARDUS NOTUM FACIT SE TERRAM SUAM IN VILLA RUFIACO MONACHIS CLUNIACENSIBUS PIGNORI MISISSE.

(B. h. 591, DXCIIII.)

Noverint omnes, quod ego Rothardus mitto terram meam in Rufiaco monachis Sancti Petri in loco cautionis pro x et octo solidis usque in diem solutionis. Fidem fecerunt Arnulfus et Armarus. S. Rotardi, Odgerii, Euvrardi, Arnulfi, Armari. 1049-1109.

3272.

CHARTA QUA LEDUINUS NOTUM FACIT SE TERRAM SUAM IN MALIACO MONACHIS CLUNIACENSIBUS PIGNORI DEDISSE, ETC.

(B. h. 592, DXCV.)

Noverint omnes, quod ego Leduinus dono monachis Sancti Petri terram quę est in Maliaco, quam habebam, in loco cautionis pro xi solidis; in ipsa villa Ansegisus duos solidos, in Rufiaco x solidos de Rotardo, in Vetus Curtis de Algodo iii solidos, de Gulrico iiii solidos, de Dominico duos solidos. S. Leduini, Rothardi, item Rothardi, Oulgerii, Arnulfi, Armari, Evrardi. 1049-1109 (?).

3273.

CHARTA QUA ELISABETH, UXOR BERNARDI DE CAPCHIACO ET FILIA U. BOCCARDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN ECCLESIA DE MASIRIACO ET IN VILLA A NUURUELS.

(B. h. 593, DXCVI.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Elisabet, uxor B. de 1049-1109(?).

Capchiaco et filia[1] U. Boccardi, dono Deo et sancte virginis Marię necnon sancti Petri apostoli, ac donni Hugonis abbatis, et omni congregationi Cluniacensi, ego Elisabet et vir meus Bernardus donamus vobis terram quę de matre mea michi advenit et de antecessoribus meis. Ego dono vobis pro remedio animę meę et domini mei Bernardi, eo laudante et conse[n]tiente, necnon pro anima patris ac matris meę, et pro salute omnium fidelium defunctorum seu vivorum, ut omnibus in commune proficiat, et ego dono vobis de mea hereditate meam portionem que mihi jure contingit in ecclesia de Masiriaco, quę est constructa in honore sancti Petri, cum aliis terris quę his sunt apendentes, sive servis sive franchisiis. Et in alia villa que vocatur a Nuuruels feci matri meę suam partem laudare. Et ego Elisabet et vir meus Bernardus in ęcclesia de hereditate mea meam partem et omnia alia que his pertinentes sunt, omnia ex omnibus tam servis quam etiam liberis, omnia pro remissione patris anima vel matris et filię meę Elisabet et viri sui, et pro omnium parentum suorum, pro vivis necnon et defunctis, et pro illorum vel illarum qui istam donationem et elemosinam laudaverunt vel laudant, ut Dominus per gratiam suam absolutionem omnium suorum peccatorum eis concedat.

3274.

CHARTA QUA HUGO ET FRATER EJUS ARLEBALDUS MONACHICUM HABITUM SUMENTES DANT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN VILLA MONTE.

(B. h. 597, DC.)

1049-1109 (?). Dum in hujus seculi vivitur laboriosa peregrinatione, interim dum licet dumque tempus acceptabile atque dies salutis instare videntur, summopere providendum est, ut si qua agere bona valemus, omni dilatione postposita, operari non pigritemur, facientes nostri eos debitores quos veraciter novimus et in presentiarum corporum saluti consulere et in futuro animarum judices esse minime dubitamus. Quia

[1] Ms. *filiam.*

enim post mortem nil boni agere possumus, opere pretium credimus antequam ad illud subtile et inconprehensibile ducamur examen, occulto judici satisfaciendo neglegenter a nobis commissa manu penitentię in istius evi brevitate qualitercumque possumus tergere non desistamus. Quapropter nos duo fratres Hugo et Arlebaldus, divini judicii severitatem pro nostrorum facinorum enormitate metuentes, simulque de ejusdem judicis misericordia presumentes, diabolo huic mundo principanti et mundo blandimentis fallacibus filios suos in interitu perducenti abrenuntiando, pro animarum incolomitate nostrarum, sanctissime conversionis habitum et christianitatis certissimum fundamentum secundum Beati Benedicti regulam elegimus et in perpetuum, Deo auxiliante, nos in hoc proposito perseveraturos spopondimus. Et hujus gratia perseverationis Cluniacum locum religiosissimum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli consecratum adivimus, et animas ac corpora Deo et sanctis apostolis donnoque Hugoni supradicti loci patri venerabili reddidimus. Necnon quoque tam pro nostris quam pro parentum nostrorum animabus, partem nostre hęreditatis quę est in villa quę Mons nuncçupatur, supradicto loco tradidimus et in perpetuum habendam et possidendam, absque ullius personę calumpnia vel contradictione concessimus; tam in servis quam in ancillis, tam in campis quam in vineis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, arboribus, et omnino quicquid ibi habebamus, et servitium quod ibi annuatim villani debebant, omnia dedimus et transfundimus, totum ab integro donamus, laudamus et confirmamus. Si quis autem hanc donationem (quod absit!) infringere voluerit, in primis iram omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum incurrat, et anathematis gladio confossus, nisi emendando resipuerit, cum Dathan et Abiron, quos terra deglutivit, intereat, et cum Juda traditore Domini et cum eis qui dixere Domino Deo : « Recede a nobis », eternis incendiis concremandus in tormentis contabesscat. S. Hugonis, qui hujus carte auctor et firmator extitit et firmari fecit, et Arlebaldi fratris ejus, qui similiter firmavit. S. Atanulfi et Hugonis, consanguinei sui, et Trobanni avunculi sui. S. Vuifredi de Mercant, Stephani de

Aristol[1], Rolanni de Nontaniaco[2], Bernardi de Vicursoni, Berardi fratris sui, Hugonis de Centarben, et Girardi et Gotseranni, Gotheranni de Centarben. Qui huic donationi fautor et observator extiterit, et quod pie factum est ex parte sua laudaverit et corroboraverit, benedictionem et gratiam omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum necnon et sanctorum omnium sentiat et habeat, et vitam ęternam pro bonę voluntatis exibitione suscipiat.

3275.

CHARTA QUA DROGO MILES, FILIUS ROBERTI DE VITRIACO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA NOGLAS.

(B. h. 601, DCIIII.)

1049-1109 (?). Noverit tam presentium quam posterorum devotio fidelium, quod quidam miles, nomine Droco, filius Roberti de Vitriaco, dum adhuc viveret, mansum quendam de Noglas cum servis et ancillis et cum omnibus apendiciis suis, tam pro sua quam pro patris sui anima beatissimis principibus apostolorum Petro atque Paulo dedit, sine omni exactione vel inquietudine a fratribus Cluniacensibus in perpetuum possidendum, ubi tam ipse quam pater jam interfectus sepeliendi erant; post quorum tumulationem uxor predicti Roberti, tam ex parte sua quam filiorum suorum Hugonis et Roberti, hanc eandem donationem fecit et corroboravit, addens insuper et condominiam quandam pro anima filii sui parvuli prius apud Cluniacum sepulti. Quam videlicet condominiam supradictus Robertus et conjunx ejus in vita sua loco Cluniacensi destinaverat, inter Besorniacum et Noglas sitam. Huic autem presentes adfuerunt donationi Ilius de Crai, Jotserannus et Ingelbertus de Cortavas, Bernardus de Civiniaco, Robertus de Briccia et alii plures laudantes et unanimi a[s]sensu corroborantes.

[1] Le mot *Aristol* doit être une faute du copiste. La famille à laquelle ce personnage se rattache portait le nom de Créteuil que l'on trouve sous les formes *Cristul, Cristuol, Cristolium,* etc., comme on le verra par la suite.

[2] [Lisez, sans doute, *Montaniaco,* comme dans un acte de 1105, ci-après.]

3276.

CHARTA QUA HUBERTUS ET UXOR EJUS ATELA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BESORNIACO, DUNZIACO, ETC.

(B. h. 611, DCXIIII.)

In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus fidelibus christianis, quod ego Ubertus et uxor mea Atela donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui preest donnus Hugo abbas, aliquid in potestate Besorniaco, una frangisia quam tenent duo fratres Josbertus et Tetbertus, et in alio[1] loco, juxta frangisia, alia peciola terra in alodo, et in loco qui vocatur Talicola mea parte que in Forestilia habeo similiter, et in villa Dunziaco unum mansum cum servo in loco qui vo[catur] a Prato Moro, et in Salorniaco[2], in ęcclesia Sancti Mauricii, medietatem quę michi pertinet, in terris et in pratis; et in alodio quod Bernardus de Gorraterio tenebat de mea medietate, dono similiter, et in Briennensia, in alia villa quę vocatur a Salis, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Marciniaci, quicquid in ipsa villa habemus, totum ad integrum donamus. 1049-1109.

3277.

CHARTA QUA ARLEIUS MILES, ASSUMENS HABITUM MONACHICUM IN MONASTERIO CLUNIACENSI, DAT EIDEM MONASTERIO MANSUM IN VILLA COLUBRINIS.

(B. h. 615, DCXVIII.)

Sanctę Dei matris ecclesię filii, tam posteri quam presentes [sciant], quod ego Arleius miles, seculo abrenuntians habitumque Beati Benedicti in monasterio Cluniacensi assumens, dono eidem monasterio, pro animę meę remedio, quendam mansum in villa quę dicitur Colubrinis, cum omnibus apendiciis suis, videlicet vineis, campis, pratis, silvis, et terris cultis et incultis, et cum villano servo, qui dicitur Ada- 1049-1109 (?).

[1] [Le manuscrit porte *alia.*] — [2] [Il faut sans doute lire ici *Satonniaco,* car c'est l'église de Satonnay et non celle de Salornay qui a pour patron saint Maurice.]

lelmus, cum filiis et filiabus suis, assentiente et laudante matre mea et fratribus meis et propinquis, quatinus supradictus locus sine omni contradictione seu inquietudine habeat et possideat. Ego Arleius firmavi et firmare rogavi. S. Vualburgis matris mee. S. Vuidonis, Vualterii, Bernardi, Albuini fratrum meorum. S. Rodulfi nepotis mei.

3278.

CHARTA QUA HUGO WERPIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS RES QUAS ACELINUS DE MASCO MILES EIS DEDERAT IN VILLA KACALA.[1]

(B. h. 617, DCXX.)

1049-1109. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Acelinus miles de Masco et uxor mea et filius meus, donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniaco et fratribus ibi Deo servientibus, presentibus et futuris, aliquam partem hereditatis meę que est in villa Kacala, totum quod ibi habemus vel habere debemus donamus propter remedium animarum nostrarum vel parentum nostrorum, ut nos recipiant in societatem et in benefactis eorum, sive in loco sepulture, ut sepiliant nos post mortem nostram in loco supradicto; quod ita factum est. Post dicessum vero eorum venit Vuichardus miles de Miciaco, nepos supradicti Acelini, et vi abstulit Sancto Petro et a loco Cluniacensi ipsam terram. Igitur postquam ventum est ad [a]ures do[n]ni Odilonis abbatis, habuit placitum cum eo, atque ita definitum est : ut supradictus abbas dimitteret terram et omnem servitium quod ipsa terra reddit Vuicha[r]do, unum annum. Post transacto vero anno, ita definitum est, ut sine ulla difficultate vel aliqua retinentia relinqueret Vuichardus servitium donno abbati et loco Cluniaco in perpetuum. Post quod Vuichardus factum, non tenens conventionem quam fecit, aponens iniquitatem super iniquitatem, ipsam terram dedit cuidam militi, Aimino nomine, in feudum. Ipse autem Aiminus post mortem suam dimisit filio suo Hugoni. Hugo vero, recognoscens peccatum illorum quod fecerant, nolens permanere in eo, compunctus corde, sive, ut credimus, a Deo inspiratus,

reddidit Cluniaco, tali tenore, ut in vita sua possideret et censum redderet omnique anno supradicto loco, videlicet decem sextarios vini, duodecim denarios, VI panes, IIII mitedarios de civada. Omnia autem supradicta ego Hugo, post mortem meam, ex integro loco supradicto dimitto, sine aliqua retinentia, ut nullus ex heredibus meis vel parentibus meis ibi aliquid requiratur[1]. Si quis autem nostram donationem infringere voluerit vel vuerpitionem, nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha. Omnia vero que possidere sive tenere videbar in villa Kacala, totum ab integro reddo, videlicet campos, vineas, prata, arbores, servos et ancillas, cultum et incultum, sine ulla retinentia, ut dent michi societatem et partem in benefactis eorum. Accepi autem ego Hugo a fratribus Cluniacensibus et a Stephano decano de Caviniaco unum mulum cum sella et freno, et triginta solidos denariorum de moneta Lugdunensi pro eo quod talem placitum feci eis. S. Hugonis, qui hoc donum fecit et firmari rogavit. S. Dalmatii de Verned, qui pro hoc placito X solidos accepit, Sandaleni, Jodmari de Peset, Maioli de Vincella, Stephani Niel, Stephani de Peset, Stephani de Anidelstos[2], Girini de Elstols, Stephani de Cassanias, Gocmari de Cassanias, Ardradi de Mont Faver, Rolanni de Mont Alger, Stephani decani, Stephani Girardi, Arleballi prepositi, Petri prepositi, Duranni presbiteri de Cavaniaco, Lamberti prepositi.

3279.

CHARTA QUA GIRBERTUS ET UXOR EJUS INGILILDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM IN VILLA SANCTI PONTII ET CAMPUM IN VILLA GALONIACO.

(B. h. 618, DCXXI.)

Ego igitur, in Dei nomine, Girbertus et uxor mea, nomine Ingilil- 1049-1109.
dis, pro animarum nostrarum remedio et parentum nostrorum, donamus Deo et sancto Petro unum pratum in episcopatu Matisconensi, in villa Sancti Pontii, ita terminatur : a cirtio terra Sancti Benedicti,

[1] [Lisez *requirat.*] — [2] [Il nous semble qu'on doit lire ici *de Cristols* comme ci-dessus, n° 3274. Ce nom et le suivant paraissent altérés.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

ex omnibus aliis partibus Avalosa aqua currente. Dono etiam unum campum in scamium pro una vinea que est in villa Galoniaco et pro aliis rebus quas michi tradunt et concedunt seniores mei. S. Girberti et uxoris ejus Ingilildis, et filiorum ejus Arlebaldi, Bernardi, Girberti, Gislardi, Bernardi, Tedberti, Sigbaldi.

3280.

CHARTA QUA LANDRADA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUEMDAM BOSCUM PRO CABALLO.

(B. h. 619, DCXXII.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam et futuris, quod ego Landrada, pro anime meę remedio et senioris mei et filiorum meorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et Cluniacensi loco, unum boscum, terminante ab una parte terra Sancti Petri, ab altera terra Sancti Andreę. Facio autem hanc donationem tali conventu, ut dent michi monachi de Cluniaco unum caballum valente solidos triginta, et post mortem meam corpus meum recipiant et sepeliant. S. Landradę, quę fieri firmarique rogavit. S. Hugonis, Uperti, Bernardi, Rodberti, Girberti, Vuidonis, Bonifilii.

3281.

CHARTA QUA ADDA ET FILIUS EJUS LETALDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET PRATUM IN PARROCHIA DE MACIACO.

(B. h. 621, DCXXIIII.)

1049-1109 (?). Sicut indubitanter fides fidelium credit et Salomon testatur : « Redemptio animę viri sunt proprie divitię, si eas recte et fideliter dispensaverit. » Quapropter ego Adda femina, ut Deus mei misereatur, dono aliquid de hereditate mea Deo et sancto Petro ad locum Cluniacum, hoc est unum campum in parrochia de Maciaco; terminatur ipse campus a mane via publica, a meridie similiter via publica, ab alia parte terra Sancti Petri. Dono etiam unum pratum juxta rivulum

qui vocatur Elna. Hoc autem donum facio pro remedio anime meę et filii mei Letaldi, qui hoc donum laudavit et hanc cartam fieri jusit.

3282.

CHARTA QUA ENGELGARDIS, UXOR RICHARDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALIQUID DE REBUS SUIS, SCILICET MONTGOBET.

(B. h. 624, DCXXVII.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum esse volumus omnibus in Christo renatis, quod ego Engelgardis, pro salute anime meę et omnium parentum meorum, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de rebus meis quę michi hereditario jure contingunt, scilicet Montgobet[1], annuente et donum confirmante legittimo marito meo Richardo, acceptis pro caritate L solidis a priore domno Warmundo, ea scilicet ratione, ut hec donatio inconvulsa in eternum permaneat, et eandem terram undique sicut antecessores mei et ego post ipsos tenui, sic rectores Cluniacenses et seniores ibi Deo servientes sine contradictione habeant. Quod si quis ulterius calumpniari voluerit, per potestatem repressus nullo modo prevaleat, et datis pro injustitia duodecim libras[2] auri, ipse in inferno perpetuis tormentis mancipetur. 1049-1109 (?).

3283.

CHARTA QUA ALINDRADA DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS VINEAM IN CAMPONERIAS ET WERPIT EISDEM QUERELAM QUAM HABEBAT PRO SILVA SEYA.

(B. h. 628, DCXXXI.)

In nomine Domini. Ego Alindrada dono Deo et Sancto Petro Cluniensis monasterii unam vineam quę residet in Camponerias; et terminatur ex omni parte terra Sancti Petri. Et illam quęrelam quam habeo in silva super Seya totam reddo. S. Alindradę, quę fieri et 1049-1109 (?).

[1] En marge : *prope S. Gengulfum, ut creditur.* — [2] [Lisez *libris.*]

firmare rogavit. S. Ebrardi. S. Eldeberti. S. Rannulfi. S. Duranni. S. Wandalmundis. Rotbertus levita sc[r]ipsit.

3284.

CHARTA QUA WIDO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA SOLONIACO.

(B. h. 629, DCXXXII.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus Dei et sanctę ęcclesię fidelibus, quod Wido, pro redemptione animę suę et fratris sui Wilelmi, et pro sepultura ejusdem, dedit Deo et sancto Petro atque Paulo et senioribus Cluniensis cęnobii, de possessione sua, unam vineam in villa quę dicitur Soloniacus, infra casam Sancti Petri, que terminatur a meridie et a sero via publica. Donationem istam confirmavit mater ejusdem Widonis, nomine Raimodis, et patruus ejus Lietzelinus. Testes hujus rei sunt : Gosfredus de Sancto Nicetio, Elgaldus de Soloniaco.

3285.

CHARTA QUA ROTBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUODDAM EX MANCIPIIS SUIS, GIRBERTUM NOMINE, CUM UXORE ET INFANTIBUS EORUM.

(B. h. 631, DCXXXIIII.)

1049-1109 (?). Sacrosancto et exorabili loco Cluniaco in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli dicato, ego, in Dei nomine, Rotbertus dono quendam ex meis mancipiis, Girbertum nomine, cum uxore sua et filiis et filiabus suis, et cum omni hereditate quam in pago Matisconense conquesivit. Si quis autem huic nostrę donationi aliquam calumpniam inferre temptaverit, ego videlicet aut aliquis ex meis heredibus, primitus iram Dei incurrat sanctorumque apostolorum et omnium sanctorum, sitque excommunicatus et abhominatus a consortio omnium fidelium. S. Rotberti et uxoris ejus Gualburgis, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Wigonis. S. Ugonis.

3286.

CHARTA QUA EMPLENA TERRAM CUM VINEA IN VILLA DUMBINIACO MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVIT.

(B. h. 632, DCXXXV.)

Notitia verpitionis quam fecit Emplena vidua femina de terra simul cum [vinea] quam in villa Dumbiniaco[1] calumpniaverat. Werpivit et donavit Deo illa[m] querelam totam quam requirebat in ipsa villa, ad locum Cluniacum, ante donnum Wilelmum, decanum de Lordono; in tali convenientia, ut si obitus sibi advenerit in alia patria, filium suum Wilelmum sepeliant seniores Clunienses pro conventu ipsius, et si illa finierit in ista patria, cum honore eam sepeliant. Terminatur autem vuerpitio de tota parte terra Sancti Petri, ut ab hodierno die et deinceps in usus monachorum teneatur, absque alicujus contradictione. 1049-1109 (?).

3287.

CHARTA QUA WANDALMODIS ET FILIUS EJUS WICHARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM CUM CURTILO IN VILLA BIERIAS.

(B. h. 633, DCXXXVI.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles sanctę Dei ęcclesię, quod ego Wandalmodis cum filio meo Wichardo dono Deo, et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et Cluniensi monasterio sub eorum honore consecrato, pro redemptione animę et corporis sepultura alterius filii mei Constantini, unam vineam cum adjacenti curtilo, in pago Matiscensi et in villa Bierias sitam; et terminatur a mane via publica, a certio terra Sancti Petri, a meridie et a sero de ipsa hereditate. S. Wandalmodis, quę fieri et firmare rogavit. S. Wichardi et Joceranni, filiorum ejus. S. Elisabet, sororis eorum. S. Bernardi. S. Berardi. S. Rannulfi. S. Tetelmi. 1049-1109 (?).

[1] La forme ordinaire de ce mot est *Dumbinas*. Voyez la note de la page 356.

3288.

CHARTA QUA RODULFUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM CUM MANSIONE ET PRATO IN VILLA ROCHETTA.

(B. h. 635, DCXXXVIII.)

1049-1109 (?). Dum in hujus seculi vivitur laboriosa peregrinatione, considerandum nobis est quod in futuro nobis expediat. Iccirco ego, in Dei nomine, Rotdulfus, frater Leotaldi, dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo aliquid ex rebus meis, pro anima ejusdem Leotaldi, quę sunt sitę in pago Augustidunense, in villa Rochetta, unum videlicet mansum cum mansione et prato et omnibus quę ad ipsum mansum pertinent, sicuti ego visus sum tenere. S. Rodulfi, qui fieri et firmare rogavit. S. Ornadi. S. Nocherii. S. Constantini. S. Hunberti. Balduinus scripsit.

3289.

CHARTA QUA NOTUM EST ODDONEM, CÆCUM, PORTIONEM TERRÆ IN VILLA MAZEROIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DEDISSE.

(B. h. 636, DCXXXIX.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus Dei et sanctę ęcclesię fidelibus, quod quidam cecus, nomine Oddo, dedit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et monachis Cluniacensibus unam peciam de terra in villa quę appellatur Mazeroit. Fecit autem hanc donationem cum consensu infantum suorum ad quos pertinere videbatur. Et ne ulterius calumpniari possit vel a se, vel ab ipsis infantibus suis, vel ab alio aliquo, testes adhibuit Rotbertum de Bicei, Constantium de Mazeroit.

3290.

CHARTA QUA NOTUM EST ACHARDUM DE MARZIACO, CLERICUM, MEDIETATEM CUJUSDAM MOLENDINI SUPER GRAONAM, IN PARROCHIA DE MARZIACO, MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE.

(B. h. 637, DCXL.)

1049-1109 (?). Notum sit cunctis fidelibus christianis, quod Achardus clericus de

Marziaco calumpniabatur et tollebat monachis de Cluniaco medietatem unius molendini quod situm est super Graonam fluvium, in ipsa parrochia de Marziaco. Post multas igitur querelas et requisi[ti]ones monachorum, acceptis a donno Wilelmo de Lordono centum solidis, finivit et reddidit partem illam molendini Deo et sancto Petro ad locum Cluniacum, laudantibus et confirmantibus filiis et filiabus suis ipsum donum, et cunctis propinquis suis, insuper et uxore sua, quę vocatur Emeldis, filiique sui Gaufredus, Jocerannus et Otto, et Rocelina, filia ejus, qui confirmaverunt, et Hugo, cognomento Burdinus.

3291.

CHARTA QUA ESMIO ET FILIUS EJUS HUGO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA SANCTI BRANCARII.

(B. h. 638, DCXLI.)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Esmio et filius meus 1049-1109 (?). Hugo donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, spatium terrę in villa quę dicitur ad Sanctum Brancarium, pro animabus nostris et antecessorum nostrorum, ut Deus nobis misereatur in suo judicio. Terminatur autem ipsa terra de una parte via publica, de alia terra donni Gerini, de duabus aliis partibus de ipsa hereditate. Dono etiam in campo subtus viam illam partem quam divisi, videntibus Bernardo de Colonicas et Tetberto Fabro, et Rotberto qui stat in ipsa villa, et Berengerio et Vulgerio. Dono etiam in alio loco, ad Puteum, unum mansum cum omnibus appenditiis suis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, sicut Christianus et Joscelmus tenuerunt usque ad inquirendum. In villa etiam ad Sanctum Brancarium dono unum servum, nomine Rotbertum, ut serviat Deo et Sanctę Marię et monachis Candrilensis[1] loci. Dono etiam post mortem meam omnem hereditatem meam quam habeo ad Sanctum Brancarium, in illa parte quam ibi visus sum habere, et servum

[1] Lisez *Cadrilensis* (de Charolles), cette ville est nommée plus bas *Carrola*.

meum, nomine Durannum, filium Vulgerii, in tali convenientià ut si monachus effici voluero, pro hoc me recipiant, aut si aliter mortuus fuero, pro hoc me sepeliant, aut Cluniaco aut apud Carrolam. Hoc donum facio pro anima mea et filii mei Hugonis et animabus antecessorum meorum, apud Cluniacum, sanctis apostolis Petro et Paulo. S. Esmionis, qui hoc donum fecit. Durannus, presbiter de Seduno, vidit et audivit, et Mainfredus, Rotbertus, Tetbertus Faber, Vulgerius, Durannus, Tetbaldus frater ejus. S. Rotlanni militis.

3292.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE MARZECH NOTUM FACIT SE HABITUM MONACHICUM SUMERE ET MANSUM IN VILLA COLONGIAS MONACHIS CLUNIACENSIBUS DARE.

(B. h. 640, DCXLIII.)

1049-1109 (?). Notum sit omnibus hominibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Gaufredus de Marzech[1], veniens ad extremum diem mortis, derelinquo hujus seculi pompam, et accipio sanctę religionis habitum in loco Cluniaco, ubi donnus Hugo abba magis videtur prodesse quam preesse; et dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad eundem locum, pro remedio animę meę, unum mansum, id est una cabanaria quem tenet Letaldus villanus in villa Colongias, et omnia quę ad ipsum mansum pertinent, hoc est censum, campos, vineas, prata, arbores, totum ab integro. S. Gausfredi, qui hoc donum fecit. S. Joceranni, fratris ejus. S. Oddonis, fratris ejus.

3293.

CHARTA QUA SIVUALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM ET VINEAS IN VILLA MONZANIACO.

(B. h. 641, DCXLIIII.)

1049-1109. In nomine Verbi incarnati. Ego Sivualdus dono Deo et sanctis apo-

[1] Voyez ci-dessus le n° 3254.

stolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum, pro remedio animę meę, terram sitam in comitatu Matisconensi, in villa Monzaniaco, hoc est curtilum unum cum vinea, qui terminatur a mane terra Sancti Benedicti, a meridie Sancti Andochii, a sero et a certio via publica; et in alio loco, in ipsa villa, vineas duas et omnia quę ad ipsum curtilum aspiciunt usque ad inquirendum, excepto quod sororibus meis donavi. Et hoc facio tali tenore, ut quandiu vixero teneam, post meum autem discessum ad Sanctum Petrum perveniat. S. Sivualdi, qui fieri et firmare rogavit. S. Evę matris ejus. S. Hugonis. S. Anscherici. S. Gausberti. S. Josmari. S. Petri.

3294.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MARZIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VERCHERIAM ET PARTES DUAS PRATI IN PARROCHIA DE MASILIACO.

(B. h. 644, DCXLVII.)

Notitia doni quam fecit Wichardus de Marziaco pro uxore sua Heli- 1049-1109 (?).
sabeth. Donavit itaque unam vercheriam in parrochia[1] de Masiliaco, in villa quę dicitur Namchi. Ibidem quoque duas partes de uno prato donavit, et in ipsa villa unum jornale de terra. Est autem ista hereditas de alodo supradictę mulieris Helisabeth, quam dedit Wichardus, vir ejus, ad locum Cluniacum, in locum sepulturę ejus, tam pro anima ejus quam pro sua et omnium filiorum suorum, ut Dominus eripiat eos a penis inferni et det vitam ęternam.

3295.

NOTITIA WERPITIONIS CUJUSDAM TERRÆ IN VILLA VIROLAS QUAM BERNARDUS MONASTERIO CLUNIACENSI FECIT.

(B. h. 645, DCXLVIII.)

Notitia vuerpitionis quam fecit Bernardus Sancto Petro de una 1049-1109 (?).
terra quę est in Virolas, et illam terram tenent et possident de senio-

[1] [Le manuscrit porte *parrachia*.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

ribus Cluniensibus Durannus et Raynardus atque Petrus. Pro qua verpitione recipiunt seniores Clunienses ipsum Bernardum in societatem beneficiorum suorum et in locum sepulturę. S. Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Hugonis. S. Josfredi. S. Gisleberti.

3296.

CHARTA QUA TETBRANNUS ET UXOR EJUS TECA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BRUALIAS ET CONFLANZ.

(B. h. 648, DCLI.)

1049-1109 (?). In nomine Verbi incarnati. Noverint omnes fideles, tam futuri quam presentes, quod ego Tetbrannus dono Deo et Sancto Petro, de mea substantia et mea hereditate, quę inferius tene[n]tur adscripta : videlicet in pago Matisconense, in villa Brualias, duas raxias de vinea vestita, quę terminatur a mane et a certio terra Sancti Petri, a meridie de ipsa hereditate, a sero terra Eldini ; et in villa Conflanz unam raxiam de vinea quę terminatur a mane et a sero terra Sancti Petri, a certio Rotberti, a meridie Stephani. Et in ipsa villa tres jornales de campo; et in alio loco tres peciolas de terra, duę arativę et una de prato. S. Tetbranni et uxuris ejus Tecę, qui fieri et firmare rogaverunt. S. Ermenaldi, fratris ejus.

3297.

CHARTA QUA GIRBERGA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS CURTILOS IN VILLIS GILINIA ET VALLIS.

(B. h. 649, DCLII.)

1049-1109 (?). Noverint cuncti fideles, quod ego Girberga dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de mea hereditate, pro remedio animę meę, videlicet duos curtilos, unum in villa Gilinia, alium in villa Vallis, quę villę sunt sitę in pago Matisconensi. Actum Cluniaco publice. S. Girbergę, quę fieri et firmare rogavit. S. Wichardi, senioris ejus. S. Pagini. S. Adalardi.

3298.

CHARTA QUA AIA ET VIR EJUS WICHARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRATUM CONSUETUDINARIUM IN VILLA SANCTÆ COLUMBÆ.

(B. h. 650, DCLIII.)

Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Aia et senior meus Wichardus, una cum filio nostro Hugone, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unum pratum consuetudinarium, in villa Sanctę Columbę, pro redemptione animę filii nostri Lupi. Si quis hoc donum calumpniatus fuerit, iram incurrat Dei omnipotentis. S. Aię, quę hoc donum fecit. S. Wichardi, sponsi ejus. S. Hugonis, filii ejus. S. Rotberti de Vitreaco. S. Ansedei de Oblato. S. Uberti Jacob. 1049-1109 (?).

3299.

CHARTA QUA GAUSFREDUS DE CLUNIACO, MILES, CONCEDIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS OMNIA QUÆ COMMUNITER HABEBAT CUM EIS IN PODIO RUFIACENSIS VILLÆ.

(B. h. 654, DCLVII.)

Ego, in Christi nomine, Gausfredus miles de Cluniaco, previdens hujus temporalis vitę finem mihi jam jamque imminere, multasque atque multimodas offensiones in illa more fragilitatis humanę me contraxisse, decrevi aliquid de his quę in seculo videor jure possidere, pro remedio animę meę, et filiorum meorum, omniumque antecessorum meorum, Deo et sancto Cluniacensi cœnobio relinquere, omnia scilicet quę communiter habere visus sum cum Cluniacensibus monachis in podio Rufiacensis villę, in vineis scilicet, nemoribus, silvis, terris cultis sive incultis, et quicquid inter IIII vias publicas cum eis huc usque possedi in eodem manso, preter illa duntaxat quę juris mei proprie esse cernuntur, ea fide et intentione, ut nullus umquam mei generis vel posteritatis heres de his ausu temerario presumat contingere. S. Gausfredi. S. Wilenci, filii ejus, ac fratrum ipsius Dal- 1049-1109 (?).

macii, Bernardi, Odulrici. S. Asterii nepotis ejus S. Gausceranni Vetuli et fratris ejus.

3300.

CHARTA QUA STEPHANUS DE BRUGERIA MILES MONACHICUM HABITUM INDUENS MONASTERIO CLUNIACENSI JUS SUUM IN MANSO DE CERNIACO DAT.

(B. h. 658, DCLXI.)

1049-1109. In nomine cunctipotentis Dei cunctaque regentis, ego Stephanus, quondam miles de Brugeria, divini muneris respectu ad sanctę conversationis habitum veniens, dedi simulque reliqui eidem omnipotenti Deo et Cluniacensi cęnobio quod est consecratum in honore beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, cui etiam donnus Hugo abbas preesse pariter ac prodesse dinoscitur, quoddam jus meum quod habebam in manso de Cerniaco. Quem scilicet mansum donnus Wigo quondam miles de Germola jam dicto monasterio tradiderat possidendum, sed postea medietas ejus prava cupiditate in cujusdam militis jus devenit, de cujus alia medietate quę habetur in custodia decani villę quę dicitur Arpagiacus, tertia pars nihilominus mihi jure parentali obvenerat, quam uti prefatus sum, ex integro tradidi supradicti cęnobii fratribus, in manu simul atque presentia donni Hugonis abbatis, laudantibus fratribus meis, Achardo scilicet atque Artaldo, cum servitio duorum denariorum quotannis et quicquid ibi possederam, in vineis videlicet, silvis, pratis etiam et pascuariis. S. Stephani, qui hoc donum fecit. S. Achardi atque Artaldi, fratrum ejus.

3301.

CHARTA QUA GAUSFREDUS DE BERZIACO MILES[1] DAT MOLENDINUM MONASTERIO CLUNIACENSI.

(B. h. 659, DCLXII.)

1049-1109. Quia juxta veritatis sententiam hujus seculi divitię fallaces sunt,

[1] [Le rubrique du cartulaire porte *Gausfredus miles de Berziaco.*]

unicuique fideli christiano et maxime negociis secularibus implicato, ut easdem divitias contempnendo et in melius transmutando illas quę verę sunt et ęternę valeant invenire. Proinde ego Gausfredus miles, nepos donni Ottonis, quondam militis de Berziaco, ista recogitans simulque ante oculos divinę majestatis reum me de peccatis meis considerans, dono omnipotenti Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo et Cluniacensi cęnobio, cui donnus Hugo abba preesse pariter ac prodesse cernitur, unum molendinum quod idem donnus Otto olim supradicto concesserat monasterio, sed postea in jus sororis ejus, matris scilicet mee, dotis occasione devenerat. Conventus itaque de hac re a donno Bernardo, jam dicti loci camerario, et a donno Humberto, ejusdem villę decano, accipiens ab eis loco muneris aliquantam pecuniam, in manu ipsorum hoc donum feci, laudavi, pariter et confirmavi, teste donno Hugone de Berziaco, consobrino meo, et Milone milite de Marziaco, et aliis plurimis, qui huic placito interfuerunt. Si quis vero hoc donum calumpniatus fuerit, anathema sit.

3302.

CHARTA QUA GAUSCERANNUS DE BERESI NOTUM FACIT SE IPSUM FECISSE MONACHUM IN CLUNIACENSI MONASTERIO ET OMNEM HEREDITATEM SUAM EIDEM MONASTERIO DEDISSE.

(B. h. 660, DCLXIII.)

Sciant cuncti presentes et futuri, quod ego Gauscerannus de Beresi 1049-1109.
in primis offero me ipsum Domino Deo ad serviendum ei sub habitu regulari, in Cluniacensi monasterio, cui preest venerabilis abbas donnus Hugo; et de rebus meis hereditarie mihi a progenitoribus relictis eidem monasterio facio donationem, ut peccatorum meorum merear remissionem et in proposito quod aggredior perseverantiam usque in finem, laudantibus matre mea, Walterio quoque et Bernardo, fratribus meis, et factum confirmantibus. Dono ergo Deo et beatis apostolis Petro et Paulo atque Cluniacensi monasterio, medietatem de bosco de Moncel, terram quę est inter Broariam et Moncel, prati ad Aguilun medietatem, mansum de Moncels, vercariam de eodem manso

a via vetere usque ad aquam et usque ad pirum; bruariarum omnium quę sunt inter viam quę dicitur Brunichildis et aliam viam, terramque Sanctę Marię medietatem; ad la Sera Vela, super Lancum, posam unam; item juxta terram quam tenet Hugo de Muncels posam unam; item juxta terram Sanctę Marie super Lancum posas II; in Orgivals, juxta condaminam Sancti Petri, posam unam; super Lancum, juxta mansum de Givirunt, petiolam unam; juxta terram Sanctę Marię subtus domum Uldrici Panperdut, petiolam unam; subtus pontem Sancti Petri, juxta pratum fratrum meorum, posam unam, medietatem cundaminę juxta plantum Pontii militis de Solongei usque ad fontem et usque ad salicem juxta pontem de Aguilun, juxta terram Sanctę Marię terrę quę adjacet medietatem; plaustrum quod habebant illi de Beresi in Perronna, cursum in bosco Fai et bosco Breza usque ad veterem viam ad opus rusticorum qui in terra ista habitant ad omnia sibi necessaria facienda; cursum in Bruaria quę est inter defensum de Muncels, et Lai similiter, et omnes Muncelenses terras ubicunque sitas cum silvis, campis, pratis, aquis aquarumque decursibus, exceptis his pratis et pratis quę Vualterius, pater meus, suis dedit sororibus et filiabus. Si quis autem hanc donationem calumpniare voluerit, non optineat quod requirit, sed iram omnipotentis Dei et predictorum apostolorum incurrat, nisi digne pęnitendo resipiscat; et hęc donatio firma et stabilis in perpetuum permaneat. Hujus vero donationis testes sunt Wichardus et Bernardus fratres mei, Landricus Grossus, Gausfredus de Munzi, Bertrannus de Ver, Bernardus de Longei, Hugo Bastart, et Hubertus Ungrus.

3303.

NOTITIA WERPITIONIS QUAM FECIT JOTSERANNUS MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE SERVIS ET TERRIS.

(B. h. 661, DCLXIIII.)

1049-1109 (?). Notitia vuerpitionis quam fecit Jotcerannus in presentia donni Viviani subprioris, de servis: hoc est de Lanberga femina cum suis pueris et de terris quę ad ipsos pertinent, quę ipse injuste interpellabat sine causa;

et si aliquid justum habere visus fuerit, amore Dei fretus, de sua jure dominatione exuatur, illis cędit usibus ab hodie et in reliquo. Si quis invasor contra hanc notitiam irrepserit, et vi eam inferri temptaverit, non valeat adipisci quod repetit, sed cęcatus incurrat offensa Domini, et hęc notitia rata permaneat, stipulatione subnixa. S. Jozseranni. S. Rannaldi. S. Constantii.

3304.

CHARTA QUA STEPHANUS DE OBLATO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN EADEM VILLA.

(B. h. 663, DCLXVI.)

In nomine Domini Dei summi. Noverint fideles cuncti, presentes et futuri, quod ego Stephanus de Oblaco, peccatorum meorum pondus perpendens, et de his ęterni judicis discussionem pertimescens, ut aliquam requiem in die ultimi examinis inveniam, dono Deo et beatis apostolis Petro et Paulo Cluniacensique monasterio, cui preest pariter et prodest reverendus pater donnus Hugo, omnem hereditatem meam in pago Matisconensi, in villa Oblaco sitam, id est totius hereditatis partem quartam quę mihi obvenit hereditario jure, facta cum tribus fratribus meis divisione. Hanc ergo hereditatem cum omnibus ad ipsam pertinentibus, id est domibus, edificiis, vercariis, campis, silvis, vineis, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, terris cultis et incultis, cum omni integritate, dono Deo et prefatis apostolis Petro et Paulo, pro anime meę et omnium parentum meorum, vivorum et defunctorum, et omnium christianorum remedio, ut partem et societatem mereamur habere in Dei regno, et rectores Cluniacensis monasterii eam teneant et jure perpetuo possideant, et quicquid voluerint ex ea faciant. Si quis autem hanc donacionem calumpniare voluerit, non vendicet quod requirit, sed omni maledictioni et perpetuę excommunicationi subjectus, Deum et beatos apostolos peccati sui ultores inveniat, nisi resipuerit. S. Stephani, qui hoc donum fecit. S. Willelmi archidiaconi, Milonis et Hugonis,

1049-1109.

fratrum ejus. S. Ansedei avunculi ejus. S. Gaufredi de Burzi, qui habet sororem ejus, et aliorum multorum.

3305.

CHARTA QUA ARTALDUS BOUTES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA LIVIS.

(B. h. 672, DCLXXV.)

1049-1109. In nomine Domini. Notum sit omnibus futuris et presentibus, quod ego Artaldus, cognomento Boutes[1], pro remedio animę meæ et omnium parentum meorum vivorum et defunctorum, dono Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo atque Cluniacensi monasterio mansum męæ proprietatis qui est situs in villa Livis cognominata, ab omnibus hominibus liberum et quietum, nullique hominum quicquam servitii debentem, filiis meis Hugone et Bernardo consentientibus et factum laudantibus. Hanc autem donationem facio in manu domni Hugonis abbatis, ut ab hodierna die et deinceps ipse et ceteri rectores Cluniacensis æcclesię mansum cum omnibus ad ipsum pertinentibus quiete possideant, teneant, et quicquid facere voluerint licentiam habeant. Factum est hoc donum apud Lordonum castrum, presentibus prefatis filiis meis, et laudantibus, qui et testes hujus doni existunt. Si quis hanc donationem calumniari vel infringere voluerit, non obtineat quod requirit, sed usque ad emendationem anathemati subjaceat; et hoc donum nichilominus inconvulsum et stabile permaneat.

3306.

CHARTA QUA HUGO DE BERZIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI SERVUM QUEMDAM, NOMINE GIRBERTUM.

(B. h. 673, DCLXXVI.)

1049-1109. Notum sit omnibus futuris et presentibus, quod ego Hugo de Ber-

[1] Dans ce mot la lettre *u* est placée au-dessus de l'*o*.

ziaco dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, Cluniacensique monasterio, cui preest pariter et prodest domnus abbas Hugo, unum de servis meis, nomine Girbertum, ut ab hac die a mea et omnium meorum servitute liber et securus in servitio seniorum Cluniacensium maneat devotus. Si quis autem hanc donationem, aut ego ipse, aut aliquis heres vel parens meus irritam facere voluerit, anathema maranatha sit, omnique maledictioni veteris et novi Testamenti subjaceat, insuper et iram omnipotentis Dei incurrat, nisi digna satisfactione peniteat. Donum vero hoc stabile et inconvulsum maneat in perpetuum. Hujus autem doni testes fuerunt : Durannus de Sancta Maria, Bernardus Rainuars, Benedictus Pistor, Norbertus Blanchez, Constantius nepos Constantii, Wido de Bagienes, Hugo, Gislebertus; et super omnes hos monachi nonnulli, super quos etiam Deus, quem nichil latet.

3307.

CHARTA QUA HINCMARUS DE CAPELLA MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ANCILLAM NOMINE MARIAM.

(B. h. 676, DCLXXVIIII.)

Idcirco quę a majoribus bene aguntur litteris et memorię commendantur, ut eorum recordatio artius posterorum inhereat animo, eorumque observatio fiat illis in bonum emulatio. Unde ego Hincmarus miles de Capella notum fieri volo presentibus et futuris omnibus, quoniam unam de ancillis meis, nomine Mariam, quę mihi ex hereditate uxoris meę Ermengardis obvenit, cum filiis suis Ermenfredo et Duranno, dono Deo et Sancto Petro Cluniacensique monasterio, ut ab hac die a mea et omnium meorum servitute liberi, in servitute sancti Petri et monachorum Cluniacensium de reliquo maneant devoti, et pro hoc dono ab ipsa ancilla sexaginta solidos accepi. Si quis autem huic dono contradicere et calumniare illud presumpserit, maledictionibus omnibus veteris novique Testamenti subjaceat, nisi ad satisfactionem et emendationem venerit. S. Hincmari, qui hoc donum fecit. S. Ermengardis, uxoris ejus, quę consensit et laudavit. S. Petri de Sancto Gen-

1049-1109 (?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

gulfo, monachi, per cujus manum factum est. S. Wigonis, militis de Sarciaco. S. Engelmanni presbiteri.

3308.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE CLUNIACO MILES, ET CÆTERI, DANT SIVE VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI QUIDQUID HABEBANT IN PODIO DE RUFIACO [1].

(B. h. 678, DCLXXXI.)

1049-1109. Notum sit presentibus et futuris omnibus, quod pro Dei amore et animarum nostrarum redemptione, nos, ego quidem Gaufredus, et filii mei, uxor quoque mea, Bernardus quoque nepos meus, Asterius etiam frater Bernardi, mulier etiam Bernardi Vetuli, et filii ejus Gauzerannus et Hugo, donamus Deo et beatis apostolis Petro et Paulo Cluniacensique monasterio, per manum donni Hugonis cellerarii, presidente ipsi ęcclesię donno Hugone venerabili abbate, quicquid habuimus vel habere visi sumus in podio de Rufiaco, sicut terminatur in quatuor viis, excepta una francisia quę est inter vineas et boscum, ut monachi Cluniacenses ex hac die quiete teneant et jure perpetuo possideant. Et licet hoc pro anima nostra faciamus, a prefato cellerario accepimus ego Gaufredus, miles de Cluniaco, cum uxore et filiis meis, trecentos solidos; Bernardum nepotem meum defunctum susceperunt monachi et sepelierunt, et ejus partem ipso donante acceperunt. Ego autem Asterius quattuor libras Lugdunensis monetę; ego vero uxor Bernardi Vetuli et filii mei trecentos solidos. Si quis hanc donationem vel venditionem calumniari et contradicere voluerit, non valeat vendicare quod requirit, sed iram omnipotentis Dei et beatorum apostolorum incurrat, nisi resipuerit; et anathemati tamdiu subjaceat, quoadusque quę inique pervaserat restituat.

[1] [Voyez ci-dessus, au n° 3299, un autre acte par lequel Geoffroi de Cluny cède aux moines tout ce qu'il possédait en commun avec eux au même lieu de Ruffey près Cluny. Celui-ci fait connaître les sommes reçues pour indemnités.]

3309.

CHARTA QUA DURANNUS ET GIRARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM PRÆDIORUM SUORUM.

(B. h. 687, DCXC.)

Notum sit omnibus fidelibus in Christo, quod nos Durannus ac Girardus partem prediorum nostrorum Cluniacensi monasterio in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli consecrato et Hugoni abbati atque omni congregationi sibi submissæ, damus et concedimus, hactenus a nobis possessam, sine ullo contradictore. Istud decretum factum est a nobis duobus, et a nostris proximis subnotatis : Ganentius sacerdos laudavit. Bernardus. 1049-1109.

3310.

EPISTOLA WIDRICI DANOBRIENSIS VENERABILI HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, QUA ORAT EUM UT CAPELLAM MAGNI VICI VELIT SUSCIPERE.

(B. h. 705, DCCVIII [1].)

Venerabili abbati ac totius religionis decore adornato patri H[ugoni] Cluniacensis, senior Widricus Danobriensis [2] et Gepa conjunx ejus atque ipsorum duo filii Balduinus et Rainbaldus, devotum famulamen atque ęternę felicitatis munus. Inter spem metumque positi, dum hanc labilem vitam agimus, auxilio Dei consultuque suorum fidelium de salute animę aliquid pro posse disponere volumus, quatenus in futuro remissionem delictorum et vitam perpetuam percipere mereamur. Est nobis in predio proprio, in villa que vulgo dicitur Magnus Vicus, capella quędam in honore Christi martyris Christofori constructa, quam procurat quidam monacus Walterius dictus, asserens se vestrę subjectionis esse per omnia. Inibi, Deo cooperante, per merita predicti martyris plurima fiunt mirabilia. Jam ibi contradidimus tan- 1049-1109.

[1] Publié par Martène, *Thes. Anecd.*, t. I, p. 312.

[2] [*Wiricus de Danubre,* 1076, dans D. Calmet, *Hist. de Lorraine*, t. IV, preuves, c. 475. *Dunobrium* est aujourd'hui Deneuvre, Meurthe, ar. Lunéville, c[on] Baccarat.]

tum araturę terrę quantum potest octo bobus ad arandum sufficere. Dedi huic ęcclesię unam salinam sedem et unam patellam, uxorque mea unam patellam perpetuo jure; et dabimus adhuc nostrique successores. Non parum vobis videatur, vestrę damus ęcclesię Cluniacensi annuatim, festo sancti Andreę, carratam salis, et si Deus rem multiplicaverit, emendabimus et nos vobis in donis. Oramus sanctitatem vestram ut prefatum locum velitis in vestra cura et in subjectione pro Dei amore suscipere, ut per vos nomen Domini laudetur ubique. Jam enim in prefato loco monachilia habitacula honeste sunt incepta, quę perficientur, Deo annuente, instanti cura. Mittimus litteras nostra parte beatitudini vestrę, ut notificetis nobis quid super hoc velitis facere. Nolumus enim usque pactionem ex hac re facere, donec rescierimus si nos velitis in hac peticione exaudire. Hoc sciat pietas vestra, quoniam si vobis placuerit suscipere, nullum jus seu advocationem, nec ego, nec posteritas nostra, volumus retinere. Alioquin si nolueritis, consilium queremus in aliis locis, sed libentius apud vos conversio esset nobis[1]. Valete semper.

3311.

CHARTA QUA GIRARDUS BLAVIENSIS PRINCEPS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES APUD BLAVIAM.

(B. h. 722, DCCXXV.)

1049-1109. Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Girardus, Blaviensis[2] princeps, pro salute animę meę patrisque mei Willelmi Freelandi aliorumque parentorum meorum, do atque concedo Cluniacensi ęcclesię in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli constructę, ac venerabili domno meo Hugoni, Cluniacensium abbati,

[1] Nous ne savons si Hugues accepta cette donation avec la charge de diriger ce prieuré, il est permis d'en douter, car on ne trouve dans les titres de Cluny aucune trace de son existence, tandis que le prieuré de Saint-Christophe de Vic est cité comme dépendant de l'abbaye des bénédictins de Senones, à laquelle il fut uni vers la fin du XI[e] siècle. D. Calmet, *Hist. de Lorraine*, t. I, p. 1168, et Lepage, *Dict. topogr. de la Meurthe*, à ce mot.

[2] De Blaye (Gironde).

ipsiusque successoribus, omnia nervilia[1] Aturricorum[2] ad me pertinentia, quę michi apud Blaviam censualiter annuatim persolvuntur, ut ea ex integro colligant, atque in perpetuum possideant. Si quis autem heredum vel successorum meorum hoc donum cassare presumpserit, iram Dei incurrat, et gladio beati Petri multatus male direpta conpulsus restituat. Testes qui viderunt et audierunt : Helias de Didona, Helias prior Sancti Georgii, Geraldus monachus, Otbertus monachus. Signum Girardi.

3312.

CHARTA QUA PAGANUS, MAINFREDUS ET ALII DANT QUAMDAM ECCLESIAM MONASTERIO CLUNIACENSI, ROGANTES UT NOMINA PARENTUM SUORUM MARTYROLOGIO INSCRIBANTUR.

(C. 113.)

Paganus et Mainfredus et Lanfrancus, Totdilus, cum uxoribus suis, 1049-1109.
atque Albericus, cum fratribus suis et cum matre, et donnus Lanfrancus, cum matre, atque Petrus, cum cunctis familiaribus istorum dominorum, domno Hugoni, Cluniacensi abbati, fidele servitium. Ecclesiam quam dedimus vobis et beatissimo Petro apostolo, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum contulimus[3]; rogamus et obsecramus vos, ut intercedere dignemini pro nobis ad Deum, quatenus vestris orationibus mereamur invenire perpetuam vitam, et de anniversariis parentum nostrorum flagitamus ut faciatis scribere in vestro martirlogium[4] : Idus decembris obiit Oprandus; tertio nonas junii obiit Albericus; XIIII kal. januarii obiit Vuida; nonis martii obiit Lanfrancus; kalendis maii obiit Todilus et Oliza et Oprandus; XVII kal. augusti obiit Adelasia; VIII kal. julii obiit Vuilelmus; IIII nonas februarii [obiit] Ingelberga; XII kal. martii obiit Rolinda; XV kal. octo-

[1] Mot inconnu, qui paraît être une faute de lecture pour *servitia*.

[2] Ce nom nous paraît s'appliquer aux populations des bords de l'Adour (*Atur?*).

[3] De quelle église s'agit-il ici, c'est ce qu'il est difficile de dire; tout ce que l'on peut induire des noms des personnages mentionnés dans cette charte, c'est que ce devait être une église italienne.

[4] [Lisez *martyrologium*.]

bris obiit Otta; XII kal. januarii obiit Bernardus; XV kal. februarii obiit Gaieldus; VII kal. septembris obiit Gisentruda.

3313.

PRIVILEGIUM LEONIS PAPÆ IX, QUO DONATIONEM ECCLESIÆ DE RANINGIS MONASTERIO CLUNIACENSI A REQUINO DE DARNEIO FACTAM CONFIRMAT.

(C. 37 [1].)

1050, 26 octobre.

Leo, episcopus, servus servorum Dei, Hugoni venerabili abbati Cluniacensis cœnobii suisque successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini pia pollentibus religione assensum pietatis prebere. Quoniam postulasti a nobis, frater, confirmari apostolica auctoritate quedam bona concessa a quibusdam viris Deum timentibus nostræ Cluniacensi æcclesiæ, per hanc nostræ preceptionis paginam confirmamus illa tibi tuisque successoribus, secundum petitionem tuam, quoniam eam rationabilem conspeximus et honestam. Proinde scuto nostræ defensionis corroboramus predicto cœnobio æcclesiam cum predio quod dicitur Raningas, sub nomine cellæ constructam, quam dedit bone memoriæ Requinus de Darneio, consentiente uxore sua Lanceda nomine[2], nostro prefato monasterio, videlicet ipsum predium Raningas cum omnibus appenditiis, in terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, pascuis, servis, ancillis et omnibus usuaribus quecunque ibi visi sunt possidere, æcclesias, servos et ancillas, predia quoque, sicut sunt a predicto Riquino scripta, laudante et consentiente Tullensis sede pontifice, salva tamen auctoritate et honore suæ æcclesiæ, confirmamus tibi in perpetuum; predium etiam quod Hugo de Longa Aqua dedit Sancto Petro Cluniensis æcclesiæ, qui caput est hujus nostræ[3] cellæ confirmamus tibi; insuper et alia quecunque a bonis hominibus predicto loco postea sunt

[1] Cet acte se trouve dans le *Bullaire*, p. 12, col. 2; mais comme la copie est plus complète dans C., et fort courte, nous croyons devoir le publier à nouveau.

[2] La donation de Ricuin de Darney et de sa femme se trouve ci-dessus sous le nº 2840.

[3] *Bull.* vestræ.

concessabiliter[1] justo adquisita, vel in futuro poterunt adquiri eodem modo laudamus et confirmamus. Statuentes apostolica censura ut nullus rex, archiepiscopus, episcopus, dux, comes, vicecomes, vel alia aliqua judicialia persona audeat aliquam inferre calumniam contra hanc nostram defensatricem paginam, quam quicumque studuerit servare et custodire inlesam, habeat nostram benedictionem cumulatam; qui autem contrarius extiterit, anathematis nostri jaculo percussus in morte animæ jacens ad vitam æternam numquam, nisi resipuerit, mereatur resurgere. (*Monogramme*[2].) Data VII kal. novembris, per manum Udonis, Tullensis primicerii, sanctæ apostolicæ sedis cancellarii et bibliothecarii, anno domni Leonis VIIII papæ II°, indictio IIII^a[3].

3314.

CHARTA QUA WIGO WERPIVIT DUOS MANSOS IN VILLA CURTIACO, QUOS ADALGERIUS JAM DEDERAT MONASTERIO CLUNIACENSI.

(B. o. 238, CCXXXVI.)

Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod quidam fidelis christianus, nomine Adalgerius, prepotens Alberici, quondam comitis Matisconensis, consiliarius et amicus, donavit aliquid de hereditate sua Domino Deo et sanctis apostolis [ejus] Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, ubi tunc temporis proderat magis quam preerat domnus et venerabilis abbas Odilo: duos videlicet curtilos qui adjacent villę Curtiaco, cum his quę ad ipsos curtilos aspicere videntur, terra videlicet culta et inculta, totum ad inquirendum quęsituque dignum. Modernis autem temporibus, iniqua orbatus cupiditate, invasit et preripuit eos quidam miles, nomine Wigo. Proclamantibus autem — 1050, environ.

[1] Au lieu de ce mot barbare, il nous semble qu'il devait y avoir dans l'original *concessa vel aliter justo adquisita*.

[2] Ce monogramme qui est accompagné du *Bene valete* comprend la sentence adoptée par le pape : *Misericordia Domini plena est terra* inscrite dans les cercles. Au milieu, entre les bras de la croix, est le nom du pape LEO. P. On remarque l'absence des noms des saints Pierre et Paul.

[3] Ce pape commençait l'indiction tantôt au 1er septembre, tantôt au 1er janvier. Elle est comptée ici du 1er septembre.

se monachis Cluniacensibus de ipsius fraudulenta pervasione, tandem permotus aliqua pietate, remisit domno Hugoni abbati eandem calumniam, et accepta peccunia inmodica, werpivit tam ipsam terram quam aliam quę vocatur Los[1], ut ab hac die, nec ipse, nec aliquis heres, aut proheres ejus in supradictis coloniis requirere aliquando aliquid audeat. Quod si quis huic testamento contrarius existere cupit, omnibus maledictionibus subjaceat, nisi digna emendatio subvenerit. S. Wigonis, hujus cartę firmatoris[2].

3315.

CHARTA QUA WILLELMUS DE TIERNO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUIDQUID HABEBAT IN VILLIS DE CARMIS, DE CIVRAC, ETC.

(Bibl. nat. or. 106; B. h. 721, DCCXXIIII [3].)

1050, environ. Dum constet certissimum fore cunctis recta sapientibus, quod videlicet omnis presentis seculi gloria sive, ut verius dicatur, vana et deceptoria fallacia, tota transiet velut visio nocturna, summa opere nitendum est, ut abdicatis tenebris, tendamus ad gaudia perennis claritatis, quatinus illi valeamus grati et accepti fore, qui nos transferre dignatus est in regnum filii claritatis sue; satagendum enim est nobis ut, concepto salubri consilio, intra archana nostrę mentis, illisque quę velut umbra recedunt relictis, ea quę sola veraciter ac singulariter semper persistencia dicenda sunt expetamus, ne, quod Deus avertat! cum umbris, si secuti fuerimus umbras, transeamus. Quid enim tam dignum, quam ut des lutum et accipias aurum? Quid tam letum, quam ut relinquas exilium et adeas regnum? Quid tam obtabile, quam ut deseras hujus mundi carcerem et adquiras tibi celestis palacii amplitudinem? Quid tam conveniens, quam ut despecta funditus ista

[1] [Il faut lire ici : *Jos* pour *Jovis*, Joux commune de Saint-Point, qui est ainsi que *Curtiacus* de l'*ager Laliacensis.*]

[2] [La donation primitive d'Adalgerius avait été faite sous Odilon, dans le cartulaire duquel figure la charte, mais cette présente notice, qui constate la restitution des manses par Wigo est du temps de l'abbé Hugues.]

[3] Publié par Baluze (d'après le cartulaire B.), *Histoire de la maison d'Auvergne*, t. II, p. 30.

fumiganti vita in qua nobis nil extat certum, et non solum annorum vel mensium, set etiam ipsarum cunctis manet incertus numerus horarum, ambiamus tota mente illam in qua certissimum habemus nos infinita longevitate annorum regnaturos cum Christo per secula seculorum? Hęc igitur ego Willelmus de Tierno mente versans simulque multitudinem peccatorum in quibus nunc usque sum deversatus lacrimoso corde considerans, ratum duxi ut juxta Danielis consilium, peccata mea helemosinis redimerem, et quia a viriditate bone accionis, heu pro dolor! pene arui hęstu secularium voluptatum, illos saltem sustentarem quorum pia vita fructum affert bonarum jugiter virtutum, eo quod a Christo velut lignum fructiferum sint plantati juxta fluenta sanctarum scripturarum. Dum enim me sciam fecibus iniquitatum mearum inmersum, cunctis pietatis expoliatum esse plumis, illorum qui cunctarum mundi cupiditatum visco exuti assumunt pennas ut aquilę et ad superna indeficienter evolant mentis contemplatione, me confido ad regna celorum sustolli pennis. Hujus ergo rei gratia, dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, patrique domino meo donno Hugoni abbati et ceteris senioribus meis fratribus Cluniacensibus, quedam ex meis rebus, ut ipsi deinceps ea jure perpetuo possideant, et prout voluerint disponant. Sunt vero hec : in primis quicquid in ęcclesia vel villa de Carmis in dominium habeo, reditus videlicet vel consuetudines omnes, et vicarias omnes ibi pertinentes, quicumque illas habeat, ut sicut ego usque nunc tenui, ita deinceps ea seniores Cluniacenses teneant[1]. Dono etiam villam de Sivrac sicut eam tenebam, et consuetudines et vicarias ibidem pertinentes similiter; simili modo villam de Espentegni cum consuetudinibus et vicariis omnibus, medietatem quoque de clauso de Venzac cum vicaria sua; item quicquid habebam ad Sanctum Portianum de Borno cum vicariis et consuetudinibus, et quantum una leuga tenet de silva de Borno in eo loco ubi ipsi monachi elegerint; item quadraginta modios debitales de vino omni anno in Tiernensi pago, et decem corvisia, et unum

[1] On a effacé ici : « et quicumque hominum ibi de me aliquid tenebant vel in ec-« clesia vel extra ecclesiam deinceps ex ipsis se tenere cognoscant ».

IMPRIMERIE NATIONALE

semimodium de melle, et quinquaginta rusticos cum consuetudinibus quas debebant, et quinquaginta porcos, totidemque multones. Petrus de Artona, Eldinus de Montalegra, Petrus de Terzac : isti sunt testes qui hoc viderunt et audierunt.

(*Au dos :*) Carta Willelmi de Tierno.

3316.

CHARTA QUA RAINALDUS DE SANCTA HELENA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM ECCLESIÆ IN HONORE SANCTI ANDOCHII, ETC.

(Bibl. nat. or. 107 [1], cop. 32-201 ; B. h. 50.)

1050, environ. Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Rainaldus, cognomen habens de Sancta Helena, et uxor mea Terreda, Achardus quoque filius meus, donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, ubi prodesse magis quam preesse videtur domnus Hugo abbas, medietatem cujusdam æcclesię sive capellę que consecrata est in honore sancti Andochii pretiosi martyris; terram quoque omnem quę ad medietatem ipsius æcclesie pertinet, totam ad integrum dono; que scilicet per veracium testium approbatione ad medietatem ipsius æcclesię pertinere comprobabitur. In ipsa quoque villa dono unum mansum sine aliquo retinemento et colongiam que ad ipsum mansum pertinet. Hoc autem donum facio pro remedio animę meę et uxoris supradicte et filii prenominati; eo tenore et convenientia, ut si quis ex nobis tribus obierit, si fuerit qui Cluniaco nos deferat, seniores loci nos honorifice sepeliant, et Dominum deprecentur pro animabus nostris. Si quis autem hoc donum infringere putaverit, sive ego, sive filius aut filia, vel aliquis heres aut proheres meus, iram Dei omnipotentis et sanctorum ejus incurrat, nisi digne emendaverit. S. Rainaldi. Testes sunt Beraldus et Fredelandus milites. S. Achardi.

(*Au dos :*) Volumus autem ut hæc ecclesia proprie in cellarium in servitium fratrum deputetur.

[1] C'est une charte partie. On voit encore des lettres de l'alphabet coupées en deux. — Voyez ci-dessus, n° 2938 (1040 environ).

3317.

CHARTA QUA WALTERIUS ET UXOR EJUS ERMENGARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM IN VILLA BUDONO.

(Bibl. nat. cop. 17-67; B. h. 282, CCLXXXIII[1].)

Notum sit omnibus sancte ecclesie filiis, presentibus et futuris, quod ego Walterius mulierque mea Ermengardis, pro remedio animarum nostrarum donamus Deo sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo loco Cluniensi, in villa Budono, unum curtilum sicut clausura circumdatur. Hoc autem ego Walterius ex ipsius mulieris conjunctione adquisivi. Eoque pacto hoc dedimus, ut, nobis defunctis, fratres predicti loci corpora nostra terre tradant. Sin autem ego vivus monachus volo fieri, me suscipiant mulierque mea beneficii ipsorum sit particeps. S. Wa[l]terii, qui hanc cartam firmavit. S. Ermengardis, uxoris ejus. S. Wichardi, filii eorum. 1050, environ.

[1] La copie du cartulaire est beaucoup plus développée que celle de Lambert de Barive. Nous croyons devoir donner ici en note cette copie plus solennelle :

« CCLXXIII. Vualterius curtilum in villa « Buduno. — Clemens ac largiflua Christi « misericordia multis modis humanę con« patitur infirmitati, ut quia quis sine pec« cati contagio vitam ducere suam nequit, « saltim in promptu medicinalem habeat « occursum, ex rebus temporalibus videli« cet helemosinę subsidium. Proinde om« nibus sanctæ Dei æcclesiæ filiis, presen« tibus et futuris, notum sit, quod ego « Vualterius et uxor mea, nomine Enmen« gardis, cognoscentes nos valde a primor« dio nostræ nativitatis contra Deum et « sanctos ejus deliquisse ac perpendentes « animo premia justorum ac tormenta im« piorum, extremi juditii terrore perterriti, « donamus Deo et sanctis apostolis ejus « Petro et Paulo, et loco Cluniensi, in villa « Buduno, unum curtilum sicut clausura « circumdatur. Hunc autem ego Vualterius « ex ipsius mulieris conjunctione adquisivi. « Eoque pacto dedimus, ut, nobis defunc« tis, fratres predicti loci corpora nostra « terræ traderent, vel si, divina gratia in« spirante, aliquando mundo abrenunciare, « sumendo Beati Benedicti habitum volue« ro, me in eorum fraternitate suscipiant, « et uxorem meam beneficiorum suorum « participem faciant. S. Vualterii, qui fecit « donum hoc et firmari peroravit. S. En« mengardis, conjugis ejus. S. Vuichardi, « filii eorum. »

3318.

CHARTA QUA ERMENGARDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM QUI VOCATUR ENVES.

(B. h. 549, DLII.)

1050, environ. Quicumque illius terrę vult heres effici de qua Psalmista dicit : « Credo videre bona Domini in terra viventium », hanc terram quam pedibus calcamus et quam vermes inhabitant, ne pigritet dare pro ipsa. Quod ego Ermengardis cupiens facere, dono ad locum Cluniacum unum mansum qui vocatur Enves, cum consensu mei mariti Walterii[1] et filiorum meorum Wigonis et Stephani, et nepotis mei Rotlanni, pro redemptione peccatorum meorum et salute animę meę; in quo loco donnus Hugo abba magis prodesse quam preesse videtur. Si quis huic meę donationi aliquam calumpniam vel litem inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, nisi emendaverit.

3319.

CHARTA QUA DEODATUS SACERDOS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA CHROMERIS.

(Bibl. nat. cop. 24-195[2]; A. o. 68[3].)

1050, environ. Noveritis universi filii æcclesię, quod ego Deodatus sacerdos dono Domino Deo et beatis apostolis ejus Petri et Pauli, aliquid ex rebus meis, hoc [est[4]] una vinea et residet in villa [cui nomen est] Chrome-

[1] [Voyez la charte précédente.]

[2] Lambert de Barive date l'original de 1050 environ; mais l'insertion de cet acte dans le cartulaire d'Odon semblerait indiquer qu'il était plus ancien, et qu'il faut le placer entre 927 et 942; toutefois, comme nous y voyons figurer un *Hugo Albus*, qui pourrait être Hugues le Blanc, vicomte de Mâcon vers le milieu du XIe siècle, nous lui laissons la date approximative de 1050.

[3] La copie du cartulaire offre des différences. Elle débute ainsi : « Notum sit « cunctis Dei æcclesie filiis, quod ego « Deodatus ».

[4] [Les mots entre crochets sont tirés de A.]

ris; terminet de uno latus via publica, de alio latus terra infantibus Osanne, de tercio terra Vualterii, de quarto terra Artaldi. Hanc autem donationem facio pro remedium anime mee et omnium parentum meorum; et pro animam Hugoni Albi, ut omnibus in commune proficiant[1], et tunc donatio hec rata permaneat, stipulatione subnixa. Acta Cluniaco. S. Deodati sacerdotis, huic donum datori[2]. S. Arnulfi. S. Vualterii. S. Rainaldi.

(*Au dos* :) Carta Deodati sacerdotis in villa Cromeris.

3320.

CHARTA QUA ADEMARUS, PODIENSIS CANONICUS, ET FRATER EJUS ARMANNUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM UNUM JUXTA CASTRUM AUREL.

(Bibl. nat. cop. 24-206; B. h. 569, DLXXII.)

Sciant omnes Dei et sancte ecclesiæ fideles, presentes et futuri, quod Ademarus, Porensis[3] canonicus, et frater ejus Armannus, divina gratia inspirati, Deo et sanctis apostolis[4] Petro et Paulo et senioribus Cluniacensis cenobii dederunt unum mansum in pago Diensi juxta castrum Aurel, totum cum appendiciis, molinis, pratis, vineis, boscum etiam in Serro Adraldi[5], et vineam Otgerensem, et unam condaminam in villa Trevetes, super fluvium Dromam. Hanc donationem laudaverunt et firmaverunt fratres eorum, Bermundus, Wilelmus, Attenulfus. 1050, environ (?).

[1] A. ajoute : « quod si aliquis huic dono « nostro contradixerit, cassa habeatur et « infructuosa querela ejus, et ipse extra- « neus a societate christianorum habeatur, « nostraque donatio firma et inconvulsa « exsistat ».

[2] A. met *hoc donum facientis* au lieu de *datori*.

[3] Le cartulaire porte *Podiensis* (le Puy), qui semble préférable, car toutes les propriétés données sont dans la Drôme, département assez voisin de la Haute-Loire. On voit cependant figurer un *Porensis episcopus* au synode de Photius. Mais il s'agit d'un évêque d'Orient. Cf. Lequien, *Oriens christ.*, I, 1209.

[4] [B. ajoute *ejus*.]

[5] [B. *Andraldi*.]

3321.

CHARTA QUA AMALUINUS, CANONICUS ECCLESIÆ SANCTI SEVERINI BURDEGALENSIS, ET ALII FRATRES EJUSDEM LOCI HANC ECCLESIAM MONASTERIO CLUNIACENSI DANT.

(Bibl. nat. cop. 24-207.)

1050, environ. [Futu]ris[1] [et] presentibus notum iri cupimus universis æcclesie sanctę rectoribus atque cultoribus, quod ego Amaluinus, [Burde]galensis ecclesie Sancti Severini canonicus, et domnus Austendus precentor, et alii fratres in unum consentientes, nos et nostram ecclesiam ecclesie Cluniacensi damus atque concedimus, et in quantum possumus in jus ipsius tran[s]fundimus, optantes atque sperantes, ut per ordinationem illius sancte congregationis ecclesia nostra non solum in antiquam dignitatem reformetur, verum etiam multo excellentius Deo juvante promoveatur, et in rigore sacre religionis stabiliatur. Et ut hec carta nostre petitionis atque donationis firma et immutabilis maneat, propriis eam manibus insignimus, ac nominum nostrorum subtitulatione sanccimus. S. Amaluini. S. Austendi precentoris. S. Goframni. S. Hini. S. Wilelmi. S. Raimundi. S. . . . . . S. Fortis, Arnaldi.

(*Au dos:*) Carta canonicorum Burdegalensium.

3322.

CHARTA QUA WILLELMUS, DUX AQUITANORUM ET COMES PICTAVORUM, CONCEDIT MONASTERIO CLUNIACENSI CONSUETUDINES IN VILLA MOLGON, ETC.

(Bibl. nat. cop. 24-208; B. o. 6[2].)

1050, environ. Notum sit cunctis fidelibus, quod ego Willelmus, Aquitanorum dux, comes autem Pictavorum[3], reminiscens enormitatem peccatorum meorum, suadente insuper matre mea et fidelibus meis, dimitto et vuer-

[1] Cette lacune provient d'un accident qui a détruit le commencement de la première et de la seconde ligne.

[2] C'est par erreur que cette pièce a été insérée tardivement dans le cartulaire d'Odilon, puisque le nom de l'abbé Hugues s'y trouve.

[3] Guillaume, surnommé Aigret ou le Hardi, comte de Poitiers et septième du nom, duc d'Aquitaine.

pitionem facio Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, quod est constructum in honore eorum, in quo domnus Hugo abbas magis prodesse [quam preesse[1]] videtur, de omnibus consuetudinibus quas requirebam in villa que dicitur Mogoni[2], in terra Sancti Petri et Sancti Johannis. Laudo etiam et confirmo omnia quicquid ibi Sancto Petro pater meus et mater mea dedit; insuper quicquid ego dedi, videlicet consuetudines trium quartarum et pascuarum de tota villa, excepto hoc quod Sanctus Petrus Malliacensis ibi videtur habere, et quod consuetudinarios comitis non recipiant nec suum habere, propter hoc ut comes suam consuetudinem perdat. Et si homines ville illius terras consuetudinarias comitis tenent, comes suam consuetudinem non perdat, sed[3] in ipsa villa non requirat. Consuetudines etiam quas requirebam in terram Sancti Pauli et Sancti Martini, excepto quod si bellum ingruerit contra inimicos, hoc non dimitto, ut adjutorium mihi ferant. Concessi etiam eis in supradicta villa Sancti Johannis, ut ibi nullus habeat furnum nisi monachi, et ut mercatum penitus destruatur. Totum hoc facio pro remedio anime mee, patris mei et matris mee, et ut partem et societatem habeamus in elemosina ejusdem loci. Si quis autem hec contradicere voluerit deinceps, sit anathema maranetha in die Domini. S. Willelmi comitis, qui hanc cartam fieri precepit. S. Agnetis, matris ejus[4]. S. Ermensendis, uxoris ejus. S. Isemberti, episcopi Pictaviensis. S. Willelmi, episcopi Engolisme[5]. S. Archimbaldi abbatis. S. Oldeberti comitis. S. Aymerici vicecomitis, et fratris ejus Savarini. S. Ugoni vicecomitis. S. Willelmi vicecomitis et Calonis filii ejus. S. Maingaudi. S. Petri de Niort. S. Jocelini. S. Ademari. S. Ugo de Lizigniaco.

(*Au dos:*) De monasterio qui vocatur Mulgono in Pictavis.

[1] [Ces mots se trouvent dans B.]

[2] B. *Molgon.*

[3] B. porte *si* au lieu de *sed.*

[4] [La comtesse Agnès, mère de Guillaume VII, duc d'Aquitaine, avait déjà donné à Cluny une première fois, avec ses fils les coutumes de Mougon, voyez ci dessus n° 2855.]

[5] B. *Engolismensis,* le reste manque dans B

3323.

CHARTA QUA WALO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA IGIACO.

(Bibl. nat. cop. 24-213; B. h. 396, CCCXCIX [1].)

1050, environ. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Walo, scelerum meorum inmanitatem formidans [2], atque Deo omnipotenti satisfacere desiderans, monachicum habitum in loco Cluniacensi sumpsi, et pro anime mee parentorumque meorum remedio quicquid in villa que dicitur Igiacus hereditario jure possidebam seu possidere debebam, tam in vineis quam in agris cultis atque incultis, seu consuetudinarium usum in nemoribus circumquaque sitis, sive reditus et servicia rusticorum terram nostram tenentium, postremo quicquid ibi habebam supradicto loco contuli, cum laude filiorum meorum atque uxoris mee et aliorum propinquorum meorum, et sine omni calumpnia in perpetuum habendum transfundi. Donavi etiam feudum [3] quod Archimbaldus miles a me in eadem villa habebat, cum laude ipsius, ut servitium quod mihi faciebat loco Cluniacensi faceret. Si quis, improbo ausu, hanc donationem temerare presumpserit, utpote sacrilegus divine majestatis reus et contemptor apostolorum Petri et Pauli cum reprobis igne inextinguibili perpetualiter cruciabitur. S. Lebaldi, S. Bernardi, S. Berardi, et S. Wicardi, S. Lezelini, filiorum meorum. S. Teuze, uxoris mee. S. Freeburgis, S. Pontie, filiarum mearum.

(*Au dos :*) Karta Walonis de terris quas dedit in villa Igiaco Sancto Petro.

[1] La copie du cartulaire diffère un peu de l'original. Elle débute ainsi : « Quoniam « ipsa Veritas per se clamat, dicens : « Qui « amat patrem aut matrem plus quam me, « non est me dignus. » Idcirco ego Vualo, « scelerum, etc. »

[2] B. *considerans.*

[3] B. *fevum.*

3324.

CHARTA QUA WALTERIUS BERZIACENSIS WERPIVIT MONASTERIO CLUNIACENSI MALAS CONSUETUDINES QUAS IN TERRA SANCTI PETRI REQUIREBAT.

(B. h. 583, DLXXXVI.)

Notitia convenientię que fuit inter donnum Gunterium, Cluniacensem priorem, et Vualterium Berziacensem. Cum igitur idem Vualterius ferociter universa que juris Sancti Petri erant sibi vicinia devastaret, diriperet atque male tractando frequentius depredaret, multis modis conventus publice affabiliter et sepius secrete coercitus familiariter a supradicto loci preposito, tandem ejus saluberrimis obtemperans et obsecundans monitis, spopondit et pollicitus est omnem emendationem. Tandiu ergo inter illos causa eadem ventilata est, quatenus ante donni abbatis Hugonis presentiam venit, et taliter cum illo et cum sibi[1] subjectis senioribus in Cluniacensi capitulo publice finem fecit. Easdem nempe querimonias et consuetudines quas pater illius Eldinus remisit et vuerpivit de servis et ancillis, terris insuper cultis et incultis, et quas ipse injuste, violenter et fraudulenter requisierat in terra Sancti Petri, sua spontanea voluntate ex toto dimisit; et jam dicto patri junctis manibus se commendavit hac insuper sancto Petro, sibi fidelitatem super sanctas juravit reliquias, adstantibus et conlaudantibus suis parvulis duobus filiis Eldino atque Siguino, quos etiam supradicto patri commendavit : tali ratione ut cum ipsi ad intellegibilem etatem pervenerint, simili modo sancto Petro et sibi fidelitatem jurent; atque hec omnia que avus et pater eorum sua sana memoria vuerpiverunt, ipsi inconvulsa, rata, fideliter et firmiter custodiant. Ob hoc idem Vualterius accepit a senioribus suprafati loci trecentorum pretium solidorum. Omnes etiam illos servos et ancillas quos post mortem patris sui requisiverat a senioribus Cluniacensibus vuerpivit, taliter ut neque ipse, neque ullus ex heredibus ejus in perpetuum au- 1050, environ.

[1] Le texte porte ici le mot *subi*, qui est évidemment une faute du copiste.

IMPRIMERIE NATIONALE.

deant repetere. Quod si quis presumpserit, ęterna morte et ęterna maledictione feriantur, nisi cito resipuerint, et ad emendationem quam citius venerint. Super hec omnia fecit talem convenientiam cum sepenominatis senioribus, ut si aliquis ex hominibus illorum sibi vel suis aliquam intulerit calumpniam vel molestiam, nullam vindictam accipiat quousque se per spatium XL dierum proclamet. Si infra hoc terminum non sibi justitiam fecerint, tunc ipse per se talem vindictam sumat, ut non plus accipiat, se sciente, quantum sua causa valuit; et posthec omni tempore sue vitę sicut Sancti Petri fidelis permaneat.

3325.

CHARTA QUA WALTERIUS DE BERZIACO WERPIT OMNES QUERELAS QUIBUS MONACHOS CLUNIENSES INQUIETABAT, ET EIS DAT CAMPUM IN VILLA PRULINGI.

(Bibl. nat. cop. 24-214; B. h. 153, CLV.)

1050, environ. Werpitio Walterii de Berziaco de omnibus querelis quibus monachos Clunienses et homines eorum querelabantur [1], pro redemptione anime filii sui. Pro quo etiam dedit supradictis monachis unum campum qui est ante mansionem Wichardi, in villa Prulingi. Nomen vero filii ejus pro cujus anima totum hunc campum eis dedit, Eldinus fuit. Hanc autem cartam ipse Walterius primus firmavit, deinde Siguinus filius [ejus [2]], post eum Adalbertus presbiter, et Durannus presbiter, Joserannus miles, et Gausfredus infans. Archimbaldus.

(*Au dos :*) Werpicio Vualterii de Berziaco.

3326.

CHARTA QUA ROTBERTUS BURGUNDIO ET FRATER EJUS GIRARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS RASAS IN BURGUNDIONUM TERRA.

(Bibl. nat. cop. 24-215.)

1050, environ. Rotbertus Burgundio et Girardus frater ejus dederunt pro Josce-

[1] B. *querelabatur.* — [2] [Mot fourni par B.]

ranno filio Rotberti unam rasam de vinea, et aliam rasam de terra arativa, juxta viam que est in Burgundionum terra.

(*Au dos :*) Cartula Rotberti Burgundionis.

3327.

CHARTA QUA HUGO DE LONGA AQUA ALODUM SUUM DE BOVEIO MONASTERIO CLUNIACENSI DAT.

(Bibl. nat. cop. 24-216; B. h. 630, DCXXXIII.)

Notum sit omnibus fidelibus cujusque ordinis, quod ego Hugo de Longa Aqua, filius Hacberti, tradidi olim sancto Petro apud Cluniacum alodum meum de Boveio legali traditione post meum decessum, reservato mihi in vita usu fructuario, tradens eidem loco in vestituram ad presens unum mansum cum servo et ancilla. Quoniam autem, cogente necessitate, compulsus sum denuo usum fructuarium ejusdem alodi in vadimonium cuidam Wittero[1] tradere, monachi prefati cœnobii id pernoscentes, predictum vadium redemerunt, et omnem prelibatum alodum legali justicia, me abstipulante, sui juris esse fecerunt. Quam eorum redemptionem et meam abstipulationem hac presenti carta coram testibus confirmo, scilicetque jam dictum alodum de Boveio perpetuo esse amodo sub dicione monachorum Sancti Petri Cluniensis, quicquid ibi possideo in sicco et viridi, in pratis, silvis, terris cultis et incultis, servis et ancillis, hoc est medietatem trium partium ejusdem alodi, et medietatem banni ipsius ville. Hec vero sunt nomina servorum, Wido cum uxore et duobus filiis, Gohaldus[2] cum uxore et filiis[3], Hermannus, Dodo, Sigifredus cum uxore et duobus [infantibus[4]], Humbertus cum duobus filiis, Theodericus[5], Leduidis cum duobus filiis, Oda cum duobus filiis, et reliqui qui ad ipsum alodum pertinent. Ut autem hec nostra traditio rata permaneat, in plenaria synodo aput[6] Tullum, coram Odelrico illius cœnobii mo- 1050, environ.

[1] B. *Witterio.*
[2] B. *Gozaldus.*
[3] B. *filio.*
[4] [Mot fourni par B.]
[5] B. *Teodericus.*
[6] [B. *apud.*]

nacho, hanc legendo firmavi, et testibus roborandam tradidi. Ego Hugo hujus traditionis dator signavi. S. Widrici, S. Tehilini[1].

3328.

CHARTA QUA ARTALDUS ET FILIUS EJUS HUGO DIMITTUNT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MOLENDINUM AB OTTONE EIS DATUM, ET ALIAS RES IN VILLA JUSA.

(Bibl. nat. cop. 24-218; B. h. 459, CCCCLXII.)

1050, environ. Quoniam, teste Scriptura, impossibile est ut humana fragilitas, de peccato et in peccato concepta, absque delicti admixtione concesse vite cursum transigat, necessario nos quos propria conscientia accusat, saltem[2] post ruinam, si quod est resurrectionis remedium inquirimus; et quoniam eadem Scriptura dicit : « Redemptio anime viri pro« prie divitie », consilium hoc salutis libenter amplectens, ego Artaldus cum filio meo Hugone, dimittimus jure quieto absque omni contradictione, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, molendinum quod Otto moriens donavit. Dimittimus etiam simili modo ejusdem molendini adjacentia cuncta ab eodem Otto cum eodem molendino donata; excepto feo Duranni, quod datum non fuit, sed sicut erat permansit. Sed et consuetudines a Vualterio archidiacono in terra Sancti Petri inventas, de quibus certa testimonia accepimus, eodem modo remittimus, nec aliquid in eis quod ab eo injuste illatum probatur [retinemus[3]]. Item quicquid requirere videmur in villa que Jusa[4] dicitur, vel curvatas[5] vel aliud aliquid, similiter totum relinquimus, et omnia absque aliqua contradictione jure perpetuo possidenda contradimus.

(*Au dos :*) Karta Artaldi.

[1] B. *S. Tetzelinus.*

[2] B. *saltim.*

[3] [Mot fourni par B.]

[4] B. *Visa.* Aucun indice ne nous autorise à choisir entre ces deux formes.

[5] [B. *corvatas.*]

3329.

CHARTA QUA NOTUM EST QUOD JOZERANNUS ETNEBRUNUS DEDIT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM, CAMPOS ET PRATUM IN VILLA BURZEI.

(Bibl. nat. cop. 24-220; B. h. 370, CCCLXXII.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus Dei cultoribus, presentibus et futuris, quod Jozerannus[1], cognomento Etnebrunus, occulta Dei visitatione ammonitus, pro redemptione peccatorum suorum, dedit de allodo suo quantum ei ad presens possibile fuit, Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum, ut seniores ejusdem cenobii sine ulla contradictione perpetuo teneant, scilicet in villa Burzei unam vineam, duos campos, unum pratum. Et ut hæc donatio semper sit firma et stabilis, testes et conlaudatores adhibuit Bertrannum, fratrem suum, et Girbertum, consanguineum suum. 1050, environ.

(*Au dos :*) Jozerannus in Burzei.

3330.

CHARTA QUA DURANDUS ET UXOR EJUS ADALASIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA SOLONIACO.

(Bibl. nat. cop. 40-51[2]; A. a. 42.)

Ego Durandus et uxor mea Adalasia dedimus unum mansum, pro remedium animam patrem meum Berarde et animas nostras, et pro remedium anime omnium fidelium defunctorum : hoc mansum est in villa Soloniaco, de una parte est lapida magna[3] et de alia quemdam 1050, environ.

[1] B. *Jocerannus.*

[2] Lambert de Barive a daté cet acte de l'an 1100 environ, et en effet nous y voyons paraître plusieurs surnoms qui ne s'y trouveraient pas s'il eût été rédigé du temps de l'abbé Aimard, dans le cartulaire duquel il se trouve. Toutefois nous ne pensons pas qu'il soit d'une date aussi tardive que celle que lui assigne Lambert de Barive, et nous adoptons comme moyen terme 1050 environ.

[3] A. *lapis magnus.*

cersarium[1]; et hoc est in pago Matisconense. S. Artaldus Senior et Gaufredus de Sancti Nizezii. S. Rannaldus de Soloniaco et Artaldus Ruil. S. Durandus de Berziaco[2]. Ego Durandus et uxor mea laudemus et ego Bernardus sacerdos scripsi et vidi.

(*Au dos :*) Durandi de Soloniaco.

3331.

NOTITIA WERPITIONIS DUORUM CASTELLORUM CONDORCENSIUM HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI A FILIIS PONTIONIS FACTÆ.

(A. m. 52[3].)

1050, environ. Convenientia et werpitio de duobus castellis Condorcensibus, quę sanctus Maiolus dedit in prestario Pontio militi, cujus filii fuerunt Petrus, Wilelmus et Rostagnus, qui hoc prestarium modo tenent per manum domni Hugonis[4] abbatis. Isti venientes ante presentiam domni Ugonis abbatis aput Sanctam Gallam[5], fecerunt werpitionem Deo et Sancto Petro de prestario quod pater eorum Pontius tenuit per jussionem Sancti Maioli quamdiu vixit. Quorum bonam voluntatem et humilitatem domnus abbas Hugo cum vidisset, reddidit eis duas partes ipsius prestarii quod vuerpiverunt et III^am^ retinuit, excepto hoc quod antea tenebamus, et hoc tali convenientia fecit, ut illud prestarium quamdiu vixerint teneant, et post mortem suam Sancto Petro absque ullo impedimento relinquant; si vero contigerit unum ex his obire, pars illius sit duobus qui remanserint. Si autem et secundus mortuus fuerit, sit iterum pars illius qui remanserit viventi; post mortem vero tertii fratris, cum omni integritate ad locum Cluniacense, nullo contradicente, revertantur. Testes sunt hujus rei Willelmus Aurison, Pontius cognomine Artmannus, Pontius, Berardus, Oudolricus[6].

[1] A. *ceraseus.*

[2] Tous ces surnoms sont omis dans A.

[3] Voyez la concession en précaire du château de Condorcet par l'abbé Maïeul en janvier 999, ci-dessus, t. III, n° 2480.

[4] [Le copiste avait écrit d'abord *Ugonis* sans *h.*]

[5] C'était un prieuré de l'évêché de Gap.

[6] Ce mot avait d'abord été écrit *Odolricus,* mais on a tracé un *U* sur l'*O* initial.

3332.

CHARTA QUA ANSEDEUS DE BORBON DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CONDAMINAS SUAS DE SINZOG ET SILVAM DE MAI.

(B. h. 176, CLXXVIII; 196, CXCVIII, et 206, CCVIII[1].)

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam absentibus, qualiter Ansedeus de Borbon tradidit, pro anima sua, Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo ad Cluniacum, condaminas de Sinzog et silvam de Mai et quic- 1050, environ.

[1] Ces trois pièces sont si différentes dans leur rédaction, qu'elles semblent avoir été écrites à des époques diverses. La dernière seule donne les noms des témoins.

Nous croyons devoir les reproduire toutes trois, la première dans le texte, les deux autres dans les notes.

« CXCVIII. Ansedeus condamineas in villa « Cinzos. — Prudentia atque industria ve« terum mos inolevit, ut commutaciones et « traditiones rerum, ne forte eorum noti« tia oblivione deleatur, inserantis cartis « et scripta in posterum reserventur tam « ad decedentium cautelam quam ad suc« cedentium utilitatem. Ideo et nos hunc « sequentes morem notum facimus, tam « presentibus quam absentibus, quod An« sedeus de Borbono donat Deo et sanctis « ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum « Cluniacum, culturas agri sui quas con« damineas vocant, quę sunt sitę in villa « quę vocatur Cinzos, et boscum quem « apellant de Mai, et Gontardum servum « suum cum filiis suis; et dedit permissio« nem et licentiam ut quecumque potue« rint adquirant de terra sua. Et propter « hoc dederunt ei monachi Clunienses xx[ti] « libras denariorum Pictaviensium. Um« bertus de Borbono, frater ejus, lau« davit hoc donum de condamineis et de « bosco, et propter hoc accepit a monachis « IIII[or] libras denariorum et uxor ejus xx « solidos. »

« CCVIII. Ansedeus de Borbo condami« neas de Cinzosco. — Quia humana na« tura persistere in una et eadem rerum « stabilitate minime valet, et traditiones « seu rerum ordinationes sepe decessione « vel successione variantur, idcirco noti« tiam earum quę geruntur scripto tradi« tam provide ac sollicite posteris trans« mittere procurat. Quapropter cunctis sub « Christi norma degentibus innotescat pre« sentibus et futuris, quoniam Ansedeus « de Borbo dedit Deo et sancto Petro mo« nachisque Cluniacensibus condamineas « de Cinzosco et silvam de Mai, laudante « et auctorizante Humberto fratre suo. Tes« tibus Ansedeo de Angleuris, et Joceranno « de Villariis, et Pagano, Martino quoque « Pelaporcum, et Artaldo de Puleio, Dal« matioque de Flaio, monachis; laudante « etiam et concedente Joceranno de Cau« petra (Gaupetra), teste Seguino monacho « et Stephano nepote suo. »

quid ibidem de hereditate sua poterit reperiri; laudavit et consensit quod Humbertus, frater ejus, ad predictum locum condaminam et silvam unam dedit; et Emulus filiusque suus Joffret in villa Casellas æcclesiam unam et allodium suum totum quod pertinet ad eundem locum, cum omni utilitate, quę qualicunque modo inde potest provenire, tam ipse Ansedeus quam prenominati nepotes ejus, videlicet servis et ancillis, silvis, pratis, pascuis, rivis, aquis, molendinis, itibus et reditibus, viis et inviis. Et ut hoc semper firmum et inconvulsum ita perduret[1], ex multis quosdam quorum nomina subscripta sunt testes adhibere curavimus.

3333.

CHARTA QUA WIGO ET ROTBERTUS NOTUM FACIUNT SE MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE TERRAM NOMINE JOBCIS.

(B. h. 303, CCCIII.)

1050, environ. Quod ratum atque inconcussum permanere optamus, et quod quis arte aliqua vel labore adquirit, ad posterorum noticiam scripto tradendum est, immo testes et fideijussores in manu juditiariæ potestatis addendi sunt. Quoniam si forte prosapia aliqua aliquando facta predecessorum suorum evertere cupiens successerit, prius reddat fiscum judici, et sic res quam vendicare sibi volebat inmobilis consistat. Igitur notum sit cunctis fidelibus christianis, presentibus et futuris, quod quidam duo fratres, Wigo videlicet et Rotbertus, contrariabant quandam terram monachis de Cluniaco, quę dicitur nomine vulgari Jobcis, quę est sita in pago Matisconensi; huic contrarietati obsistentes predicti monachi, querelis frequentissimis evicerunt. Tandem enim presentantes se in quodam placito, ob hanc causam precipue adunato, ad Sanctum Romanum ad Ansellam[2], videlicet domnus Hugo, tunc prior, nunc abbas, Walo quoque et Tetfredus, monachi, in presentia domni Alinardi archiepiscopi, ob hujusmodi placiti evocati discepta-

[1] Les mots *tam ipse Ansedeus* à *nepotes ejus* seraient mieux placés ici.

[2] C'est Saint-Romain-d'Anse, alors dans son lustre ; *Ad Ansellam* semble prouver que déjà à cette époque Saint-Romain était dans un faubourg d'Anse appelé *Ansella*.

turi conveniunt. Tandem igitur, diuturna disceptatione convictis supranominatis duobus fratribus, Joceranno de Basinens et Arberto de Franchilens placitum portantibus, vuerpiverunt supradictam terram, accepto ibidem in ipso placito uno caballo optimo, valente c solidorum, et uno mulo ejusdem precii. Et ita difinierunt omnem querimoniam, et vuerpierunt omnem querelam adversum predictos monachos, ut neque ipsi, neque aliquis ex eorum heredibus vel proheredibus ullo modo de hac causa calumpniam aliquam vel molestiam removeat. Quod qui fecerit, ęternæ subjaceat maledictioni, nisi digne resipuerit. Hoc tempore, quando hæc carta facta est, tenebat castrum Berziacum Walterius clericus, cui hæc vuerpitio valde displicuit. Humbertus prepositus fuit.

3334.

CHARTA QUA MONACHI CLUNIACENSES NOTUM FACIUNT BERNARDUM DE CAPELLA WERPIVISSE OMNES QUERELAS QUAS EIS FACIEBAT, ET QUASDAM TERRAS CUM MONASTERIO PERMUTAVISSE IN VILLA CASSINOLA, ET IN ALIIS LOCIS.

(B. h. 394-394 *bis*, CCCXCVI-CCCXCVII, et 626, DCXXIX [1].)

Cum inter homines de aliqua magna re fit conventio, aut vuerpitio, sive commutatio [2], memorię posterorum intimandum est stilo, quo maneat [3] ratum et inconvulsum in perpetuo. Unde nos monachi Clunienses dignum duximus literis tradere donum et vuerpitionem quam fecit nobis Bernardus de Capella et uxor ejus ac filii. Donavit namque nobis et vuerpivit omnem calumpniam quam habebat contra nos de terris et servis et ancillis, que tenemus [4], et alii per nos, et forfacturam quam nos et nostri feceramus illi. Similiter et nos illi perdonavimus quicquid querelę contra eum habebamus; et ita pacem et concordiam inter nos fecimus. Et ut ista concordia inter nos omni tempore firma permaneat, fecimus scamium [5], quod mutuatio dicitur, de terris nostris. Dedimus 1050, environ.

[1] C'est cette seconde copie que nous publions, en relevant les variantes de l'autre, qui a été divisée en deux par le copiste du cartulaire.

[2] B. h. 394, *sive donatio, seu mutatio.*

[3] B. h. 394, *valeat... manere.*

[4] B. h. 394, *quibus vestiti eramus.*

[5] B. h. 394, *eschamium.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

quippe ei terram quam sanctus Odilo concesserat illi in villa Cassinola, ut eam teneat jure in alodum, et cum ista terram de Monte Dernon in beneficio. Escamium[1] vero quod fecit et donavit nobis, terra est de Monte Gobone, a fonte Manum usque ad Taxoneriam[2], cujus terminus rectus est ex una parte, ex altera vero parte a predicta Taxoneria est terminus usque ad viam publicam quę vocatur Fracta, per finem cunbę quę Vallis appellatur, a parte meridiana usque ad terram Sancti Petri via publica, a mane terra Odelrici[3]. Dedit namque nobis ante portam Sancti Jangulfi unam contaminam terminatam terra Sancti Petri a duabus partibus, a tertia rivo currente, a sero terra Sancti Nazarii; et ex altera parte ipsius villę, unum campum habentem a mane viam publicam, a meridie terra Agdoardi, a sero terra Bernardi, a septentrione terra francorum. Alium etiam campum in Craio dedit nobis, a mane herentem vię publicę, a meridie et a septentrione terra Dalmatii, a sero Bernardi et Stephani Fabri. Signum[4] Bernardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Emmę, uxoris ejus, et Bernardi, filii ejus. S. Milonis, filii ejus. S. Jozeranni, filii ejus. S. Inmari, filii ejus. S. Attale, filię ejus. S. Beatricis, filię ejus. Actum in Monte Cercisio, in presentia donni Tetbaldi comitis, et donni Sigaldi prioris, et Oddonis, Wilelmi, Stephani, monachorum.

3335.

CHARTA QUA NOTUM EST GIRBALDUM ET UXOREM EJUS INGELTRUDEM MONASTERIO CLUNIACENSI CLAUSUM VINEÆ PRO SEPULTURA SUA DEDISSE.

(B. h. 435, CCCCXXXVIII.)

1050, environ.

Quotienscunque inter homines de qualibet re conventio, sive donatio, seu venditio, necnon verpitio fit, posterorum memorię intimandum est stilo, ne forte aliquis aut propinquitatis objectione, aut cupiditatis illectione, seu alicujus rei occasione, nevum querimoniæ inferre audeat. Quamobrem volumus omnibus esse notam notitiam

[1] B. h. 394 *bis*, *schamiam*. Ici commence le second acte.

[2] B. h. 394 *bis*, *Taxonera*.

[3] B. h. 394 *bis*, *Odolrici*.

[4] [Les signatures et la date manquent dans B. h. 394 *bis*.]

conventionis quam Girbardus[1] et uxor ejus Ingeltrudis, cum monachis Cluniensis cœnobii habuerunt, scilicet cum Odone et quampluribus, donantes Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo locoque prefato unum clausum de vinea, pro remedio animarum suarum locoque sepulturę, hoc videlicet pacto, ut eis defunctis honorifice rectores predicti loci eos sepulturę tradant[2].

3336.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MARZIACO ET FRATER EJUS GAUSFREDUS NOTUM FACIUNT SE DIMIDIAM COLONICAM IN VILLA MONTESONO MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 511, DXIIII.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles sanctę Dei ęcclesię, quod ego Wichardus de Marziaco et frater meus Gausfredus donamus Deo et sanctis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, aliquid de nostra hereditate, pro anima fratris nostri Berardi et animabus omnium parentum nostrorum, hoc est dimidiam colonicam[3] in villa Montesono, quę est in pago Augustudunensi, cum omnibus terris ibi pertinentibus, id est pratis, campis, silvis, aquis, pascuis, cum omnibus usque ad inquirendum. S. Wichardi et Gaufredi fratris ejus, qui hoc fecerunt. S. Wichardi de Munciaco[4]. S. Ansedei fratris ejus. S. Arlei fratris ejus. 1050, environ.

3337.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MINCIACO ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM SUPRADICTÆ COLONICÆ IN VILLA MONTESONO.

(B. h. 512, DXV.)

Item[5] notitia donationis quam fecit Wichardus de Minciaco, et fra- 1050, environ.

[1] [La rubrique porte : *Girbaldus*.]

[2] Cette pièce, qui n'a pas de date, n'est que le rappel d'un acte du 1er mars 1036, qu'on peut voir plus haut à cette date. Elle a sans doute été écrite à l'occasion de la mort des donateurs. Voy. ci-dessus n° 2909.

[3] Voyez la charte suivante.

[4] Lisez *Minciaco*.

[5] Voyez la charte précédente.

tres ejus Ansedeus et Arleus, de alia medietate suprascriptę colonicę, quam fecerunt Domino Deo et beatis apostolis Petro et Paulo, pro anima fratris sui Walterii, ex integro sicut et supra, usque ad inquisitum et perquirendum. S. Wichardi de Minciaco. S. Ansedei et Arlei, fratrum ejus, qui hanc donationem fecerunt. S. Wicardi de Marziaco. S. Gaufredi, fratris ejus.

3338.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MINCIACO WERPIVIT OMNES QUERELAS QUAS HABEBAT CONTRA MONACHOS CLUNIACENSES DE TERRIS, DE SERVIS, ETC.[1].

(B. h. 534, DXXXVII.)

1050, environ. Werpimentum Wichardi de Miciaco, quod fecit sancto Petro et donno abbati Hugoni Cluniensium, de omnibus querelis quas habebat contra Cluniacum de terris, de servis et ancillis, et de omni re, ut jam amplius non appellet, nec ipse, nec aliquis propter se.

3339.

CHARTA QUA WICHARDUS DE MINCIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI HOMINEM NOMINE RANNULFUM.

(B. h. 613, DCXVI.)

1050, environ. Si filii sumus, liberi esse debemus, sed illa libertate qua Christus nos liberavit. Quapropter ego Vuichardus de Minciaco, annuente uxore mea Adalgardis, filioque proprio Jodceranno, ex parentibus meis hominem quendam, Rannulfum nomine, meę servituti proventum, ab hac die et deinceps facio liberum nexuque totius servitutis absolutum, principi apostolorum Cluniacensisque cenobii trado in dominium : tali scilicet tenore, ut cum omni nascentia ab hac die de se generanda sancto loco illo serviat, ex amissa siquidem conjuge duobus retentis filiis; ea scilicet ratione, ut per octo annos illos nutriat, quo nutrimento facto patriis bonis exereditentur, michique serviant ulterius.

[1] Cet acte incomplet n'est que la confirmation de celui qui fut passé par le même personnage sous l'abbé Odilon. Voyez ci-dessus, n° 2966 (1048, environ).

Attamen si patri servire voluerint, addictos mercenarii pretio illos retineat omniaque sua, sive dum vixerit, sive dum morte obierit, monachorum dominio derelinquat. Et ut hoc donum firmum permaneat, manibus parentum propinquorumque meorum roborare facio. S. Vuichardi, qui fecit et firmavit, et Algardis, uxoris ejus. S. Jodceranni, filii ejus. S. Arlei, Vualterii, Ansedei, fratrum ejus. S. Hugonis prioris, Almanni decani, Giraldi camerarii, Stephani decani; laicorum vero, S. Umberti prepositi, Arloini forestarii, Lamberti Rufi, Arlebaldi, Bernardi fratris ejus, Constantini presbiteri.

3340.

CHARTA QUA NOTUM EST THEOBALDUM, COMITEM CABILONENSEM, WERPIVISSE MONASTERIO CLUNIACENSI OMNES MALAS CONSUETUDINES QUAS PERCIPIEBAT IN VILLA COLONICAS.

(B. h. 718, DCCXXI.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod domnus Tetbaldus, comes Cabilonensis, ad locum sancti Petri Cluniensis dedit et finivit omnes malas consuetudines quas ipse vel sui ministri in villa[1] Colonicas accipiebant; statuitque ut in æternum amplius a suis successoribus nichil ibi acciperetur. S. teste domno Leothaldo, milite de Chatcheo. 1050, environ

3341.

CHARTA QUA THEOBALDUS, COMES CABILONENSIS, CONFIRMAT MONASTERIO CLUNIACENSI DONATIONEM MONASTERII SANCTI MARCELLI CABILONENSIS A GAUFREDO COMITE MAIOLO ABBATI FACTAM[2].

Ego, in Dei nomine, Tetbaldus, comes Cabilonensium, omnibus 1050, environ.

[1] Le manuscrit porte à tort ici *via*.

[2] Il est bon de remarquer que cette charte se trouve dans tous les exemplaires par nous consultés de la *Bibliotheca Cluniacensis*, mais ne figure pas dans celui du prieuré de Paray (possédé aujourd'hui par M. l'abbé Cucherat), et qui est sans doute un des premiers exemplaires.

En outre de la *Bibl. Cluniac.*, col. 314, ce texte existe dans le cartulaire de Saint-Marcel de Chalon, retrouvé par M. M[1] Canat, et dans les copies de ce cartulaire du

filiis sancte ecclesie in Domino salutem. Audivi a prædecessoribus meis et vicinis antiquis viris, quod nobilissimus comes Gaufredus, qui post mortem prestantissimi et christianissimi comitis, avi mei Lamberti, accepit ejus conjugem, aviam meam Adheleydam comitissam, accessit ad beatæ recordationis abbatem Maiolum et commendavit illi monasterium in suburbio Cabilonensium civitatis a Guntranno nobilissimo et religioso rege magnifice constructum, ubi requiescit corpus beati Marcelli martiris, eo tenore ut religionem monastici ordinis, que pene ibi abolita fuerat, reformaret et jura et possessiones ad ipsum locum pertinentes excoleret; et ut ipse et successores ejus Cluniacenses abbates monasterium perpetualiter haberent et possiderent. Hanc autem commendationem sive donationem fecit supradictus comes Gaufredus domno Maiolo cum consilio conjugis suæ Adheleidis et filii ejus Hugonis, tunc clerici, postea episcopi, adnuente et laudante Hinrico[1] duce. Postea vero, regnante serenissimo Rotberto, avunculus meus domnus Hugo, comes et episcopus, presente ipso rege, et comitibus et episcopis istius patrie, supradicti monasterii donum tradidit domno Odiloni abbati, successori abbatis Maioli, ut ipse, jure antecessoris sui, locum haberet, teneret, et possideret. Ego vero, gratia Dei comes Tetbaldus, quod antecessores mei et parentes Deo et sancto Petro et loco Cluniacensi dederunt, laudo, volo et firmo, et uxori mee et meis fidelibus laudare et firmare facio et, quamdiu vixero, testis et adjutor ero. Post meum discessum, qui contra hanc institutionem venerit, iram Dei omnipotentis incurrere sese non dubitabit. S. Tetbaldi, comitis, qui hoc testamentum laudavit atque firmavit, suosque fideles atque amicos firmare precepit. S. Ermentrudis ejus conjugis. S. Hugonis Duben. S. Hugonis de Monpaon. S. Ademari. S. Ansedei

fonds Bouhier et du fonds Saint-Germain à la Bibliothèque nationale; il est imprimé dans Saint-Julien, *De l'Orig. des Bourgongnons*, p. 4.8; dans l'*Illustre Orbandale*, p. 125; dans Perry, *Hist. de Chalon*, p. 39; dans Mabillon, *Acta Sanct. Ord. S. Bened.*, t. VII, p. 772; dans Du Chesne, *Hist. de Vergy*, preuv. p. 38; dans Chifflet (*Lettre sur Béatrix*), p. 139. Nous le réimprimons ici d'après une copie de M. M[l] Canat, collationnée sur l'original du cartulaire de Saint-Marcel de Chalon, n° VI.

[1] Henri le Grand, duc de Bourgogne.

de Naviliaco. S. Widonis de Verduno. S. Tetardo de Reon. S. Hugonis. S. Rodlanni. S. Hugonis de Chasut. S. Olgoz. S. Gundranni Gombez. S. Olgerii. S. Gaufredi Toset[1].

3342.

CHARTA QUA NOTUM EST WICHARDUM DE MINCIACO QUERELAM QUAM HABEBAT CONTRA HOMINES MONASTERII CLUNIACENSIS WERPIVISSE.

(Bibl. nat. cop. 32-236; B. h. 312, CCCXIII.)

Notum sit omnibus, tam presentibus quam et futuris, quod quidam miles, nomine Wichardus de Mintiaco, werpivit omnem querelam quam habebat contra servos et ancillas sive franchos Sancti Petri, ut ipse nec alius quisquam homo per se ullam calumpniam atque[2] querimoniam amplius contra eas habeat. Hanc autem werpitionem fecit Domino Deo et sancto Petro pro remedio anime sue et omnium parentum suorum, coram domno Gunterio, priore Cluniacensi, et aliis senioribus, et coram domno Gauffredo, comiti Matisconensi civitate, et coram aliis nobilibus viris quorum nomina hec sunt. . .[3]. Accepit autem pro hanc werpitionem centum solidatas valentes, ut hec verpitio firma et stabilis permaneat. 1050-1065.

(*Au dos :*) Vuerpitio Vuichardi.

3343.

« PRECEPTUM[4] QUOD GARSIA[5] REX FECIT DE LOCO SANCTE MARIE DE NAZARA CUM COMMUNI CONSENSU UXORIS SUE STEPHANIE NEC NON ET FILIORUM, ET DE OMNIBUS SUIS APENDICIIS. »

(Bibl. nat. cop. 283-56; C. 104.)

Dum[6] ab ipso nascentis seculi primordio, si replicetur in posteros 1052, 2 décembre.

[1] Les versions de la *Bibl. Clun.*, de Perry, de Saint-Julien et de Du Chesne ne donnent pas les sept dernières souscriptions.

[2] B. *aut.*

[3] Les noms ont été omis dans l'original.

[4] Nous conservons ici le sommaire qui se trouve dans le cartulaire C. La copie de l'original portait seulement au dos : « Preceptum de Nazara. »

[5] C. écrit partout *Garsias*.

[6] C. *Cum*.

descendens supervenientium etatum progressio, ipsius summi opificis innata benivolentia in omnibus reperiatur semper suum fragile plasma clementi et paterna visitasse sententia, quasi quodam sui conditoris contubernio ac summe divinitatis pio sustentatus solatio, solus homo ceteris animantibus ut[1] particeps divinitatis[2] [suę][3] est prelatus, et ad sequens propagandum seculum divine bonitatis consilio miro modo est predestinatus. Cujus prime transgressionis temeritas ac in ipso primevi articulo in preceps ruens infrenata posteritas (pro dolor!) licet ad compassibilem reduceret penitentiam inmutabilem ipsius plasmantis sententiam et ob illicita facta[4] qualitatem, juste subiret divine vindicte severitatem, tamen[5] illud prejudicium paterne ultionis nundum inmemor [fuit] penitus prioris filiationis; verum pro restauranda spe delete propaginis solus Noe cum suis misericorditer servatus est in augmentum nove regenerationis. Quem non tantum pro ulla necessitate ligni salvavit fabrica, quasi plasmanti figulum figmentum non obediret ex eadem luti materia, quantum ut in utroque edificante [ea mistice edificato] typice impleretur quod nunc in presenti ecclesia nequaquam in speculo et enigmate velut latenti imagine videtur, sed quasi ipsam amplexando veritatem omnibus qui sunt sane mentis[6] certum habeatur; hec utique ex lignis levigatis scilicet dominice crucis et de latere Christi fabricata dum nullum pio amore amplecti refutat, omnes ad se materno affectu ita invitat : « Venite, « filii, audite me, timorem[7] Domini docebo vos[8]. » In cujus typo etiam ille patriarcha Abraham ne forte obnoxius fieret dominice temptationi, non abhorruit in hostiam dare pignus unici filii, jam tum significans venturum esse ut quandoque immolatus in ara crucis summi patris filius ecclesie effici deberet sponsus. Hujus nimirum figure secretum ut veri archani conscius Rebecce distendit uterum. Que dum

[1] C. *ac.*

[2] C. porte seulement *ditatis.* Lambert de Barive a lu *deitatis.*

[3] [Les mots entre crochets sont tirés de C.]

[4] C. *illiciti facti.*

[5] C. *tam.*

[6] [Cop. d'orig., *meritis.*]

[7] [Cop. d'orig., *amorem.*]

[8] [*Psalm.* XXXIII, 12.]

discordem pugnam mistici[1] conceptus scire contendit, ilico duos populos sub uno partu proventuros[2] esse portendit. Horum ergo innate discordie dissensionem dum nec matris compescuit pietas nec paterna abhorruit in melius mutata severitas, tandem minor ad benedictionem eligitur, benedictus celesti visione consolandus veriusque parentis persuasu dirigitur, qui dum fraternum devitat odium et parentibus sancte deliberat obediendum, supernorum constituitur mediator, celestiumque secretorum fit providus indagator. Nam pro sola illa celesti visione et unius lapidis in titulum erectione typicique liquoris infusione, adhuc sancta Dei mater ecclesia gaudet similitudinem observasse perfectiori mutatione[3], et longe lateque per orbem terrarum nobiliter edificata hec de se proprie per illum fidelem patriarcham gloriatur esse denuntiata. Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei et porta celi. Ad instar itaque hujus ecclesie Moyses divine legis lator et in omnibus sagax dominici precepti observator ad intromittenda verba legis jussus est prudenter disponere archam fœderis que figurative undique obumbrata tabernaculo testimonii quoddam inter Dominum[4] et homines constitueretur medium, quod dignum esset appellari sancta sanctorum. Dum ergo tam diverse figure in tantum deffenderent a vilitate secretum, ut vix quid portenderet ulli posset esse notum, diu veritatis impenetrabile archanum exterius obumbratum antiqua lege latuit, donec ille qui dictus est rex pacificus in sortem edificande domus Dei est delegatus, et David quasi vir sanguinum ab hoc incepto est reprobatus. Hic quanto sapientie successit familiarior[5], tanto sibi via latentis secreti se prebuit notior, et jam legali umbra fere ad veritatem declinanti pro tabernaculo prioris umbratici[6] testimonii sapienter dispositum edificavit domum Domini; qua[7] tandem miro ornatus cultu decenter redimita et ad unguem undequaque thesaurorum[8] copiis fulcita, maxime devo-

[1] C. a ici quelques signes inintelligibles.
[2] C., *venturos.*
[3] C., *imitatione.*
[4] C., *Deum.*
[5] Cop. d'orig., *familior.*
[6] C., *obumbratici.*
[7] C., *quia.*
[8] Cop. d'orig., *thesaurum.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

tionis sanctificata benedictione regieque[1] habita pro populo oratione, qualiter fidelis populus certiori spe sustentaretur et sequenti ecclesie major fiducia adhiberetur, quecumque rex pro salute astantium rogaverat impetranda esse [omnia], tali modo confirmatum est auctoritate divina, ut in historie reperitur pagina : « Exaudivi orationem tuam et « deprecationem tuam, qua deprecatus es coram me, et sanctificavi « domum istam, quam edificasti ut ponerem nomen meum ibi in sem« piternum, et erunt oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus[2]. » Igitur dum tot modis divine providentie decretum solo innate benivolentie pretio conductum, quasi pro reconciliando prime deliberationis fœdere humanis rebus semper consulerit, et toties affinitate familiaris amicitie causam cum prioribus haberet, latentis pacti, quoad veritas[3] gratiam comitaretur firmioris facti, quicquid ab illis ex tunc mistice et absque veritatis effectu multipliciter constat elaboratum, demum cum consentienti religione antique obscuritatis penitus denudata in illa veteri sinagoga simulata probitas legalium patrum diu velata in spirituali regeneratione sancte Dei matris ecclesie filiorum, dum lex eque in omnes observatores vindex consumatur, auctore nove legis[4] superveniente in melius mutatur. Verum dum coacti executores legalium institutionum summo nisu elaborarent qualiter tabernaculum testimonii seu domum Domini miro decentis operis ornatu consummarent, et presenti[5] magnarum divitiarum copia honorarent, multo magis elaborandum est filiis nove libertatis, quibus gratia discussit jugum legalis auctoritatis, ut ecclesiam ex latere fabricatam sui redemptoris de die in diem vario cultu adornent debiti honoris. Quod ego Garsia, Dei gratia rex, Sancii regis filius[6], plerumque sapientum relatu audiens et audita secundum modum proprie scientie perpendens et vera esse firmiter credens, dum mei regni in partibus plurimis in locis sancte Dei matris ecclesie desolationem prospicerem et nostris vel parentum nostrorum peccatis exigentibus in tantum loca sancto-

[1] [Cop. d'orig., *regeque.*]
[2] [*Lib. III Regum*, IX, 3.]
[3] [C., *veritatis.*]
[4] [Cop. d'orig., *legi.*]
[5] C., *prestanti.*
[6] [D. Garcie, fils de Sanche le Grand.]

rum occupata esse seu, quod verius est, destructa barbaris nationibus viderem, ut vix etiam posteris posset esse inditio ubi jam sancte ecclesie apud priores legalis foret institutio, communi consilio dilecte conjugis Stephanie, decrevi in domo Domini aliquid tale laborare, unde nostri nominis in perpetuum esset memoriale; sed in hac dum aliquantisper immorarer consideratione, subito consideranti occurrit illud Daviticum : « Nonne Deo subjecta erit anima mea ?[1] » et illud : « In Deo salutare meum et gloria mea; Deus auxilii mei et « spes mea in Deo est[2]. » Continuo queque secularis honoris incrementa vel studii absque illo animadvertens parum aut nichil proficere cuivis heredi, ratum duxi illum mee hereditatis facere participem, cujus totum est quod quemque spectat heredem, sanioris consilii esse autumans, Deum scilicet partis consortem effecisse quam totum absque illo me ambitiosum inordinate possedisse. Ad quod consilium rationabiliter prosequendum, in[3] nomine summe et individue trinitatis, statui apud Nayram[4], in honore sancte ac beatissime Dei genitricis Marie ecclesiam seu monasterium opere convenienti edificare, et edificato convenientio[ri] ordine, cum omnibus officinis regulari congregationi aptis, in servitium Dei ac beate Marie [semper virginis] disposui studiosius consummatum fore, in quo loco secundum instituta canonum et legalia decreta priorum patrum instituere decrevi, qualiter pro anime mee, seu patris mei, vel Stefanie, conjugis [mee], aut meorum filiorum remedio, jugiter ibidem Deo ejusque genitrici servientium et in commune regulariter viventium honesta clericorum consisteret congregatio et ingenua, et absque ullo meo vel meorum heredum servitio, die nocteque in Dei laudibus meditaretur spiritualium fratrum quieta conversatio. Ad quorum usum ut sufficienter et regulariter haberent victum et vestitum et pere-

[1] [*Psalm.* LXI, 2.]

[2] [*Ibidem*, 8.]

[3] A partir de ce mot, ce diplôme est imprimé dans Yepez, *Coronica... de la orden de S. Benito*, t. VI, p. 463, sous le titre de testament du roi Alfonse VI. Il est suivi d'une donation de sa veuve confirmée par leurs fils Sanche et Ramire.

[4] Il y a ici un blanc de deux ou trois mots dans la copie de l'original.

grinis seu hospitibus, quia in utrisque suscipitur Christus, habundanter unde foret dispendium, sciens esse scriptum : « Tu es qui « restitues hereditatem meam michi[1] » ; sub testimonio plurimorum mei regni fidelium, scilicet episcoporum, abbatum, et legali adstipulatione certorum testium, et pari consensu meorum heredum et totius mei regni primatum, hec que in sequentibus intitulantur ex patrimonio meo, cum omnibus appendiciis, cultis vel incultis, silvis, agris, pratis, pascuis, molendinis, vineis, aquosis et inaquosis, ita ut libere et absolute ex paterno jure legalis heres possedi, Domino Deo et illius beatissime genitrici [semper virginis Marię] in perpetuo possidenda, ut debui, in presentia plurimorum legaliter dedi. Hec sunt itaque que legali adstipulatione ad supradictum locum integre et ingenue cum omnibus suis appendiciis perpetuo dominandi jure seu possidendi illis dedi, qui regulariter ibidem Deo et ejus genitrici servierint; sub hujus igitur innotatione privilegii dedi, tradidi, confirmavi æcclesiam scilicet in primis in honore sancti Sepulcri, in Calagurra, cum sua hereditate; Soliolam cum suis villis omnibusque que ad eas pertinent; iterumque sanctam Mariam Priati et Anguidanis[2], cum omnibus eorum appendiciis; Certuni cum omnibus suis appenditiis; in Berroga, monasterium Sancti Georgii cum suis villis suaque omni possessione; atque Sanctum Ciprianum, seu Sanctam Leucadiam, cum omni eorum pertinentia; in Subserra, Sanctum Romanum cum omni sua pertinentia; in Nayara, hereditatem Sancti Thome cum omni integritate, et domum vel hereditatem domini Lupi similiter seu hereditatem domini Gamige ibidem, et in Sotomalo, et ubicumque fuerit inventa; atque ecclesiam sancti Michaelis cum sua hereditate vel cum suo varrio, cum omni integritate; et Sanctum Pelagium eum qui in rupe super ipsam Sanctam Mariam situs est[3]; domos quos habitat grammaticus cum earum hereditate; hereditatem Sancte Agathe, hereditatem Sancti Facundi, hereditatem [sanctarum] Nunilonis[4] et Elodie, hereditatem Sancte Marie Sororum, hereditatem Sancte Cecilie;

[1] [*Psalm.* xv, 5.]

[2] [Yepez : *Frigidani villam.*]

[3] Y. : *et subtus S. Mariam, S. Michaelem.*

[4] Cop. d'orig., *Nanilonis.*

casas Mennogis[1], cum suis vineis, hereditatem Sancti Romani, hereditatem Sancti Sebastiani de Eruniola; quinetiam quartam partem tolonei ex mercato ejusdem Nayare, tam etiam de calumniis quam de ceteris rebus. Insuper addo ibidem omnem hereditatem de Fortunio Litis, quam michi tradidit pro debito quod solvere non valuit, et confirmo easdem vineas quas vicini obtulerunt ad eandem ecclesiam Sanctę Marię; Celoniam[2] cum omnibus suis pertinentiis; Sanctum Romanum de Gallinero cum omnibus que ad eum pertinent; Sanctum Salvatorem [in villa, Sanctum Georgium Oliacastri cum sua hereditate; Sanctum Salvatorem] de Ascensio cum omnibus que pertinent ad eum; Sanctum Johannem de Granione cum sua pertinentia; Sanctam Mariam de Tirgo cum sua hereditate; Sanctum Andream de Trepelana[3] cum sua pertinentia; Sanctum Pelagium de Ceraso et alium Sanctum Pelagium cum suo excusato[4] de Valdegrai[5] et omni integritate; Sanctam Mariam de Fraxino[6] cum suis appendiciis; Sanctum Michaelem de Petroso cum suis apendiciis; Sanctum Andream in rivo de Tolsantis cum suis hereditatibus; villam quę dicitur Cova Cardelli cum suo monasterio Sancto Pelagio vel omnibus eorum pertinentiis; Sanctum Salvatorem de Berica[7] cum sua pertinentia; Agron[8] cum omnibus quę pertinent ad eum; inter Erelium et Sanctum Saturninum, Sanctum Agisdum[9] cum ejus villa et ipso de Fonte Texta et Dumburulli[10] ibidem cum omnibus eorum pertinentiis; in Castella Vetula, Traspaterum[11], cum omnibus suis hereditatibus; atque Sanctum Michaelem de Torme cum suis appendiciis; in Soba, Sanctum Johannem cum sua hereditate; in Asturiis, Sanctam Mariam de Portu cum omnibus que pertinent ad eam; in Biskaya, Sanctam Mariam de Barrica cum omni sua pertinentia; in Nayalense

[1] C., *Mennoge.* Yepez : *Menosse.*
[2] C. et Yepez : *Ceroniam.*
[3] C., *Crepeiana.* Yepez : *Trepeyana.*
[4] [Cop. d'orig., et Yepez : *Ercusato.* Voy. Du Cange, v° *excusati.*]
[5] Yepez : *In valle de Cuy Tello Munio.*
[6] Y. : *cum S. Stephano de Pisceraurios.*
[7] [C., *Besica.*]
[8] [C., *Aço.* Yepez : *Azo.*]
[9] Yepez : *monasterium S. Aciscli.*
[10] Yepez : *monasterium Domini Bruilli.*
[11] C. et Yepez : *Transpaternum.*

vero suburbio, villas quę nuncupantur Sotto Malo ęt villa Merkina[1] cum omnibus quę pertinent ad eas; in Aukense[2] autem, villam quę vocatur Haggegges, cum omnibus que ad eam pertinent. Ad hec, ad supradicti loci servitium, dedi et determinavi illum etiam episcopatum qui est de Sancto Martino de Zaharra[3] usque in Sotellam[4] et Aslanzonem et Posam; ex alia vero parte, ex Alave terminis usque ad Arepam et Cutellium castrum in Asturiis[5]. Parie[6] vero vel tributi mee terre vel illius que Deus michi sive meis successoribus deinceps usque in eternum de terra Sarrazenorum dederit, do et confirmo deximam partem Sancte Marie. Verum in futurum ut decuit, previdentes posterorum utilitati, placuit tam michi quam ceteris hujus privilegii testibus ut cuicumque Sancti Spiritus instinctu conpuncto vel se, vel sua libere dominationi Sancte Marię subicere liceat, quatinus ab aliorum inquietate in posterum absolutus liber et ingenuus ab omni servitute in eternum permaneat, nec cuiquam pro alicujus rei calumnia, nisi Sancte Marie advocato, respondeat. Igitur cum hujus rei voluntatem tam in edificande ecclesie constructione quam in dotis astipulari donatione, maxime mee uxoris salutaris consilii suggestione incepissem, Deo eademque instigante, quomodo nundum peracta peragerentur, subjecte[7] deliberationis ordine non neglexi instituere. Sciens amaram mortem nullius etati parcere, sed omnia in commune natura cogente edaci morsu decerpere, hujusce conditionis stabile testamentum putabam utiliter depromere, quod me redderet securum sua perfectione. Si forte uxor mea, que me fideli ammonitu semper Deo servire instigavit, priusquam ego a seculo migraverit, et me, ut sepe fit, mundane vel delicie vel turbationes ab incepto tardaverint, ex omnibus que ipsa moriens dereliquerit, sicut idem meo consensu destinavit, et his omnibus que ego Sancte Marie tradidi mea ditione absolutis, scilicet tam de suis quam de meis, opus inceptum consum-

[1] C., *Mesirina.* Yepez: *Mesquina.*

[2] C., *Aukiense.*

[3] C., *Çarra.*

[4] C., *Rotellam.*

[5] [Yepez : *cum monasterio ejusdem episcopatus nomine Valle possitum.*]

[6] [Du Cange, v° *Pariæ.*]

[7] Cop. d'orig., *sublecte.*

metur, et pro ejus anima Dei servitium frequentetur. Si autem ego prior vitam finiam, illa ad idem[1] monasterium se conferat, et ex predictis adjutoriis opus uti meum velle novit perficiat, et pro anima mea Dei servitium ibi frequentare faciat, et legali jure sine alicujus contradictione, potestative omnia quę Sancte Marie tradita sunt possideat, gubernet atque regat, donec in mea fidelitate permaneat; nec quisquam meorum filiorum vel heredum hec infringere licentiam habeat. Et si quis tam ausus fuerit, ut meum testamentum infringat, [a] christianorum communione separetur, quasi judeus et hereticus, sequenti[2] vindictę subjaceat. Hec vero omnia predicta per meam regalem potestatem, cum consensu omnium meorum, statui atque confirmavi, et usque in finem mundi inviolata inconcussaque permanere decrevi. Unde coram Deo vivo et vero, qui me regnare jussit, coramque ejus judicio [terribili] conjuro et obtestor omnes meos hereditarios successores et cunctos primates et universum populum, nunc ac in posterum cunctis retro temporibus, quatinus nulli meo regno subjacenti ullo modo liceat infringere seu convellere hec que a me regali sanctione concessa sunt et ordinata Deo et Sancte Marie. Si quis autem, quod non credimus, hujus rei temerator aut contemptor existere voluerit, excommunicatus et anathematizatus eterna dampnatione subjaceat condempnatus atque anathema sit maranata, et sanctam Mariam et omnes Dei electos hic et in futuro sentiat sibi contrarios, atque in inferiori inferno Judam traditorem habeat consortem, et diabolum consolatorem, inceptum vero suum irritum maneat. Ille autem pro ausata[3] inquietudine mille millia auri Sancte Marie talenta persolvat. Hanc regalis decreti cartam ego Garsia rex, cum Stephania uxore atque filiis, propriis manibus confirmavimus et roboravimus, et hoc figure signum (*Monogramme*) fecimus, testibusque confirmandam tradidimus. Fredinandus rex confirmavit. Ranimirus rex confirmavit. Raimundus comes confirmavit. Sancius episcopus confirmavit. Garsia episcopus confirmavit. Gomeranus[4] episcopus confirmavit. Munio, abbas,

[1] C., *illud.*
[2] Yepez: *sævienti.*
[3] Y. *causata.*
[4] Lisez : *Gomessanus.*

confirmavit. Enneco, abbas, confirmavit[1]. Deinde obtimates mei regni seu fratris mei Ferdinandi regis confirmantes laudaverunt. Est autem data et Deo oblata se revolventibus temporum recursibus, anni ere millesime cum subputatione nonagesime, die vero II idus decembris, lune vero septem diebus exactis : [Dγαθωκη fuerat[2]]. Regnante Domino nostro Jesu Christo cum patre et sancto spiritu in secula seculorum, amen. Sub ejus autem imperio rege jam predicto Garsia, qui hoc testamentum jussit fieri, regnante in Pampilona, in Alava et in Castella Vetula, usque in Burgis et usque in Briciam, obtinente Cutelium cum suis terminis in Asturiis. Fratre vero ejus Fredinando, rege in Legione et in Burgis, et Ranimiro rege, eorum fratre, in Aragone.

Ego igitur Stephania post mortem[3].

3344.

CHARTA QUA BERNARDUS ET FRATRES ATQUE SOROR EJUS VENDUNT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN VILLA BRUNECELLIS.

(B. h. 594, DXCVII.)

1052-1108. Auctoritate studiosorum sapientium virorum informamur, ut ea que in futurum firmitatis vigorem optinere volumus, ad succedentium notitiam litteris mandare debeamus. Quapropter noverint tam presentes quam etiam advenientes, quod nos, ego Bernardus, et Sitbaldus, et Gislololdus, et Undradus, et Bernardus, Vuichardus atque Petrus, et soror nostra Stephana, vendimus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum et ad seniores in ipso loco manentibus,

[1] [Y. ajoute : *Gundisalvus abbas conf.*]

[2] [Ces mots ne se trouvent pas dans la copie d'original. Dans Yepez et dans Sandoval, qui a publié ce diplôme, *in Episcop. Pampilon.*, p. 45, on lit *luna vero quarta diebus ex actis diatychi*, voir Du Cange, v° *Diatychi*, διαθήκη, i. e. *testamentum.*

[3] C'est le début de la donation que Stéphanie a faite après la mort de Garcie, son mari. « Ego egitur Stephania post domini mei regis mortem libenti animo trado et confirmo, etc. » Elle est suivie de la confirmation donnée par leurs deux fils. Cf. Yepez, p. 464.

aliquid de nostra hereditate quę sita est in pago Matisconensi, in villa quę nunccupatur Brunecellis, quantum visi sumus habere, scilicet totum ad integrum; accepimus ab eis pretium XII solidos denariorum. Si quis hanc venditionem calumpniare voluerit, nisi citius resipuerit, iram Dei incurrat omnipotentis et sanctorum apostolorum; et cui litem intulit, coactus judicaria potestate, unam auri libram persolvat, et hec venditio firma et stabilis permaneat, cum stipulatione subnixa. S. Bernardi, Sitbaldi, Undradi, Gisloldi, Bernardi, Vuichardi, Petri, Stephanę sororis eorum, qui fecerunt et firmari rogaverunt. S. Vuarnerii, Bernardi, Arlebaldi presbiteri. Actum Masilias, I kalendas madii, in sexta feria[1]. Arnulfus levita recognovit.

3345.

CHARTA QUA OSBERTUS NOTUM FACIT SE ALODIUM SUUM IN VILLA GENEBRENSI MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 242, CCXLIIII.)

Quisquis desiderat heres effici illius terræ de qua dicit Psalmista : « Credo videre bona Domini in terra viventium », hanc terram quam pedibus calcamus et vermes hereditant non dubitet dare pro salute animæ suæ Deo pauperibusque Christi pro amore factis, ut una cum eis gaudiis supernis perfrui valeant, dicente Domino : « Venite, benedicti, et cetera. » Quapropter notum sit cunctis fidelibus, quod ego Osbertus dono Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, quicquid alodi habeo in villa Genebrensi. Est autem via publica super ipsam terram, et decurrens rivulus subtus. Hanc vero cartam firmaverunt fratres ejus Abo et Walterius, et Durannus presbiter, et Wido rusticus et Constabulus. Facta est hæc carta anno M. LIIII Dominicę incarnationis, regnante Henrico rege Francorum. 1054.

[1] Pendant l'abbatiat de saint Hugues, le 1er mars est tombé un vendredi, en 1052 au plus tôt, et en 1108 au plus tard.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3346.

CHARTA QUA GAUFREDUS ET FRATER EJUS DALMATIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS ECCLESIAS IN VILLA MARCINIACO.

(B. h. 74 [1].)

1054, environ. Scire debet fraternitas unanimitatis ecclesię, quoniam unicuique fidelium est valde necessarium ut dona per divinam largitatem sibi concessa sollerter excolat, sapienter ordinet, recte etiam dividat, ut, cum Evangelicus ille paterfamilias rationem positurus advenerit, non

[1] On conserve à la Bibliothèque nationale, ms. lat. nouv. acq., 2265, n° 2 (fonds de Cluny), la copie sur papier d'un acte non authentique qui se trouvait avant la Révolution dans les archives du prieuré de Marcigny. L'archiviste de Cluny, à qui elle avait été envoyée, l'a barrée et a écrit en marge : « Cette charte est fausse. » Le copiste l'avait déjà fait précéder de cet avis : « On y trouve seulement (dans les « archives de Marcigny) à présent, en une « grande feuille de papier, et copie in« forme, l'acte ci-après, qu'on doute estre « sincère, et qui n'a nulle apparence d'au« thenticité. »

« *Fundatio prioratus Sanctæ Trinitatis « Marcigniaci nobilium monialium ordinis « Cluniacensis, anno 1054.* — In nomine « Domini nostri Jesu Christi. Notum sit « omnibus fratribus nostris cunctisque « sanctæ Dei ecclesiæ filiis, quia ego frater « Hugo, Cluniacensis abbas, præeunte ac « cooperante divino auxilio, consiliante « atque juvante germano nostro domino « Gaufredo Sinemurensi, locum istum « Marcigniacum parvum satis primo et « quasi quoddam aseylum, a solo fundavi « construxique temporibus nostris; bonum « etenim nobis visum est, ut sicut per « sanctorum patrum nostrorum fundatio« nem, peccatores homines Cluniacum « habebant, si sæculo et pompis ejus abre« nunciare vellent, ita eis peccatricibus fæ« minis de mundi laqueis ad locum hunc « fugientibus, et pro commissis suis ex « corde gementibus, divina clementia re« gni cœlestis non clauderet introitum, etc. « eis autem gravius mortis æternæ immi« neat periculum, qui hanc domum ancil« larum Dei ac beatissimæ virginis vexare « vel impugnare non erubescent. »

[Cette charte nous paraît n'être qu'une simple notice rédigée d'après la lettre de saint Hugues aux religieuses de Marcigny, dans laquelle il s'intitule en effet, *frater Hugo abbas Cluniacensis* (Bib. Clun., c. 491). Mais la forme défectueuse et irrégulière de cet acte ne doit pas faire méconnaître la réalité des faits qu'il énonce. La fondation du prieuré de Marcigny par l'abbé Hugues et son frère Geoffroi n'est pas douteuse. Elle est attestée par des témoignages contemporains, tels que celui de saint Hildebert du Mans, qui a écrit la vie de l'abbé de Cluny. Voy. *Bib. Clun.*, c. 420 et les Notes de Du Chesne, c. 85, où la charte se trouve rapportée sans aucune observation. Voyez le numéro suivant.]

solum ea que largitus est non auferat, sed etiam pro terrenis bene ministratis duplicata talenta simul et cęlestia bona concedat. Tali vero ac tanta auctoritate premonitus, ego, in Dei nomine, Gaufredus, cum fratre meo Dalmatio, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui magis prodesse quam preesse videtur domnus Hugo abba, aliquid de hereditate que michi jure successionis evenit, videlicet ęcclesias que sunt site in villa Marciniaco, una dedicata in honore sancti Petri, et alia in honore sancti Nicetii; terram etiam que ad ipsam villam pertinet, que in dominio videor habere, cum pratis, vercariis, mansis, etiam cum mansionaribus; de silva etiam que vocatur Crai medietatem, sed et unum servum qui vocatur Stephanus, cum infantibus suis, aquis aquarumve decursibus, cum piscariis et omnia que in predicta villa videor habere, totum ad inquisitum et ad inquirendum; insuper et vercariam ubi feci construi monasterium in honore sanctę et individue Trinitatis, ubi volo ut assidue et perpetualiter monachi Deo serviant et exorent pro anima patris mei Dalmatii et avi Gausfredi, sed et matris meę, omniumque parentum meorum, tali ratione et eo tenore ut, quandiu vixero, partem et societatem habeam in benefactis cenobii Cluniensis, et post obitum meum, dies anniversarius meus et patris mei agatur generaliter. Si quis vero contra hanc donationem aliquid facere voluerit, iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus incurrat, et cum Dathan et Abiron sit pars ejus in inferno, nisi resipuerit, et ad emendationem venerit. Signum Gausfredi, qui hanc cartam fieri jussit, et hi testes : Dalmatius, frater ejus, Tetbaldus comes, avunculus ipsorum.

3347.

CHARTA QUA GAUFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM ET ALIAS RES SUAS IN VILLA MARTINIACO VEL MARCINIACO.

(Bibl. nat. or. 104; cop. 32-190; B. h. 21[1].)

Divinis decretis humana temeritas prejudicium facere non debet. 1054, environ.

[1] Publiée par D. Martène (*Thes. Anecd.*, t. I, p. 243), d'après la copie incomplète

Prejudicium etenim fit cum pro bonis mala redduntur; bona siquidem cuncta divina largitas nobis habunde presentat. Quę si non equalia, et ut dignum est, tamen a suo plasmate cui omnia contulit pro multis non dedignatur recipere breviora. Quo exemplo si non ut decet, tamen juxta capacitatem mei intellectus, ego Gaufredus[1] aliqua ex parte percitus donationem facio Deo apostolorumque principi beato Petro in cujus honore et reverentia Cluniacum constat ędificatum esse cœnobium, cui donnus Hugo, noster germanus, preesse videtur, aliquam partem ex rebus meis quę sitę sunt in pago Augustudinensi, et in villa quę vocatur Martiniacus, ęcclesiam scilicet quam pro redemptione peccaminum meorum ab ipsis fundamentis edificare cupio, in perpetuum trado, necnon tres meas condeminas, atque boscum meum, simulque pratum terramque totam cultam et incultam quam ibi videor habere dominicam. Hanc donationem dono Deo supradictoque loco pro remedio animę meę et parentum meorum, annuente comite Tetbaldo fratribusque meis Andrea et Dalmatio, cunctisque meis fidelibus astipulantibus.

(*Au dos :*) Gausfredi de Ma[r]ciniaco.

3348.

CHARTA QUA GAUSFREDUS, AUTISSIODORENSIUM EPISCOPUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRECANTIBUS HERVEO ET FILIIS EJUS, ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ DE VETERI DONZIACO.

(B. h. 29.)

1055, 26 mars (?).

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Veniat adapertum omni-

de B. C'est à tort que D. Martène l'a datée de 1080 environ, car une bulle de Victor II, du 11 juin 1055, que l'on trouvera ci-après, mentionne cette donation et place Marcigny parmi les possessions de l'abbaye de Cluny.

[1] « Filius Dalmatii, primi hujus nominis toparchæ de Sinemuro, et Aremburgis de Vergy. Fratres habuit Hugonem de Semur, abbatem Cluniacensem, Dalmatium, Andream, Menardum, Lambertum, Theobaldum et Benaldum de Sinemuro; avos autem Girardum toparcham de Semur, et Elisabeth de Chalon. Gaufredus, Dalmatius principales fundatores fuerunt prioratus Marcigniaci anno MLXI. » (*Necrol. Clun.*, p. 48.) [Note prise à Cluny par A. Bernard sur un ms. aujourd'hui perdu.]

bus tam presentibus quam futuris, qualiter venit quidam miles, nomine Harveus, nostram communem implorans benivolentiam, ut concederemus Deo et Sancto Petro Cluniacensi, cui domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, quandam æcclesiam quę dicitur Vetus Domziacus, et est dedicata in honore sancte Dei genitricis semper virginis Mariæ, quam ipse Harveus tenebat de Sancto Stephano[1] et de pontifice Autisioderensi æcclesiæ famulante. Nos vero beatissimi Petri apostolorum principis locum valde diligentes, petitionem suam suscepimus, et ad laudem et gloriam sacratissimi nominis Dei, ego Gausfredus, Deo favente æcclesiæ Autissiodorensis episcopus, in presentia filiorum spiritalium meorum, hanc supradictam æcclesiam quę dicitur Vetus Domziacus dedi Deo et Sancto Petro Cluniacensi, rogatu Harvei et nutu filiorum suorum, scilicet Raginaldi, Gaufredi, Arvei, Hugonis, et quicquid ad eam pertinere videtur. Si quis vero, ex proprietatis suæ rebus ad domnum Harveum ex nostro pertinentibus aliquid huic loco pro salute sua voluerit concedere, ut juste concedat, ex Dei parte, et nostram licentiam habeat, excepto Saxiaco et his que ad ipsum pertinent, et excepta æcclesia Veterigiomo; eo vero tenore, ut absque contumatia ex debito reddantur nobis, et debitam subjectionem quam actenus obtinuimus non amittamus, et ita absolute ista stabilimus, ut a nemine virorum mos ullus sive aliqua consuetudo suscipiatur. Si quis vero tam detestabilem rem fecerit, ut hęc calu[m]pniare presumat, nostri anathematis jaculo percussus in perpetuum da[m]pnatus patiatur[2]. Facta sunt hęc publice in Autisiodorensi claustro, in presentia canonicorum, mense marcio, die sabbati, anno ab incarnatione Domini M. . . . .[3] et ab ordinatione domni episcopi anni tres, regnante Henrico rege in Francia, luna vero vicesima IIII. S. Gofredi archidiaconi. S. Hugonis prepositi. S. Agani decani. S. Geraldi cantoris. S. Rotberti presbiteri. S. Bernuini, Garini,

[1] [Saint Étienne était le patron de l'église d'Auxerre.]

[2] [Il y a ici un blanc dans le ms.]

[3] Le reste du millésime manque, mais les autres indices chronologiques peuvent servir à rétablir cette lacune. Ainsi l'on sait que l'évêque Geoffroi fut intronisé le 1er décembre 1052.

Hugonis, Rodulfi. S. Wilelmi. S. Algalonis. S. Narduini. S. Lamberti, Goscelmi. S. Landonis. S. Iterii. S. Aganonis. S. Hugonis, Hugonis. S. Girardi, Blaini, Henrici pueri. S. Frodonis. S. Gosfredi, Gosfredi, Widonis.

3349.

PRIVILEGIUM VICTORIS PAPÆ II, QUO CONFIRMAT OMNIA MONASTERIA, BONA ET JURA CŒNOBIO CLUNIACENSI CONCESSA.

(C. 38.)

1055, 11 juin. Victor, etc. Desiderium quod religiosorum, etc. (*Bull. Clun.*, p. 13, col. 1, nº 2[1].)

3350.

CHARTA QUA RICHOARA ECCLESIAM DE VITRIACO MONASTERIO CLUNIACENSI CONCEDIT.

(Bibl. nat. or. 109; B. h. 319, CCCXX.)

1055, environ. Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, interim cum licet dumque tempus acceptabile atque [dies][2] salutis instare videntur, summopere providendum est, ut si qua agere bona valemus, omni dilatione postposita, operari non pigritemus, facientes nostri eos debitores quos veraciter novimus et in presenciarum corporum saluti consulere, et in futuro animarum judices esse minime dubitamus. Quia enim post mortem nil boni facere possumus, opere precium credimus antequam ad illud suptile et inconprehensibile ducamur examen occulto judici satisfaciendo, neglegenter a nobis commissa manu penitencie in istius brevitate vite, qualitercumque possumus, tergere non desistamus. Igitur ego Richoara, scelerum meorum enormitatem considerans, et quod est salubrius, illam Domini nostri Jesu Christi dulcissi-

[1] Page 13, col. 2, lig. 34, *Masilias*, C. porte *Macerias*; lig. 53, *videntur*, C. ajoute: «Ecclesiam quoque de Campiloco, cum «omnibus quæ ad eam pertinere viden-«tur»; p. 14, col. 1, lig. 3, *episcopatu*, lisez: *comitatu*; p. 14, lig. 18, *Lypsiaco*, C. *Lussiaco*; lig. 43, *Luperciaco*, C. *Lurciaco*; lig. 48, *episcopatu*, C. *comitatu*; lig. 51, *Tulleta*, C. *Tueleta*; lig. 67, *Montesio*, C. *Monte Sion*; lig. 68, *Salcetum*, C. *Saletum*; p. 14, col. 2, lig. 12, *Luviniacum*, C. *Luiniacum*; lig. 16, *Peterniacum*, C. *Paterniacum*; p. 15, col. 1, lig. 2, *indictione nona*, C. *idus VIIII*.

[2] [Les mots entre crochets sont fournis par B.]

mam vocem delectans, qua ait : « Date helemosinam et ecce omnia « munda sunt vobis », et [alibi] : « Thesaurizate vobis thesauros in « cęlo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, » et « Redemptio viri divicię « ejus »; [idcirco] dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo [abbas] magis videtur prodesse quam preesse, quandam ecclesiam nomine Vitriacum; et est posita in episcopatu Augustidunense, pro remedio animę patris meę Rocleni et matris meę Tedcę, et sponsi mei domni Wichardi, et meę ipsius. Eo vero modo, ut quandiu vixero teneam et rectores Cluniensium omni anno accipiant, in vestituram, terciam partem decimi in omnibus, et terciam partem servicii de presbitero, quod mihi debet, hoc sunt quinque soldi. Post mortem itaque meam, omnis ex integro ecclesia quantumcunque ibi habere visa sum ad supradictum locum perveniat, quesitum et inquirendum, ut faciant rectores ejusdem loci quicquid exinde facere voluerint. Si quis vero mortalium (quod absit!) contra hanc donationem aliquam litem inferre temptaverit, iram Dei omnipotentis et sanctorum ejus apostolorum incurrat, et quod repetit vindicare nequeat. Ut autem hec carta firma et stabilis permaneat, ego Richoara manu propria firmavi, et testibus firmandam tradidi. S. Poncii de Vicortio. S. Joceranni Rufi[1]. S. Wichardi. S. Umberti. S. [alterius] Wichardi. S. Dalmatii. S. Gaumarii. S. Petri.

(*Au dos :*) Carta Richoare uxoris [Vuichardi], de Vitriaco.

3351.

CHARTA QUA RICHOARA, UXOR WICHARDI DE BELLOJOCO, QUI CONSENSIT UNA CUM FILIIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE VITRIACO.

(B. h. 123, CXXV, et 728, DCCXXXI [2].)

Sacrosanctę Dei ecclesię Cluniensi quę est constructa in honore 1055, environ.

[1] Il y avait là une ligne de signatures qui ont été effacées et qui se retrouvent en partie dans la ligne suivante.

[2] [La seconde copie de cet acte ajoute quelques mots que nous plaçons ici entre crochets. Le reste est identique. Cf. Aubret, *Mémoires pour servir à l'histoire de Dombes*, t. I, p. 231.]

summorum apostolorum Petri et Pauli, quę est sita in episcopatu Matisconensi, ubi dunnus Hugo abba magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem sub ejus regimine Deo servientibus, [presentibus et futuris,] dono ego Richoara, uxor Wichardi de Bellojoco, ipsi loco jam dicto, pro remedio animę meę et viri mei et filiorum ac filiarum mearum, necnon pro omnibus parentibus meis vivis atque defunctis mortuis, ecclesiam de villa Vitriaco, quę est sita in episcopatu Augustudunensi, cum omnibus quę ad ipsam ecclesiam pertinent, scilicet cum primitiis, decimis, sepultura, cimiterio, presbiteratu, et quicquid ad presens habet vel inantea habere debet ipsa ecclesia. Feci autem hanc donationem in vita mea, et maxime post mortem meam, laudantibus viro meo Wichardo et filiis meis Humberto et Dalmatio, et filiabus meis cunctisque parentibus meis laudantibus et minime contradicentibus, ut possimus partem habere omnium bonorum quę fiunt in supradicto loco et in omnibus locis illi pertinentibus. Accepimus tamen unum equum valde bonum a fratribus supradicti monasterii ego et vir meus. Si quis vero ex parentibus meis atque heredibus vel aliis hominibus in ipsa ecclesia calumpniam inferre voluerit vel ibi aliquid requisierit, non valeat, sed sit maledictus et excommunicatus [atque anathematizatus]; et exsurgat terra et deglutiat eum sicut deglutivit Datan et Abiron, descendatque in profundum inferni vivens, nisi satisfactionem fecerit. S. Richoarę, quę hoc donum fecit et rogavit firmare. S. Wichardi, viri sui et Dalmatii et Humberti filiorum eorum. S. Wichardi de Marciaco. S. Wichardi de Monte Merulo. S. Lanberti Discalciati.

Post mortem vero supradictę feminę, Lebaldus de Igonia[1], gener ejus, fecit calumpniam fratribus Cluniacensibus de ipsa ecclesia. Tandem vero accepit c solidos Pictavensis monetę ab ipsis supradictis fratribus, laudavitque donationem supradictam, atque [cartam] firmavit. S. Lebaldi.

Item eadem femina, quę hanc donationem fecit, bonas pelles pre-

[1] [Lisez *de Digonia*. Cf. n° 3072.]

cio c solidorum a Guigone monacho et decano de Masilias propter eandem donationem accepit.

3352.

CHARTA QUA RAINALDUS DE CASTRO LUCIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ DE LUCIACO, BURGUM NOVUM ET VILLAM TAMPONATI.

(B. h. 69.)

In nomine Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Notum sit cunctis sanctę Dei ęcclesię catholicę fidelibus, presentibus et futuris, quod ego Rainaldus de Castro Luciaco dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniaci, ubi domnus Ugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris, concedo ego jam supradictus miles abbati Cluniacensi, et fratribus sibi subjectis, dono videlicet et laudo, pro remedio animę meę et omnium parentum meorum, omne quod habeo in ęcclesia Sanctę Marię de Luciaco et quicquid ad ipsam pertinet ęcclesiam, totum ab integro. Item dono eidem loco burgum qui vocatur Novus et omne quodcumque ad ipsum burgum pertinet. Dono etiam villam quę vocatur Tamponat cum omnibus ad se pertinentibus. Hanc autem nostram donationem quam feci pro remedio animę meę de ecclesia Sanctę Marię, et de Burgo Novo, et de villa Tamponati, feci cum consensu et laudatione Gaufredi de Sinemuro, senioris mei, et cum laudatione Wigonis de Varenas et Ugonis de Moneta et Gaufredis Rubri consobrini mei, nullum de eis contradicente, sed magis laudante et confirmante. S. Rainaldi, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Aganonis, episcopi Eduensis, qui hoc donum laudavit et testes firmare mandavit. S. Walteri decani. S. Guidonis archidiaconi, Ugonis thesaurarii, Nergaudi precentoris, Hugonis archidiaconi, Siguini prepositi, Duranni capellani. S. Raynerii archipresbiteri et totius conventus Sancti Nazarii. Si quis autem hanc donationem infringere voluerit, (quod absit!) nisi ad emendationem venerit, in primis iram omnipotentis Dei incurrat et sanctorum apostolorum Petri et

1055-1098.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Pauli et aliorum omnium sanctorum, nisi ad satisfactionem venerit. Omnes vero qui observatores hujus nostrę donationis extiterint, veniant super eum omnes benedictiones veteris et novi Testamenti. Amen. Amen. Fiat. Fiat.

3353.

DECRETUM CONCILII TOLOSANI QUO MONASTERIUM MOYSIACENSE CLUNIACENSI MONASTERIO ASSERIT.

1056, septembre. Notum sit omnibus hominibus, etc. (Martène, *Thes.*, t. IV, col. 89, *ex arch. Clun.*)

3354.

PRIVILEGIUM STEPHANI PAPÆ IX, QUO CONFIRMAT OMNIA MONASTERIA, BONA, JURA ET PRIVILEGIA MONASTERIO CLUNIACENSI CONCESSA.

(C. 39.)

1058, 6 mars. Stephanus, etc. Ad hoc Deo auctore in specula, etc. (*Bull. Clun.*, p. 15, col 1[1].)

3355.

CHARTA QUA AGNES, COMITISSA PICTAVENSIS, MULTIS REDDITIBUS, AC IMMUNITATIBUS AUXIT MONASTERIUM ANGERIACENSE.

1058. In nomine, etc. (*Bibl. Clun.*, not., col. 90.)

3356.

EPISTOLA STEPHANI PAPÆ IX, QUA FRATRIBUS CLUNIACENSIS MONASTERII MANDAT SE ERGA EOS SPECIALEM AFFECTUM HABERE.

(C. 17.)

1058. Stephanus, etc. Quamvis pro nostræ sedis dignitate, etc. (*Bull. Clun.*, p. 16, col. 2.)

[1] Page 15, col. 1, lig. 55, *Masilias*, C. *Macerias;* lig. 56, *Clairmannum*, C. *Craimaninum;* col. 2, lig. 15, *pertinentiis*, C. « ajoute : Suburbio Cabilonensi »; lig. 27, *episcopatu*, C. *comitatu;* lig. 58, *Relliacum*, C. *Regiliacum;* lig. 64, *Luperciacus*, C. *Lur-*

3357.

CHARTA QUA GOZFREDUS, AUTISSIODORENSIS EPISCOPUS, SUBDIT MONASTERIUM SANCTÆ MARIÆ DE CARITATE MONACHIS CLUNIACENSIBUS.

(Bibl. nat. or. 112; cop. 283-12; B. b. 8.)

1059, après le 23 mai.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. In nomine sanctę et individuæ Trinitatis. Ad noticiam posterorum notis memoriæ litteris assignamus, qualiter olim quoddam sanctæ ecclesiæ menbrum in honore gloriosæ Virginis Theothocos[1] dedicatum, quorundam impietate percussum, statum maximæ dignitatis amiserit, quibus quia plurimum lacrimæ debemus, qua culpæ minus suæ crudelitati dabimus proloquium de quorundam humanitate qui sibi compassi sunt prolixius oraturi. Modum nanque affectus hujusmodi quemque supra in quibusdam fuisse tetigimus, ab illo duximus inchoandum, qui primus in hac fabrica pietatis bonæ mentis manibus laboravit generosum artificium eligens, scilicet ut si corpus æcclesiæ restauraret, corpus peccati pro certo destrueret, factaque de illo narratione, ad quos dispositum fuerit, tum transibit hystoria. Igitur locus iste de quo proverbiari vel orare decrevimus, Autisiodorensi æcclesiæ subditus ab antiquo, cum tantam nescio si, [aut[2]] pastorum incuria, aut violentia aliqua tyrannorum, incurrisset injuriam, ut qui cybos Christi pauperibus exibebat[3], in pastum mundanæ militiæ transferretur. Heu pro dolor! tanquam mundana possessio dilaceratus, inter viros hujusmodi divisus est, et quod nobis affluentiorem lacrimam pluit cordis a nubibus, rectoribus ab ipsis concessa est tam injusta divisio. Sed fortasse quod putamus ipsorum crudelitate vel injuria fieri, necessitate vel industria sic esse permissum est, necessitate quidem, quoniam a prioribus sive a potentioribus seculi violenter invasus, aliter retineri non poterat, in quo etiam non minus est industriam meditari. Ergo per multas dis-

tiaco; page 16, col. 1, lig. 3, *Moyssiaco*, C. *Musciaco;* lig. 13, *Tulleta*, C. *Tueleta;* lig. 29, *Salcetum*, C. *Salictum.*

[1] B. *Theotochos* pour *Theotocos.*

[2] [Mot tiré de B.]

[3] B. *exhibebat.*

cursiones temporum, cum in hoc exilio Dei sanctuarium moraretur, moramque majorem major semper com[m]itaretur afflictio, ego Gozfridus, sanctæ Autisiodorensis æcclesiæ episcopus, cognoscens rem maleductam, volui magis Deo quam tyrannicis petitionibus obędire. Unde, ob remedium antecessorum meorum, et ob remedium salutemque animæ meę et corporis, dedi Sancto Petro et loco Cluniacensi, cui magis prodesse quam preesse videtur domnus Hugo abbas, hanc æcclesiam in honore sanctæ Dei genitricis consecratam, et super Ligeris fluvium sitam [1], cum omni terra quæ nunc eandem attinet æcclesiam, quęque ibidem adquiri poterit, annuente Willelmo, Nivernorum comite, hanc de me possidente, assentientibusque cęteris quorum subscripta habentur nomina, ab ipso comite eandem tenentibus. Et ut hęc donatio atque laudatio firma stabilisque permaneat, manibus et nominibus nostris eam firmavimus. Signum Gozfredi pręsulis. S. Gozfredi [2] archidiaconi. S. Geraldi preceptoris [3]. S. Rotberti sacerdotis. S. Rainaldi sacerdotis. S. Warini sacerdotis. S. Stephani sacerdotis. S. Arnulfi sacerdotis. S. Rainaldi sacerdotis. S. Gozfridi sacerdotis. S. Geraldi [4] sacerdotis. S. Narduini diaconi. S. Walterii diaconi. S. Johannis diaconi. S. Goscelini diaconi. S. Lamberti diaconi. S. Unaldi archipresbyteri. S. Hugonis prepositi, et subdiaconi. S. Rotberti subdiaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Arnulfi subdiaconi. S. Geraldi subdiaconi. S. Gozfredi subdiaconi. S. Rambaldi [5] subdiaconi. S. Gozfredi [6] subdiaconi. S. Gozfridi subdiaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Ervei subdiaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Stephani subdiaconi. S. Attonis subdiaconi. S. Willelmi comitis, de cujus beneficio esse videtur [7]. S. Rainaldi de Castro Marchiæ. S. Bernardi, Unbaldi [8], Rainaldi, fratrum de Chaylent. S. Rainaldi et Rocleni de Fraxiniaco. S. Gisleberti

[1] [Quoique le nom ne figure pas dans l'acte, il s'agit bien ici de La Charité comme il est porté au dos de l'acte et dans la rubrique de B.]

[2] B. *Gozfridi.* L'ordre des souscriptions est différent dans B.

[3] B. *Giraldi precentoris.*

[4] B. *Girardi.*

[5] B. *Raimbaldi.*

[6] B. *Gozfirdi.*

[7] Guillaume Ier, comte de Nevers.

[8] B. *Vinbaldi.*

de Cresvo[1]. S. Giroli de Caslone[2]. S. Umbaldi pueri[3]. S. Ingerbaldi pueri. S. Umbaldi pueri. S. Henrici pueri. S. Wilenci pueri. S. Alonis pueri. S. Warnerii pueri. S. Rotberti pueri. S. Widonis pueri. Actum Autisiodoro civitate publice, regnante Henrico Francorum rege, Phylippo quoque ejus filio, anno ab incarnatione Domini millesimo Lº VIIIIº.

(*Au dos :*) Carta de Caritate.

3358.

CHARTA QUA GAUSFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CENTUM ET QUINQUE AREAS SALINARUM IN MARISCO QUI VOCATUR MOUN.

(Bibl. nat. cop. 24-24; B. h. 457, CCCCLX.)

Hanc cartam et donum fecit domnus abbas Gausfredus[4], qui filius fuit Alcherii Comacensis[5] castri, de centum et quinque areas de salinas que consistunt in marisco qui vocatur Moun, quas contrariabant Haimus[6] qui vocatur Jais et uxor sua Geilla[7]; redemitque eas abbas G[ausfredus] inter virum et uxorem, XL solidos, et filio eorum nomine Haimo dedit abbas unum equum pullinum. Et dedit abbas salinas Deo et Sancto Petro Cluniensis cœnobii, ipsis firmantibus et auctorizantibus. Si quis vero de eorum parentela vel quecunque persona, eas contradicere vel contrariare, sine recto judicio, presumpserit, mille solidos componat, et insuper anathematizatus et a Dei regno alienatus sit. Amen. S. Willelmi ducis. S. Willelmi vicecomitis. S. Aymonis et uxoris ejus. S. Ebblonis.

1059 (au plus tard).

(*Au dos :*) Carta Gausfredi abbatis, de salinis.

[1] [B. *de Chresvo.*]

[2] B. *de Chaslone.*

[3] [Par ce mot de *pueri*, il faut entendre ici non pas des enfants, mais des clercs revêtus des ordres mineurs, comme l'indique Du Cange, *hoc verbo, pueri, dicti clerici minores.*]

[4] B. *Gaufredus.*

[5] B. *Ooniacensis.* [La forme *Comacensis* est évidemment une erreur de L. de Barive. Les données de la charte montrent qu'elle se rapporte au Poitou et à la viguerie d'Aunay, *Audenacensis, Odonacensis, de Oniacho,* des cartulaires de Saint-Cyprien et de Saint-Jean-d'Angély; d'où dérive *Ooniacense castrum.*]

[6] [B. *Haymus* ici et plus bas.]

[7] B. *Geila.*

3359.

CHARTA QUA ECCLESIA BERBEZILLENSIS PRINCIPATUS, OLIM CLUNIACENSI MONASTERIO AB ALDUINO FUNDATORE DATA, POSTEA SANCTI SEVERINI ECCLESIÆ ET ARCHIEPISCOPO BURDEGALENSI AB HEITERIO, ALDUINI FILIO, REDDITA, TRIBUTO ANNUO DECEM SOLIDORUM ERGA ECCLESIAM SANCTI SEVERINI SUBJECTA DECLARATUR.

1060. Sicuti ex antiquo tempore, etc. (Besly, *Hist. des comtes de Poitou*, pr. p. 344, *ex tabul. S. Sever. Burdigal.; Gall.christ.*, t. II, pr. c. 271, *ex eodem tabul.*)

3360.

CHARTA QUA AREMBURGIS, VIDUA ROBERTI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA CERCIACA, ETC.

(B. h. 381, CCCLXXXII *bis.*)

1060, au plus tard. In nomine Verbi pro nobis incarnati. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Aremburgis dono ad locum Cluniacum, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, in quo preest donnus abba Hugo, aliquid de mea hereditatequę est sita in episcopatu Cabilonense, hoc est in villa Cerciaca unum mansum ad Caminadas vocatum, cum omni illa terra quę ad ipsum mansum pertinet, pro remedio animę meę ac patris et matris meę, Bernardi et Gertrudis, atque senioris mei Rotberti, et filii mei Bernardi defuncti, atque pro salute filiorum meorum Dalmatii[1] et Bertranni. Dono etiam condaminam unam in Vernedo dictam, et aliam ad Craiam vocatam. Concedo etiam in silva juxta Cerciacam, sine ulla redemptione, cursum ad centum porcos. Dono etiam medietatem montis Cerciacensis, ad supradictum locum Cluniacum, tali conventu ut habitatores ipsius loci ibidem ecclesiam construant et salvamentum faciant. Et postquam hęc omnia constructa fuerint, volo per omnia habere medietatem, quandiu vixero, in eadem ęcclesia et in eodem salvamento. Post mortem vero meam, volo ut cum omni integritate,

[1] Voyez ci-après, sous la date de 1073 environ, une charte de Dalmace, fils d'Aremburge.

absque contradictione ullius hominis, ad supradictum pertineat locum. Simili etiam modo dono offerendas et decimas atque baptisterium, omnem medietatem ad ipsam pertinentem ęcclesiam. Set in vita mea medietatem volo tenere; post discessum meum ad locum Cluniacum et senioribus ibidem degentibus, absque ullius contradictione, perveniat. Hęc autem carta facta est regnante Heinrico rege Francorum. S. Aremburgis, qui fecit hoc donum et firmare rogavit. S. Dalmati[i] et Bertranni, filiorum ejus. S. Gundoini presbiteri. S. Alę. S. Gisleberti. S. Hildini. Si quis hanc cartam calumpniari ausus fuerit, iram Dei omnipotentis incurrat, si ad emendationem non venerit.

3361.

CHARTA QUA BERARDUS, HIONGIÆ CASTRI HABITATOR, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS APUD MARCIACUM, BESONIACUM, ETC.

(Bibl. nat. cop. 26-215; B. h. 236, CCXXXVIII.)

Notum sit omnibus vobis, tam presentibus quam et futuris, quia ego Berardus, filius quondam[1] Berardi, habitator in Hiongia[2] castro, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et beate Marie semper Virginis, ad locum e fundo Frontuniaco pendenti[3], ad monasterio Cluniaco, post mortem meam; ad presens [autem[4]] ad Marciaco quicquid tenet Durannus Ruffo; abbas[5] de Savigniaco reddat LX solidos de ecclesia Besoniaco[6], ad Valgiaco ortum quo tenet Aiminus[7] cum mansione, et pratum quod tenet Martinus, et cortilem quod tenet Arnaldus; in Aliaco[8] medietatem quam ibi habeo; et de aliis locis ubicumque onorem[9] dono in vestituram omnique anno usque ad mortem uxori mee et heredibus meis; ad Marciaco eminam frumenti, ad 1060, environ.

[1] B. *cujusdam.*

[2] L. de Barive a lu, à tort, *Biongia.*

[3] B. *atque transfundo Frontoniacum pendentem.*

[4] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[5] B. *Durannus Ruffus; abbas quoque.*

[6] B. *de Besoniaco. Item, in Valgiaco.*

[7] B. *Eiminus.*

[8] B. *in Maliaco.*

[9] B. ajoute ici : *videor honorem possidere, dono investituram ut singulis annis usque ad uxoris mee et heredum meorum discessum inde censum persolvam.*

Casiaco denarii octo, et cartallum unum ordei, ad Buciaco duos sestarios vini, ad Nigra Terram cartallum ordei, et Assileo cartallum unum [vini totidemque] frumenti; ad Saviniaco duos vini sestarios; et al Petronem quatuor denarios, et ad Calamita post mortem Roberte sorori mee dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo totam terram quam ipsa tenet, et omnique anni vite sue duodecim denarios; et ad Mussiaco[1] unam asinatam[2] racemis : et post mortem meam et uxori mee et heredibus meis, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis et Petro et Paulo totam hereditatem meam. Et quicumque infringere voluerit vel contemnere hoc quod suprascriptum est, maledictus sit a Deo patre et sanctorum angelorum et omnibus sanctis, et sit anathema aranamatha[3]. S. testibus Aginus et Artaldus, frater ejus; Wilelmus de Cubleto[4], et Wicardus, filius ejus; Bernardus de Marzeo et Pontius de Taseo, et Engela, uxor ejus, et Stephanus, filius ejus, laudaverunt et confirmaverunt.

(*Au dos :*) Carta Berardi militis de Frontoniaco, Hugonis abbatis.

3362.

CHARTA QUA GAUFREDUS DE BOSCO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM SERVOSQUE IN CALMILIACO.

(Bibl. nat. cop. 226-228; B. h. 330, CCCXXXI.)

1060, environ. Quoniam quidem ista mortalis vita qua vivitur, ita necessarie decedentibus succedentibusque hominibus [communis existit], oportet ut que in presenti fieri videmus, ea in posterum ne lateant futuros cartulis commendemus. Quapropter ego Gaufredus de Bosco, laudante uxore mea, Dimesia nomine, cupiens de mea hereditate dare sanctis Dei apostolis Petro et Paulo ac fratribus Cluniacensibus, precepi istam noticiam fieri de uno manso quod dedi pro anime mee absolutione, quod conjacet Calmiliaco, cum [suis] appenditiis, scilicet servis

[1] B. *De Amissiaco.* Mauvaise leçon; il s'agit de Mussy, c^ne d'Oingt (Rhône).

[2] [B. ajoute *de.*]

[3] La formule de malédiction est différente dans B.

[4] B. *Cubeleto.*

et ancillis, Benedictus et Uldricus nominibus, et terra ibidem appendente, tali pacto ut, quamdiu ego vixero, teneam illud. Sed pro investitura[1] unoquoque anno prefatis fratribus [censualiter] quatuor denarios reddam; et post discessum meum ipsi totum habeant. Hoc donum feci in capitulo[2]; et ipsi in omnibus beneficiis suis susceperunt me et uxorem meam, et pepigerunt postquam mortui fuerimus corpora nostra Cluniaco sepulturos. Quam cartulam volumus ita permanere inconvulsa, quod ipsi nos manibus nostris firmavimus, videlicet ego Gaufredus et Hugo et Ranerius ceterique plures.

(*Au dos :*) De Calmiliaco.

3363.

CHARTA QUA GIRBERTUS DE CASTRO FIRMITATIS ET ALII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM ECCLESIÆ SANCTI PETRI DE VILLA.

(Bibl. nat. cop. 26-249; B. h. 121, CXXIII.)

Omnipotentis Dei virtutem humiliter conlaudando, cauta circompspectione se debet intueri mortalis infirmitas, ut dum pie interioris hominis acies revolvendo, intuetur nil se novi in rerum creaturis superaddere, nil sibimet ipsi agnoscit posse conferre; anidmadvertat ipsius se etiam qui omnia condidit munere conditam, nilque discat sibi tribuendo imputari debere, immo ab ipso sibi collatis parce uti, ipsiusque potentiam laudibus adtollendo, prout ipse post veniens in hunc mundum docuit, infirmioribus impertire, hac per ipsos humiles quos membra esse sua fatetur ipsi restituere. Ad quem itaque hæc propositio pertendere velid[3], finem jamjam intimandum esse censemus. Ego 1060, environ.

[1] B. *vestitura.*

[2] B. termine ainsi : « Quod donum feci in capitulo Cluniaci, accepta societate et fraternitate eorum oppido desiderabili, necnon beneficio omnium que ibi et in locis ibidem subditis geruntur, et eo tamen tenore quod ipsi me meamque uxorem honorifice sepulture tradant. Quod si forte (quod absit!) aliquis heredum vel coheredum nostrorum, diaboli fascibus inflammatus, nostram donationem evertere conatus fuerit, non valeat sibi vendicare, sed ut firmius et perseverantius permaneat, propria manu firmamus et firmandam testibus tradidimus. S. Gaufredi. S. Hugonis. S. Rannerii et aliorum quamplurimorum. »

[3] [B. *velit.*]

itaque Girbertus de castro quod nuncupatur Firmitas[1] et meus consobrinus Ervis, prenomine Roscelinus, hac quidam meus fidelis, nomine Mainardus de Torei, juxta quod a predecessoribus per temporum successiones ad nos usque devenit, partem possidebamus de quadam ecclesia in nomine Domini et in honore apostolorum principis Petri dedicata, que vulgariter vocitatur Villa, et est in Nivernensi[2] pago sita. Hoc itaque quod nunc me in predicta ecclesia possidere dixi, primo in divisione fratris mei Arnusti[3] devenit, qui videlicet antequam obiret, ortatu Rodulfi monachi, cuncta que sui juris in eadem villa erant Deo simulque beatis apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum se daturum spopondit. Quod, quia nundum cum predicto viro Mainardo, qui ex his beneficiatus fuerat optinuerat, preveniente communi sorte, implere non valuit. Pro ipsius itaque anime redemptione, ex cujus inceptu nobis datum est ut hæc inciperemus et nostrarum remedio animarum, ego Girbertus et Ervis et Mainardus cuncta que in predicta ecclesia vel ad ecclesiam pertinentia, hactenus more predecessorum possedimus, predictis sanctis et predicto loco damus, ut ab his quibus hæc tribuimus, in æterna tabernacula recipi mereamur. Cunctis igitur pateat pro æternis nos carnalia permutasse. Ob hoc ergo[4] hoc apicibus assignamus, futurorum garrulitati hanc cartulam obstaculum opponentes, immo incautorum vel innocentium insipientie consulentes, ut hac inspecta taceant, et tacendo atque inconvulsa servando, premii æterni pro quo hæc agimus participes[5] mereantur.

(*Au dos :*) Quarta que fecit Girbertus de castro que nuncupatur Firmitas, de ecclesia Sancti Petri.

[1] [Ce même Girbert est appelé plus loin (n° 3376) *Girbertus Caldero.* On connaît un *Caldero dominus Firmitatis* en 1195. La localité dont il est ici question doit donc être la Ferté, château, c^ne de Chantenay, Nièvre, arr. de Nevers. Elle s'est appelée au moyen âge *Firmitas Calderonis,* la Ferté-Chauderon, du XIIe au XVIIIe siècle, et était la première baronnie du Nivernais. Acquise au XVIIIe siècle par la famille Andrault de Langeron, elle prit le nom de la Ferté-Langeron. Voy. G. de Soultrait, *Dict. topogr. de la Nièvre.*]

[2] B. *Neversi.*

[3] [Lisez : *Arnulfi.*]

[4] [B. *igitur.*]

[5] [Sous-entendu *esse.* B. *mereantur esse consortes.*]

3364.

CHARTA QUA ISEMBERTUS, AURELIANENSIS EPISCOPUS, NOTUM FACIT SE PRÆBENDAM IN ECCLESIA SANCTÆ CRUCIS, PRECANTE HUGONE ABBATE, CLUNIACENSIBUS FRATRIBUS CONCESSISSE UT CUM IPSIS AURELIANENSES SOCIETATEM HABEANT[1].

(B. h. 61.)

Salutare et exequendum divine institutionis preceptum est, ut ad quoscumque fieri potuerit, maxime autem ad domesticos fidei caritatis ac dilectionis opera dilatari et hęc in invicem beatę commutationis commertia alterna vicissitudine et mutua reciprocatione propagari. Quod cum in omnibus et ex omnibus divinę largitatis muneribus fieri debeat, tum maxime ex orationum devotione promptissima. Quarum frequens celebrata collatio, collatores strenuissimos potissimum Deo commendat, et ut pes pedem adjuvat, et quasi per lubricum pergentes manibus alterutrum innexis peccatorum oneribus pressos ne labantur sustentat. Hoc cum singulis fidelium ex divina auctoritate imponatur personis, tum precipue tam canonicorum quam monachorum ęcclesiis. Quę quanto ex pluribus personis constant fidelium, tanto uberiore[m] et Deo acceptiore[m] fructum reddunt, et tanquam pluribus manibus impositis sibi invicem supportandis subveniunt. Hac igitur spe subnixi et evangelica et apostolica admonitione, et ad ista et ad cętera caritatis officia conferenda instructi, ego Isembardus, gratia Dei Aurelianorum episcopus, et tota congregatio Sancte Crucis[2], ad [no]ticiam fidelium, tam presentium quam futurorum venire volumus, qualiter Hugo, venerabilis abbas Cluniacensis monasterii, et sanctissima congregatio sibi commissa fraternitatem nostram postulaverit, ut pro anteriori dilectione et societate quam invicem inieramus, prebendam cujusdam canonici nostri, nomine Gotfridi, levitę et subdecani Sancti Aniani, illius precatu, in vita et in morte ejus, ęcclesię Sancti Petri et fratribus ibidem 1060, environ.

[1] Imprimé dans le *Spicilège*, t. III, p. 457, éd. in-fol., sous la date de 1108 environ.

[2] Dans le manuscrit, ce mot est représenté par une croix; il s'agit de l'église de Sainte-Croix d'Orléans.

servientibus perpetuo habendam concederemus, ut idem fratres vice et nomine Sancti Petri nostri canonici efficerentur, et sicut sanctus Benedictus et sanctus Maximinus in cathalogo nostro sanctus Petrus scriberetur, et canonica officia quę et ipsis sibi deputarentur. Quorum postulationi assensum prebuimus, ea ratione ut et ipsi nos in consortium suum reciperent, et unumquemque canonicorum nostrorum tamquam unum ex monachis facerent, et nobis orationum et elemosinarum, et cęterorum benefactorum suorum participium darent, et uniuscujusque canonicorum nostrorum obitum et anniversarium obitus diem tamquam unius monachorum suorum claustrensium precibus et elemosinis et cęteris sollemnitatibus commendarent. Si vero alicui canonicorum nostrorum placeret monachum fieri, si nihil dare vellet vel posset, gratis reciperent. Nostrum vero anniversarium, hoc est episcopi, tanquam abbatis sui facerent, et successorum meorum quotannis. Nos autem illius ęcclesię abbatibus et monachis, tanquam nostris episcopis et canonicis, et vivis et mortuis, faceremus. Hac itaque pactione alterutrum fęderati, decrevimus hoc inde ex utraque parte memoriale fieri, et a nobis et ab illis, et in nostro et in suo capitulo et vocibus et signis confirmari. Unum quoque nulla oblivione transiri vel neglegentia pretermitti optamus, quod ipsi nobis ante pactionem istam in signum et monimentum nostrę fraternitatis spoponderunt, duos videlicet pauperes se nostri nomine recepturos cotidie atque pasturos, unum sub persona nostri, id est episcopi, alterum sub persona canonicorum nostrorum tam presentium quam futurorum. S. Isembardi episcopi. S. Rodulfi, abbatis Miciacensis. S. Hugonis, episcopi Nivernensis, et nostrę ęcclesię abbatis et canonici. S. decani. S. Gimonis precentoris. S. magistri scolarum. S. Renthonis subdecani, Huberti archidiaconi, Walterii succentoris, Josthelini[1] archidiaconi, Everardi levitę. S. Gerardi[2], cujus prebenda est. S. Bartholomei sacerdotis. S. Girberti levitę.

[1] [Lisez *Joschelini.*] — [2] [Il faut lire ici *Gosfredi.* Il y avait sans doute un simple G dans l'original.]

3365.

CHARTA QUA ROLLANDUS, CANONICUS SANCTI ANIANI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PRÆBENDAM SUAM IN CONGREGATIONE SANCTÆ CRUCIS AURELIANENSIS.

(B. h. 62.)

Cum universalis ecclesię status eodem spiritu eruditus ejusdem fidei unione credatur et vere sit catholicus, postulat beatissime, et singularis matris illius relatio, ut quos eadem nutriunt credulitatis ubera, ipsos et copulet ut vere filios caritativę fraternitatis conexio christiana. Qui enim secundum apostolum Dei sunt, quę Dei sunt quęrunt et sapiunt. Non equidem est ab re quod filios generat quibus hujusmodi institutiones demulcendo promulgat. « Accedite, inquit, « filii et illuminamini, et facies vestrę non confundantur. » Confunduntur et enim facies filiorum qui degenerando magis imitari non satagunt vitam patrum suorum. Nos vero quibus salutem non meritum parit sed misericordia ut quid, proh dolor ! consentimus quę sunt et quę oportet Domini nostri Jesu Christi non sequi vestigia. Cum enim ipse sicut clamat mitis sit, idem et humilis corde quem imitemur, mater nostra ęcclesia non habet maculam neque rugam, cujus admonitionibus obtemperemus. Ut igitur insudemus sicut boni filii non degenerare, collectio conveniat fraternitatis unitati. Unde in Dei nomine litterarum longevitati commendetur ad posteritatis noticiam, quoniam unus Sancti Aniani canonicus, Rollandus nomine, concanonicos suos ad hoc peticionibus suis non desiit promovere, quatinus Sancti Petri abbatię Cluniacensi prebendam suam donarent, et caritatis jure traderent perpetualiter habendam. Cujus rei consensum libentissime suscipiens domnus Gosbertus decanus, necnon et domnus Gosfridus subdecanus, immo et domnus precentor Bartholomeus, insuper et totus a minimo usque ad maximum conventus, in die apparitionis Sanctę Crucis dederunt eam per domnum Hugonem sanctę illius casę monachum tunc temporis presentem congregationi jam dictę, ut quicunque canonici ex parte deprimuntur mundana habitatione, eorum releventur creberrima et pura intercessione. Sit tamen hujus modi colligatio

1060, environ.

denotata, quatinus sicut pro monachis vestris mortuis, sic et pro nostris idem a nobis sperantes faciatis canonicis. Karitas enim, scriptum est, ligat quos terrarum intervalla multa disjungunt. Subscriptum est senioribus, quo scriptum istud roboretur firmius. S. Gosberti decani, Gosfridi subdecani, Bartholomei precentoris, Arnulfi subcentoris, Dominici, Sigoberti, Rollandi, cujus prebenda est, Girberti levitę, Johannis subdiaconi, Segwini cancellarii, Teoderici qui scripsit.

3366.

EPISTOLA ODALRICI, REMENSIS CANONICI, HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, QUA EI MANDAT SE DOMUM SUAM ANTE TEMPLUM SANCTI DYONISII REMENSIS SITAM MONACHIS CLUNIACENSIBUS AD HOSPITES RECIPIENDOS DEDISSE.

(B. h. 711, DCCXIIII.)

1060, environ. H[ugoni], Dei provisione ęcclesię Cluniacensis abbati, universęque sibi subditę congregationi, O[dalricus], suę servus sanctitatis, ad felicitatem pervenire sempiternę quietis. Cum in urbe Remorum suas habere mansiones pleraque cęnobia considerassem, in quibus fratres qui in eisdem cęnobiis Deo militant, undecunque redirent, hospitarentur et requiescerent, bono Dei zelo ductus, spem in vestris ponens orationibus, ego Odalricus, Remensis ęcclesię canonicus ac sacerdos, beato Petro cęlorum clavigero et ęcclesię Cluniacensi nullam in urbe predicta mansionem habenti, domum meam quę in terra habetur Sancti Dyonisii, ante templum ipsius sancti, ad censum IIII^{or} denariorum, post decessum meum tradere deliberavi; eo videlicet tenore quod predicti monasterii fratres, nec eam venundari nec expendere presumant, sed in ea semper diversis e partibus redeuntes et hospitentur et requiescant, et eam sibi mansum indominicatum habeant : tali primiter servata conditione, ut cum obitus mei hora supervenerit, a primo die usque ad XXX^{mum} tam missis quam vigiliis animam meam Deo commendent, et meum quotannis proinde anniversarium facere nullatenus omittant[1]. Bene valeat sanctitas vestra in Christo.

[1] Deux notes, malheureusement mutilées, inscrites en marge de cet acte, sem-

3367.

CHARTA QUA ODDO PULVEREL, CANONICUS SANCTI VINCENTII, WERPITIONEM FACIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS TRIUM MANSORUM ET SERVORUM IN VILLA BASSIS.

(Bibl. nat. cop. 30-84; B. h. 608, DCXI.)

Ego Oddo Pulverel[1], filius Maioli et canonicus almi martyris Vincentii, facio guerpitionem[2] monachis Cluniensibus de consuetudinibus quas requirebam in tribus mansis eorum qui sunt in villa que dicitur Bassis. Quorum unum tenebat et colebat Petrus, alterum Durannus, tercium mansum Arpertus. Usuarium vero quem habebant ipsi mansi in mea terra donavi Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, absque servitio reddente. Donavi etiam duos servos et unam ancillam, quorum nomina sunt hec : Girbertus, Constantius, Eldiardis, et unum medium plantum quem Girbertus tenebat; tali tenore ut teneret eum quoad viveret, et ut post mortem ejus remaneret predictis monachis, et ut propter hoc ille Girbertus sepeliretur. Censum etiam quem pro redemptione capitis sui omni anno predicti servi monachis solverent, constitui[3], scilicet octo denarios et octo panes et quatuor sextarios vini; cum quibus servis dedi eis boscum qui vocatur Praatil, tali tenore ut quandiu viverem tenerem illum, set monachus qui tenet obedientiam Lordone[4] accipiat inde ad suos porcos vestituram[5]. Qui vero uic dono quod feci pro redemptione anime mee et patris mei et matris, aliquam litem inferre temptaverit, iram Dei incurrat, sitque pars ejus cum Datan et Abiron quos vivos absorbuit terra. Amen.

1060, environ.

blent prouver qu'il n'y avait pas trace de la donation d'Odalric ni de son anniversaire au xve siècle, à Cluny. Ce personnage est pourtant important : on le croit frère de Hugues Capet. Il devint plus tard prévôt de Reims, et est généralement connu sous ce nom : *le prévôt Odalric*.

[1] B. *Pulverellus*. Voyez ci-dessus au t. III, n° 1845, un acte du père d'Odon Pulverel.

[2] B. *vuerpitionem*.

[3] [Les serfs donnés par Odon Pulverel se trouvent affranchis du pouvoir de leur maître; mais le donateur stipule que pour acheter cette liberté ils devront payer à l'abbaye un cens annuel qu'il fixe lui-même.]

[4] B. *de Lurdone*.

[5] [Il faut remarquer cet exemple de droits d'usage donnés comme *vestitura*.]

3368.

CHARTA QUA ARNALDUS WALRICUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI JOHANNIS IN VILLA COLNAC, IN TERRITORIO CATURCINO.

(B. h. 129, CXXXI.)

1060-1108. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Notum sit omnibus sanctę Dei æcclesiæ fidelibus, quod ego Arnaldus Vualricus et uxor mea, filiique mei et meæ filię, considerantes casum nostrę fragilitatis venturum, donamus, pro remedio animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum, Domino Deo et sanctorum apostolorum principibus, ad locum Cluniacensem, cui preest pater Hugo, auxiliante Domino, quandam æcclesiam in honore beati Johannis consecratam, atque in territorio Caturcino constitutam, scilicet in villa Colnac vocabulo vocatam, et cum ecclesia omnia alia quę sibi sunt accidentia, laudante Petro de la Rocca, qui hanc æcclesiam de nobis ad fedum tenebat, et filius suus, et laudante Gauzelmo de Vosias cum suis liberis, qui de Petro supradicto et de filiis suis hanc iterum tenebant ad fedum, et laudantibus his subtitulatis, scilicet Stephano, et Rainaldo, et Aone, et Petro, et Arnaldo, qui de Gauzelmo et de illius filiis hanc æcclesiam rursus ad fedum habebant. S. Arnaldi, qui cartulam istam manu sua firmavit et firmare rogavit, tali pacto ut si quis ex mortalibus hoc contradixerit, cum diabolo ejusque satellitibus adsit. Facta est carta ista mense febroario, regnante Phylippo.

3369.

CHARTA QUA RAINERIUS DE MERTORIO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN LOCO QUI DICITUR BELVEDER ET TERRAM IN PARROCHIA SANCTI JULIANI IN MANDAMENTO DE MERTORIO.

(B. h. 326, CCCXXVII.)

1060-1108. Clemens ac largiflua Christi misericordia multis modis humanę conpatitur fragilitati, ut quia quis absque peccati contagio in hujus peregrinatione vitæ suam ducere vitam nequit, saltim in promptu

medicinalem habeat occursum, videlicet ex rebus suis elemosinę subsidium. Unde ego Rainerius de Mertorio[1], cognoscens, divina aspirante misericordia, me per carnis fragilitatem multa a nativitate mea deliquisse, affectans mihi misericordiam Domini reddere placabilem, dono sacrosancte Dei æcclesiæ Cluniensi, in Dei honore et sanctorum apostolorum Petri et Pauli veneratione, cui domnus Hugo abba videtur magis prodesse quam preesse, unam scilicet vineam, et quantum de meo alodio se tenet in ipsa vinea valente videlicet manso uno. Ecce enim illa terra est sita in mandamentum de Mertorio, in parrœchia Sancti Juliani. Ipsa vinea est in loco qui vocatur Belveder. Preterea donamus etiam ego et filii mei in eodem loco cum eadem vinea, augmentum quod hic facturi sumus aut aliquis de nostris parentibus. Quod autem facimus, sicut supra scriptum est, donum pro animabus nostris et parentum nostrorum, necnon pro anima uxoris meę, hoc videlicet pacto[2] ut ad mensam fratrum ibidem Deo servientium et in usum habeantur quę exinde processerint, et nunquam alias transferantur. Si quis vero ex heredibus vel coheredibus, diabolico instinctu excitus (quod absit! et quod minime spero venturum), contra hoc donum aliquam intulerit calumpniam vel inquietudinem, non ei liceat vendicare quod expetit, sed eliminatus a consortio fratrum, nisi cito resipuerit, perpetuo igni tradatur cruciandus; insuper vero, cogente judice, unam auri libram cui litem intulerit coactus exsolvat, et nostra donatio rata et inconvulsa omne per evum consistat. Facta autem donatio hæc regnante Philippo. S. Raineri filiorumque ejus, qui donationem istam fecerunt firmando, et testibus subscriptis firmandam tradiderunt, S. Pontii et Radulfi, qui hanc plantaverunt vineam, quos ponimus in hac helemosina una cum eorum uxoribus et infantibus.

[1] [Ainsi porte le manuscrit; mais il faut peut-être lire *Mercorio*, Mercœur, ici et plus bas. C'est le seul exemple de ce mandement que nous connaissions pour cette époque.]

[2] [Sous-entendu *facimus.*]

IMPRIMERIE NATIONALE.

3370.

CHARTA QUA PONCIA, FILIA DURANNI DE ASA LANGUOS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA GIMALANGAS ET IN CASTELLO ANSÆ.

(B. h. 346, CCCXLVII.)

1060-1108. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Poncia, filia Duranni de Asa[1] Languos, et soror Bernardi de eadem villa, veniens ad extremum diem mortis, ob remedium animę meę et remissionem peccatorum meorum, et ut Cluniaco habeam sepulturam, dono beatis apostolis Petro et Paulo et donno Hugoni abbati Cluniacensi et ceteris fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, in villa Gimalangas, quantum ibi habebam vel habere debebam, in hominibus scilicet, in campis, in vineis, in silvis, in virgultis, omnia in omnibus, et absque ulla calumpnia, cum omni integritate, excepta quadam vergeria, ubi Rainaldus habitat. In castello quod Ansa vocatur, quicquid in terris habebam vel habere debebam, excepta medietate cujusdam condaminę quę est Alcoh, quam Sancto Martino dedi[2]. S. Poncię, quę hoc donum fecit. S. Guigonis ejus mariti, de Garmolla. S. Girardi de Sancto Poncio. S. Poncii, presbiteri de la Buxera. Si quis hanc donationem infringerit, subjaceat anathemati, nisi resipuerit, et abbati et fratribus inde satisfecerit. Actum Cluniaco, regnante Philippo rege.

3371.

CHARTA QUA HUGO RUBRUS NOTUM FACIT SE SERVUM, NOMINE TIGRINUM CARPINUM, CUM PROGENIE SUA MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 432, CCCCXXXV.)

1060-1108. Precedentium institutio et ordo æcclesiastice institutionis deposcit,

[1] On lit plus bas *Ansa*. C'est sans doute *Anse*. Mais que signifie le mot *Languos?* [Ne serait-ce pas plutôt une faute de copie pour *Gimalangas?*]

[2] [Sans doute Saint-Martin de Savigny. Le cartulaire de cette abbaye offre sous le n° 728 une charte d'environ 1025, dans laquelle un manse est confiné *a sero Alcolacus*.

ut si quisquam devotus ex facultatibus propriis Christi fidelibus pro animę suæ remedio aliquit dare dijudicaverit, cartam simul juris testamentari facere studeat, ne forte aliquis vel consanguinitatis objectione vel illectione cupiditatis, sive alicujus rei causa, nevum querimoniæ audeat inferre. Unde omnibus ecclesiæ matris fidelibus notum sit, quod ego Hugo, cognomento Rubrus, cum uxore mea, nomine Tetsa et filiis ac filiabus, pro animarum nostrarum et parentum nostrorum remedio, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, servulum quendam, qui vocatur Tigrinus Carpinus, cum tota progeniæ sua. Si quis vero hanc donationem a me ultroneam factam evertere conatus fuerit, excomunicationi, nisi cito resipuerit, subjaceat; et nostra donatio firma et rata stipulatione subnixa consistat. Et ut ita inmutabiliter constet, propria manu consigno, et testibus consignandam tradidi. S. Hugonis, qui hoc donum fecit et firmare rogavit. S. Tetse, uxoris ejus. S. Gaufredi monachi. S. Artaldi, fratris ejus monachi. S. Hugonis militis, fratris istorum monachorum, qui testimonium fert Hugoni, hujus cartulę donatori. S. Helię. S. Hugonis Pilati. S. Jarentonis, filii ejus. S. Bernardi presbiteri. S. Maliardis, Hugonis, Archimbaldi, filiorum ejus. Facta est donatio ista mense madio, die dominico, regnante Philippo Francorum rege.

3372.

CHARTA QUA STEPHANUS ARCHIPRESBYTER ET FRATER EJUS PONTIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM QUI VOCATUR MALA VALLIS.

(B. h. 622, DCXXV.)

Ego Stephanus archipresbiter indignus, et frater meus Pontius, 1060-1108.
dum de tremendo judicii die semper cogitamus, qualiter tunc ante presentiam magni judicis presentaturi erimus, ne nos gravi mole peccaminum ponderatos juste puniat sententia terribilis ipsius, pro remedio animarum nostrarum ac parentum nostrorum, et specialiter pro remedio animę uxoris fratris mei Pontii, ut omnibus nobis in illa districta examinatione pius Dominus misericorditer misereri digne-

tur, Deo et apostolis suis Petro et Paulo ac domno Hugoni abbati fratribusque loco Cluniaco Deo devote servientibus, unum mansum qui vocatur Mala Vallis donamus, ubi Stephanus ipsius manere est visus, in parrochia Sancti Martini de Vallis; hunc totum donamus et transfundimus nullo contradicente, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, cultum et incultum, cum terris, pratis, aquis, fontibus : tali conventu, quod quandiu vixerimus, usufructuario habeamus et teneamus, extra IIII cappones, et duas focatias quod interdum pro recognitione hujus doni unoquoque anno donamus, donec totum post mortem nostram supradictis apostolis et loco relinquamus. Igitur qualiscumque ex nobis supervixerit, et supradictum mansum ad sui opus in vita sua retinere voluerit, hoc faciat tali conventu, quod post mortem suam alium qui tantumdem valeat loco suprascripto et fratribus relinquat. Hoc donum volumus esse stabile et firmum, ac cum stipulatione subnixa, ratum nunc et in perpetuum. Si quis adversarius ex meis propinquis vel heredibus hoc donum calumpniare presumpserit, cum Juda Scarioth maledictus erit, nisi ad emendationem venerit. Facta cartula ista in mense junio, regnante Philippo Francorum rege. S. Stephani et Pontii fratris ejus et uxoris ejus, nomine Emels. S. Isiliardi. S. Bernardi.

3373.

CHARTA QUA RICHARDUS DE SCASIDIACO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS QUÆ DICUNTUR VALLIS ET AD MONTES.

(B. h. 651, DCLIIII.)

1060-1108. Ego Ricardus miles de Scasidiaco[1] dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, post obitum meum, totum alodum meum quod hereditario vel paterno jure mihi obvenit in villa Vallis, quę est in pago Eduensi. Donum autem quod facio est in servis, in ancillis, vineis, pratis, curtilis, occhis, campis, arboribus, nemoribus et aquis. In villa autem quę dicitur ad Montes, in eodem utique

[1] Il faut peut-être lire *Scusidiaco* et rattacher ce nom à celui d'Iguerande, qui paraît avoir porté primitivement le nom de *Scuciagus*. Cf. t. I, n° 493.

pago, dono omnia que ex materno jure ibi me contingunt. Ea autem eo tenore dono, ut ad simullacum[1] pertineant, ad hoc videlicet, ut anniversarium matris mee pro hoc sollempniter agatur, et fratres inibi manentes ipso die refectionem inde habeant. Sed quia hec dum vivo in meos usus habere volo, interim pro investitura duos solidos annuatim persolvam, sive Cluniaco, sive ad locum ubi domnus Hugo abba reddendos fore preceperit. Ipse etenim domnus Hugo gratia Dei et sua, filium meum W. puerum suscipit ut monachus fiat, me vestituram solummodo exibente in die qua oportunum erit puerum suscipi. Actum hoc apud Martiniacum[2], in presentia domni Huogonis abbatis, in mense novembri, in v feria, regnante Philippo rege Francorum, laudantibus Rainaldo et Antelmo de Camorot, ejus parentibus. Testes Gaufredo clerico, Aimardo presbitero, Abuino et Vuidone Carpentario, Eynrico de Nosirio, Alcherio.

3374.

CHARTA QUA GAUFRIDUS, PARISIENSIS EPISCOPUS, ECCLESIAM BEATÆ MARIÆ IN BURGO LONGO PONTE DICTO SITAM ET A GUIDONE MILITE[3] FUNDATAM, TRADIT MONACHIS IBI DEO SERVITURIS, SUB DISTRICTIONE REGULARI ABBATIS CLUNIACENSIS.

In nomine Domini, etc. (Dubois, *Hist. eccles. Paris.*, t. I, p. 687; Cartulaire de Longpont, p. 97, nº LI.) 1061 (?).

3375.

CHARTA QUA CONSTANTINUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VARENGIS ET MALIACO.

(B. h. 288, CCLXXXIX.)

In nomine Verbi incarnati. Noverint cuncti fideles sanctæ Dei æc- 1061.

[1] [Au lieu de ce mot, qui ne nous semble pas avoir de sens, nous proposons de lire : « ut ad supradictum locum (Cluniacum) pertineant ».]

[2] Marcigny.

[3] [Ce Guy, qui appela les moines de Cluny à Longpont, était seigneur de Montlhéry et époux d'Hodierne.]

clesiæ, quod ego Constantinus dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas preesse pariter et prodesse cernitur, aliquid de mea hereditate, pro meorum remissione peccatorum omniumque meorum parentum. Est autem quidam mansus in pago Maticensi positus, in villa quę vocatur Varengas, cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus, silvis, pratis, aquis, campis, vineis, pascuis, quesitum et inquirendum. Dono etiam similiter omnem illam hereditatem quam de meo avunculo Arleio emi precio. Similiter quoque omnia quęcunque in ipsa villa Varengas jure hereditatis habere visus sum, totum ad integrum, dono Deo et prefato loco, excepto uno parvo mansello dictum Viverio, quem seniori et avunculo meo Achardo et ejus filio Gaufredo relinquo et dono. Concedo etiam in villa Maliaco quoddam pratum, et post discessum sororis meę mansum ad integrum, cetera quoque quę ad ipsum appendere mansum videntur. Si quis autem heredum vel parentum meorum hanc donationem ultroneam a me factam contrahire voluerit, omnibus maledictionibus vel excommunicationibus quę in veteri et in novo scriptę sunt Testamento subjaceat, et judiciaria potestate coactus, libram auri persolvat. Hæc acta sunt anno ab incarnatione Domini nostri Jesu [Christi] millesimo LX^mo I^o. S. Constantini, qui donum hoc fecit et firmari rogavit.

3376.

CHARTA QUA FROTMUNDUS, COGNOMINE TAURENCUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI OBEDIENTIAM VOCABULO VILLAM, ETC.

(B. h. 26 et 372, CCCLXXIIII [1].)

1061-1073. Quia primo homine a sui status beatudine inobedientia degenerante, in hujus exilii cum ipso nos ex ejus vena descendentes detrusi sumus cecitate, et ita partim ipsius mortalitatis turbine, partim ipsius humanę memorię caligine, cunctę actiones mortalium tenebrantur, ut

[1] C'est la deuxième de ces copies que nous publions, comme étant la plus complète, en notant les variantes importantes de la première.

nisi menbranis annotentur[1] succedentium temporum curriculo quasi sepultę sopiantur, necessarium duximus cartę huic imprimere, quę nostris temporibus succedentibus profutura contigit elaborasse. Notum igitur sit cunctis ęcclesię filiis, quod obedientiam [vocabulo[2]] Villam, sitam in pago Nevernensi, Cluniensis cęnobii mancipandam dominio, ego peccator Fromundus[3] nomine, Taurencus cognomine, pro peccatorum meorum remedio, tradidi, cum servis et ancillis, pratis, campis, vineis, silvis, et omnibus quę[4] ibi possidebam, ita ut nullam ibi amplius ego vel mei heredes consuetudinem requireremus. Hoc dono ita karta firmato, postea parentes ipsius hoc donum calumpniati sunt, Arnulfus videlicet Caldero prenomine, Girbertusque Caldero, Ervisus quoque cognomine Roscelinus, ipsius enim [Ville] coheredes erant. Hereditatis igitur illius partem quę eis contingebat Mainardus de Toreico[5] ab ipsis possidebat. Quippe Sancto Petro eam tulerant, ipsique Mainardo tradiderant[6]. Sed ne primum donum rescideretur[7], et hereditas partita dissiparetur, ipsi Mainardo nos fratres Cluniacenses Rotdulfus[8] et Girbaldus[9] unum caballum dedimus, eo tenore, ut et ipse quod ibbi possidebat Sancto Petro in perpetuum dimitteret, et predictos datores suos in hoc consentire faceret. Ad effectum res pervenit. Ipse quod ibi habebat ex toto dimisit, predictosque datores suos huic dono adstipulari fecit, non tamen gratis. Uni enim eorum, Arnulfo videlicet Galderoni, propter hoc unum caballum dedimus, Girberto xxxv solidos, Erviso quoque xxx solidos. Post hęc ita donum ab eis firmatum, ita omnia obstrusa sunt, ut nec ipsi nec eorum heredes ibi amplius aliquid calumpniarentur. Testes enim et laudatores filios suos, qui ibi presentes fuerant adhibuerunt, illos qui defuerunt laudare se facere promiserunt. Horum consanguineus [alius Arnulfus] Condio dicebatur; hic solus partem quam ibi requirebat non pro alicujus emo-

[1] B. h. 26, *menbranis atnotantur.*

[2] [Les mots entre crochets sont tirés de la copie B. h. 26.]

[3] B. h. 26, *Frodmundus.*

[4] B. h. 26, ajoute ici *ipse.*

[5] B. h. 26, *Torreico.*

[6] Cf. ci-dessus n° 3363.

[7] B. h. 26, *rescinderetur.*

[8] B. h. 26, *Rodulfus.*

[9] B. h. 26, *Gibaldus.*

lumenti exaggeratione, sed pro salute animę suę dimisit Deo et sancto Petro sine ullo retinaculo. Harum donationum seu werpitionum testes sunt : Titboldus de Dizeze, et filii ejus Seguinus de Laquasse, Arnulfus. Facta est autem hec carta temporibus donni Hugonis abbatis piissimi patris, presidente summę et apostolicę sedi papa Alexandro, regnique Francorum apicem regente Philippo rege.

3377.

CHARTA QUA WARINUS, ROSNACENSIUM COMES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PORTIONEM ECCLESIÆ SANCTÆ MARGARITÆ.

(B. h. 117, CXIX.)

1061-1073. Salvatoris Domini nostri Jesu Christi precepto instituimur thesaurizare nobis tesauro[s] in cęlo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, nec fures effodiunt ut furentur; tanta enim ejus erga salutem nostram pietatis est miseratio, ut felici commutatione jubeat nos in redemptione animarum nostrarum, caduca et transitoria expendere, ut æternę retributionis mercimonium possimus comparare ac recipere, et sicut auctor est precepti, susceptor esse dignatur et muneris. Quam[ob]rem ego Warinus, Rosnascensium comes, cum contectali mea Adeleida, divinę pietatis divicias erga me considerans, et excessuum meorum enormitatem formidans, judicii districti severitatem antevenire et ex parte mihi pacare disposui, de his quę ejus largitate possideo eidem ipsi Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo in monasterio Cluniacensi dono stabili portionem transfundens, scilicet Beatę Margaretæ[1] æcclesiam, cum omnibus quę in ea jure videor obtinere. Hanc autem donationem meæ conjugis ac liberorum assensu, pro remedio animę meæ ac antecessorum meorum vel etiam successorum,

[1] Sainte-Marguerite de *Margerie*, diocèse de Troyes. Voyez D. 30. Voyez aussi une autre donation de ce comte Guérin, sous la date de 1082 environ, dans Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 418, et t. III, p. 55, in-fol., et dans Mabillon, *Ann. ben.*, t. V, p. 642. Par cet acte, Guérin donne quelques alleux aux moines de Montiérender pour qu'ils cèdent à Cluny les droits qu'ils avaient sur l'église de Margerie.

ita liberam et omni calumpnia contradictionis absolutam, omnique etiam meę jure dominationis exutam offero et contrado loco predicto neque reditum ullum, neque consuetudinem aliquam, neque advocaturę sive banni jus mihi aut posteritati meę, quodlibet reliquum faciam, sed habitatores prefati cœnobii prescripto deinceps possideant quantumcumque sive ad cultum divinum, sive ad profectum loci, sive adornare sive augmentare potuerint, liberam potestatem habeant, ita dumtaxat ut mutua vicissitudine pro carnalis nostri messione ipsi sua spiritalia nobis seminare et impertiri tam in vita quam in morte non omittant, et bonorum suorum peromnia participes asciscant. Si quis autem hujus nostrę largitionis cartam calumpniari aut infringere temptaverit, perversi conatus ausibus ipse frustratus decidat, et nisi resipuerit iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli vincdictam incurrat, insuper coactus regio fisco auri centum libras persolvat, et ut inconvulsa stabi[li]s contradictionis hęc carta permaneat, manus proprię astipulatione firmamus, et fidelium nostrorum signo roborari fecimus. Facta est autem hęc carta Alexandro papa sanctam et apostolicam sedem gubernante, Phylippo vero rege Francorum regnante. S. Warini comitis et uxoris ejus Adheleydis, Rodulfi, Gebuini. S. Teotbaldi comitis, et filiorum ejus Stephani et Oddonis. S. Walterii. S. Stephani, Alberti, Albuini, Milonis, Walterii, Witelini, Heynrici, Engilberti, Milonis, Dudonis, Oddonis, Erlaici. Finit.

3378.

CHARTA QUA WARINUS, ROSNACENSIUM COMES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ALODIUM SUUM QUOD EST IN CONFINIO ECCLESIÆ SANCTÆ MARGARITÆ.

(B. h. 118, CXX.)

Brevem ad posteritatis memoriam commendandam facimus, de alodio quod est in confinio Sanctæ Margaretæ, et de omnibus quę ad ipsum pertinent, cum hominibus, mulieribus et infantibus, cum terris, tam cultis quam incultis, cum pratis, pascuis, silvis, molendinis, necnon et de ipsa ecclesia quę in honore Dei et sanctę Margaritę 1061-1073.

IMPRIMERIE NATIONALE.

constructa est, cum omnibus quę ad ipsam ecclesiam atque ad me pertinent. Ego Warinus, Rosnacensium comes[1], consenciente mihi atque donante fratre meo Rodulfo, cum uxore mea Adheleyda et filio meo Gebuino, necnon et Walterio, successore nostro, dono, cedo, trado, una mecum frater meus Rodulfus clericus, Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ad honorem et gloriam omnipotentis Dei et omnium sanctorum, videlicet ut predictum locum monachi Sancti Petri Cluniacensis ordinent secundum regulam sancti Benedicti patris nostri. Hanc autem donationem facimus pro remissione omnium peccatorum nostrorum et omnium parentum nostrorum, necnon et omnium fidelium defunctorum. Si quis autem hanc cartam ausu temerario infringere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Juda traditore Domini æterni incendii penas, nisi congrua satisfactione emendaverit, æternaliter luat, sub testibus et tempore suprascriptis hec sunt facta.

3379.

CHARTA QUA GALTERIUS ET UXOR EJUS ADDELINA FILIIQUE PETRUS ET BARTHOLOMEUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE ALNIACO, ET ALIAS RES IN VILLIS CURCELLIS, MAINELLO ALBO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 17-89; B. h. 68.)

1061-1095 In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Galterius, filius Martini, et uxor mea, nomine Addelina, duoque filii mei Petrus et Bartolomeus[2], pro redemptione animarum nostrarum sive parentum nostrorum, damus Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniaci, ubi preest domnus Hugo abbas, partem hereditatis nostrę, in primis videlicet ecclesiam de Alniaco, et quicquid in eam habemus, hoc est totum altare et terram totam que ad

[1] Voyez la charte précédente.

[2] [Gautier et sa femme peuvent être regardés comme les fondateurs, que l'abbé Lebeuf déclare n'avoir pu découvrir, du prieuré d'Aunay-lès-Bondy. Cf. *Hist. du diocèse de Paris*, t. VI, p. 222.]

altare pertinet[1], et duas partes decime, et ad homines hospitandos, terram que est prope ecclesiam, a quodam salice antiquo, super viam et subtus, usque ad viam que vadit Parisius. Damus etiam in eadem villa medietatem silve que est juxta silvam regis, et prata que sunt juxta ecclesiam, et molendinum quod est in eadem villa, excepta quarta parte que non est nostra, et medietatem alterius molendini simul cum stagno, et semi arpentum terre ad clibanum faciendum, quod est juxta terram altaris. Damus autem duas partes villule que vocantur Curcellas, scilicet terras, prata, silvam et totum quicquid in ea habemus. Damus vero terciam partem ville que appellatur Mainellus Albus, et terciam partem decime de villa que nuncupatur Bulzeias et vinearum v arpenta, in villa que appellatur Nuiliacus et vadimonium quod est super xii libras nummorum et decem solidos; videlicet medietas decime et sepulture est istius vuadimonii villarum que appellantur Bercherias et Rosseius, et Pontelz. Istam donationem et cartam signant et firmant primitus Philippus, rex Francorum. S. deinceps Gaufridus, Pariciacensis episcopus, et Droco archidiaconus, et comes Hugo de Domno Martino, et Letaldus vicecomes. Hujus donationis testes existunt Rodbertus dapifer; Albertus, filius Aroldi; Hugo de Bellenciaco; Galterius, filius Manassei; Radulfus, filius Odelardi; Guido, filius Harvei; Galterius, filius Haimonis; Rogerius de Nantiaco; Simon, filius Hugonis; Isenbardus de Villa Nova; Morinus de Va; Ivo Rulfus; Rodulfus Rulfus; Anselmus pincerna.

(*Au dos :*) Valteri in Alniaco et aliis locis.

3380.

CHARTA QUA ROTBERTUS ET FRATER EJUS WIGO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM BERZIACUM.

(B. h. 58.)

Scire debet fraternitas unanimitatis ęcclesię, quoniam unicuique 1062, 19 janvier.

[1] Sous ce nom de *terre de l'autel* on comprend les dîmes, les offrandes et tout ce qui s'appelle aujourd'hui le casuel.

fidelium valde est necessarium, ut dona per divinam largitatem sibi concessa sollerter excolat, sapienter ordinet, recte etiam dividat, ut cum euvangelicus ille paterfamilias rationem positurus advenerit, non solum ea que largitus est non auferat, set etiam pro terrenis bene ministratis, duplicata talenta et cęlestia bona concedat. His affectabilibus et dulcibus rationibus nos duo germani fratres Rotbertus et Wigo admodum delectati, facimus donum Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ad locum Cluniacum domnoque abbati Hugoni, qui ipsi loco magis prodesse quam preesse videtur, et cunctis successoribus ejus, videlicet villam de Berziaco, quicquid nos habere videmur, cum omnibus appenditiis suis dantes, cum silvis, campis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, montibus et collibus, rupibus et vallibus, rivis cum ipsis suis decursibus, exitibus et regressibus, et quicquid omnino ad ipsam hereditatem adtingit, villas etiam que inibi habentur, cum servis et ancillis qui ubicumque in ipsa hereditate degunt et habitant, sive sint liberi, sive servi. Omnia hęc donamus Deo et sanctis apostolis ejus locoque predicto Cluniaco, ut habeant, teneant et possideant rectores predicti loci ab hodierno die et deinceps. Hoc autem donum facimus pro remedio animarum nostrarum, et pro patre et pro matre, simulque cunctis parentibus et amicis nostris, ut Dominus eripiat eos de penis inferni. Si denique, quod non optamus, aliquis heres aut proheres noster, vel aliqua inmissa persona hanc cartam et hoc donum infringere conatus fuerit, quod repetit non vendicet, sed iram Dei omnipotentis et sanctorum ejus incurrat, et cum Dathan et Abiron, cumque Juda, traditore Domini, vivus demergatur in infernum, nisi digne emendaverit. Carta autem hęc firma et stabilis permaneat. Actum publice Cluniaco XIIII kal. februarii, in die sabbati, anno millesimo LXII^do^ ab incarnatione Domini[1], indictione XV^ma^, regnante Philippo rege, anno regni ejus secundo. S. Rotberti et Wigonis fratrum, qui hoc donum fecerunt et hanc cartam laudaverunt, et manibus propriis super altare Sancti Petri

[1] Cette date d'année, étant bien celle de 1062, prouve qu'on ne suivait pas toujours le style de Pâques à Cluny.

posuerunt, coadstante Hugone abbate et cuncto sancto conventu. Sed quanquam hęc pro animabus suis et suorum fecerint, summam tamen mille solidorum et eo amplius acceperunt proinde. S. Arberti de Franchilens[1]. S. Hugonis. S. Pontii. S. Gausmari. S. Bernardi. S. Huulardi. S. Widonis. Gunbertus sacerdos ad vicem cancellarii scripsit.

3381.

CHARTA QUA ARNULFUS DE REGIOMO ET UXOR EJUS HELISABETH DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRÆDIUM IN VILLA HORCHIENSI.

(Bibl. nat. or. 113; cop. 27-225.)

1062 (avant le mois de septembre).

Felix negotiatio et expetenda omnibus Christi fidelibus mercatura, ubi pro modicis maxima, manentia pro transitoriis, pro temporalibus recipiuntur ęterna. Cujus mercationis ego Arnulfus de Regiomo et uxor mea Helisabeth, pro modulo nostro participes esse cupientes, perpetuę spe retributionis illecti, donamus monasterio Cluniensi quod in honore beati Petri apostolorum principis constructum est, cui domnus Hugo abbas Deo disponente preesse videtur, predium hereditarium nostrum, situm in episcopatu Bisontiensi, in villa Horchiensi, cum omnibus appenditiis suis, cultis et incultis, planis et saltuosis, aquis aquarumve decursibus, piscaria et piscatoribus et cum mancipiis utriusque sexus idem predium excolentibus. Quin etiam universaliter quicquid ibi possidere visi sumus, ob remedium animę nostrę, et filiarum nostrarum, manu potestativa predicto monasterio Cluniensi tradimus jure perpetuo, absque omnium hominum contradictione, ab hodierna die et deinceps possidendum. Facta est autem hęc donatio in loco Cluniaco, anno incarnationis Dominicę MLXII, indictione XV, regnante Philippo rege Francorum anno II. Signum Arnulfi. Signum Helisabeth uxoris ejus.

(*Au dos :*) Karta donationis Arnulfi et Helisabeth uxoris ejus.

[1] [Ce personnage figure déjà ci-dessus n° 3333.]

3382.

CHARTA QUA ACHARDUS ET FRATER EJUS ODO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM BEATI PETRI IN VILLA BOENIACO.

(Bibl. nat. cop. 27-221; B. h. 23, et 350, CCCLI.)

1062 (avant le mois de septembre).

Religiosa et salutifera terrenę dispensatio est possessionis, cum sacrorum usui erogata locorum vel eisdem locis famulantium in celestis apotheca conditur thesauri, cumulato fœnore recipienda in die judicii. Quam rem nos duo Achardus et Odo, diligenter considerantes, eterne spe retributionis adducti, monasterio Cluniacensi in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli constructo, cui domnus abbas Hugo preesse videtur, donamus quandam nostri juris ecclesiam, nomine Boeniacum, in honore beati Petri dedicatam, cum omnibus que ad eam legitime pertinere videntur, in episcopatu Nivernensi, in comitatu comitis Willelmi sitam, cum consensu et laude et auctoritate hominum nostrorum [1], id est Achini presbiteri et Humberti clerici et Humberti prepositi [2], qui eandem ecclesiam dono nostro tenebant, ita ut, absque ulla contradictione et retentione, deinceps eidem monasterio [Cluniacensi [3]] in perpetuum attituletur et in dispositione abbatis ejusdem loci perpetua subjectione firmetur. Donamus preterea eidem monasterio universi medietatem predii quod in eodem loco Boeniaco [4] possidere videmur, culti vel inculti, plani vel saltuosi, pascui et irrigui, cum mancipiis utriusque sexus; item [5] ut absque ulla contradictione vel reclamatione omnium hominum, tam presentium quam futurorum heredum in potestatem et proprietatem predicti monasterii deinceps libera possessione transferantur, et omnis utilitas et usus fructus [6] qui provenire inde poterunt absque ulla diminutione, pro ar-

[1] Il est remarquable que le donateur appelle *ses hommes* les ecclésiastiques qu'il avait établis pour le service de l'église donnée, et dont il croit devoir invoquer le consentement.

[2] B. h. 350, *Huberti.*

[3] [B. h. 350 fournit ce mot.]

[4] [B. h. 350, *Beoniaco.*]

[5] [B. h. 23 et 350, *ita ut.*]

[6] [B. h. 350, *usus et fructus.*]

bitrio et constitutione abbatis eidem monasterio famuletur. Super hec autem omnia attribuimus adhuc prefato monasterio in loco eodem tantum arabilis terre dominicatus nostri, quantum una bona carruca cultu annuo arari possit. Cujus donationis hi testes sunt et signatores: Odo de Montefalconis. † Achardus. Achinus presbiter. † Humbertus clericus. † Hubertus[1]. Facta est autem donatio hec anno incarnationis Dominicę MLXII, indictione XV, regnante Philippo rege Francorum anno II.

(*Au dos :*) Karta donacionis Achardi atque Odonis.

3383.

CHARTA QUA ADEMARUS, VICECOMES LEMOVICENSIS, NOTUM FECIT SE ABBATIAM SANCTI MARTIALIS LEMOVICENSIS MONASTERIO CLUNIACENSI CONTULISSE.

(Bibl. nat. lat. nouv. acq. 2182, n° 1; B. h. 3 [2].)

Noverint[3] omnes sanctę matris æcclesiæ filii ac fideles, tam presentis quam futuri temporis, quod ego Ademarus, vicecomes Lemovicensis, domno Hugoni, abbati Cluniacensis monasterii, omnibusque successoribus ejus abbatibus, qui idem monasterium Cluniacense regulariter gubernabunt, dono et trado abbatiam Sancti Martialis Lemovicensis, cum consensu et auctoritate domni Iterii, ejusdem civitatis episcopi, canonicorumque ejus, necnon et conjugis meę Umberge filiorumque meorum et obtimatum, ob indulgentiam peccatorum nostrorum, et parentum nostrorum, et maxime eorum quę de eadem abbatia contraximus, consentientes monachos ibidem degentes non secundum regulam Sancti Benedicti vivere, et animarum regimen symoniace ementibus abbatibus vendentes. Quam heresim cum ab initio nascentis ęcclesię beatus Petrus apostolorum princeps in ipso suo capite extinxerit, nuper tamen sanctus Leo papa, et omnes deinceps

1062 (avant le mois de septembre).

[1] B. h. 23, *Humbertus prepositus.*

[2] Publié par Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 519, et t. I, p. 123, éd. in-f°, d'après B., et par Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. II, instr., col. 179, d'après le cartulaire de Saint-Martial de Limoges. Nous le publions ici d'après l'original.

[3] [Ce mot est précédé du chrisme.]

ejus successores perpetuo anathemate dampnaverunt. Pęnitens igitur preteritorum excessuum meorum, et confidens ejusdem abbatis successorumque ejus industria eandem abbatiam Sancti Martialis ad regularem tramitem posse reduci, et detestabilem heresim symoniacam Deo adjuvante funditus expelli, dono et trado pręadictam abbatiam prefato Hugoni abbati omnibusque successoribus ejus abbatibus regulariter viventibus, deinceps perpetuo possidendam; et abbates quos eidem loco tam ipse quam successores ejus prefecerint, si, (quod absit!) pro mala conversatione removendi fuerint, ipse et successores ejus eos submoveant, et meliores substituant absque contradictione ullius hominis : nihil in eadem abbatia neque ego, neque successores mei retinendo, exceptis his consuetudinibus, CC solidis ad vindemiam colligendam in festivitate sancti Aredii reddendis, et sagmario in hostem prestando cum famulo, qui sagmarius hoste transacta monasterio reddatur, et uno recepto comitis Pictavensis per jussionem vicecomitis, et justicia panis et vini, cum in hanc villam venerit. Eo tenore, ut hanc donationem et traditionem omnes successores mei confirment et hanc ipsam kartam laudent et auctorizent; et hęc traditio nostra ut stabilis et inconvulsa permaneat, apostolica auctoritate firmetur. Quod si ego aut successorum meorum aliquis hanc traditionem infri[n]gere aut contradicere voluerit, iram Dei omnipotentis et anathema perpetuum incurrat, et prefatus Hugo abbas et successores ejus apud ejusdem civitatis episcopum, et omnes cristianos et precipue apud sedem apostolicam potestatem habeat reclamandi[1]. Facta est autem hęc traditio in urbe eadem Lemovicensi, anno incarnationis Dominicæ MLXII, indictione XV, regnante Philippo Francorum rege anno II; cujus traditionis confirmatores et consignatores et testes hi sunt : in primis Iterius, episcopus, signavit; Ademarus, vicecomes, signavit cum IIII^or filiis suis et uxor ejus Umberga.

(*Au dos :*) Karta Ademari, vicecomitis Lemovicensis, de monasterio beati Martialis.

[1] [Ici se trouve intercalée dans le cartulaire la charte que l'on trouvera ci-après.]

3384.

CHARTA QUA ROTBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA MONCELLIS.

(B. h. 4.)

In nomine Verbi incarnati[1]. Ego Rothbertus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro remedio animę uxoris meę Lecindę, unam vineam in Moncellis villa, tenentem in longo perticas x^cem^ et VII^tem^, a medio die v perticas et v pedes, et a cercio IIII^or^ perticas. S. Rothberti et filii ejus Rotgerii, qui firmari rogaverunt. S. Bilini. S. Constantii. [S.] Gelamanni. S. Bernardi.

1062 (avant le mois de septembre).

3385.

CHARTA QUA HUNALDUS, BRULIENSIUM VICECOMES, DAT MONASTERIIS CLUNIACENSI ET MOISIACENSI ECCLESIAM DE ALAIRACO ET ALIAS IN PAGO AGINNENSI[2].

(B. h. 46.)

Omnibus ab æterno et in ævum commune mortalibus, summa et ineffabili Dei omnipotentis providentia, liberi arbitrii copiam fore collatam, utriusque tam veteris quam novi Testamenti multiplex pagina effabiliter intonat. Horum ego, quamvis indignus, Dei servorum servus, Unaldus, Bruliensium vicecomes cognominatus[3], me ipsum et substantiam universam quam abere videor, cum consilio et voluntate genitricis meę domne Adaleidis et fratris mei Hugonis vicecomitis, aliorumque plurimorum nobilium virorum, pro salute et remedio animę genitoris mei Rotgerii et avunculi mei Saxetonis, Aginnensis æcclesię quondam decani, et omnis progeniei nostræ, et simul cunctorum fide-

1062 (avant le mois de septembre).

[1] [Cet acte a été inséré au cartulaire B. dans un espace blanc laissé, à l'imitation de l'original, entre les formules finales et la date de la charte d'Adémar. Nous croyons devoir le placer sous la même date.]

[2] Marca, *Hist. du Béarn*, p. 305, note 4, a publié une copie différente de cet acte datée du 12 janvier 1062, d'après le cartulaire de Moissac.

[3] [Hunald, vicomte de Brullois.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

lium vivorum et defunctorum, precipue autem pro refrigerio animę meę, cedo regi regum Deo omnipotenti sanctissimisque et summis apostolis ejus Petro et Paulo, ac celeberrimo loco Cluniaco, abbatique venerando domno Hugoni, simulque omnibus sibi in eodem officio succedentibus, et fratribus in ipso loco sub regulari tenore degentibus, tam futuris quam presentibus, æcclesiam mei juris in honore sancti Martini pontificis consecratam, Alairacum cognominatam, in pago Aginnensi, supra fluvium Garonnę et Gercis sitam, totam ab integro, excepta quinta decimę parte que est cujusdam nostri consanguinei. Dono etiam et alias ecclesias, scilicet Sancti Saturnini in eodem loco constructam, Sancti Petri de Casals, Sancti Vincentii de Avezag, absque tertia parte, Sancti Vincentii de Preissag, Sancte Marię de Manzovilla, Sancti Gervasii de Cirsol, Sanctę Marię et Sancti Saturnini æcclesiam in Siriniaco, silvam unam et ęcclesiam in honore Sanctę Marię in eadem silva, alodium de Montguasco; has, inquam, ecclesias cum universis apendiciis suis, quę nunc in possessione earum haberi videntur, vel Deo auxiliante quicquid in terris, vineis, et silvis, aquis, molendinis et pascuis, cultis et incultis, cum omnibus jam adeptis et adhuc adapiscendis[1], quemadmodum et in hac eadem denotatione subscripta habere videntur. Non solum autem hęc, sed et cetera quęcumque a coquumque, cunctis diebus, vita[2] comite, augere potero vel adjungere abbati et fratribus Moysiacencis monasterii, jussu et imperio domni Hugonis Cluniensium reverendi abbatis, consilio et voluntate fratrum omnium Cluniensis capituli, quandiu locus ipse cum hibidem Deo servientibus in subjectione et ordinatione jam dicti loci Cluniaci perstiterit et permanserit, tenere, regere et possidere, censeo ac dispono, tali tenore et ordine quatenus per singulos annos jure perpetuo annuatim censum, id est decem solidos probate ac legitimę monetę senioribus Cluniaco persolvant; reliqua vero quę inde habere potuerint in Dei servitio ac propriis usibus perhenniter ipsi habeant et possideant. De

[1] [*Sic.* dans le ms. — [2] B. porte *ut a.*]

cetero ergo, quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, memorandum ac memorię comendandum dignum duxi in memoriale perpetuum humiliter implorans, supradictis in locis, Cluniaco scilicet et Moysiaco, sub regulari scemate degentes, omni anno in perpetuum, pro animabus genitoris ac genitricis meę, necnon et avunculi mei jam dicti Saxetonis, anniversarium diem memoriter agere. Hujus siquidem cessionis atque donationis descriptio facta est anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi MLXII, sede residente in apostolica divę memorię Alexandro papa, Franchorum regni regente monarchiam serenissimo rege Philippo per omnia. Si quis autem, quod absit, vel alterius vel nostræ generositatis maligno spiritu agitatus, hanc nostræ cessionis ælemosinam inquietare ausus fuerit, aut aliquo modo infectam reddere presumpserit, æterno omnipotentis Dei judicio omniumque sanctorum, et nunc et in evum se sentiat ac cognoscat dampnandum, insuper et apostolicę sedi presidentis auctoritate et potestate, omniumque catholicę ecclesię episcoporum anathematizandum et excommunicandum, et quousque resipiscat ac satisfacere studeat, plusquam ethnicum et publicanum liminibus sanctę ecclesię procul pellendum; nomina autem eorum qui hanc cessionis meę cartam ita tenendam, possidendam, habendamquę firmaverunt hęc sunt : in primis venerabilis Hugo, Cluniensium abbas, in cujus presentia hęc sunt ordinata atque sub ejus manibus firmata. Post ipsum quoque memorande memorię domnus Durannus, abba simul et episcopus[1], cujus consilio hęc agenda disposuimus. Post hos, ego ipse Hunaldus propriis manibus et viva voce firmavi. Adalert genitrix mea firmavit. Hugo vicecomes, frater meus, firmavit. Willelmus Arnaldi et filius ejus Petrus firmaverunt. Garsia Arnal, cognomento Guailard, firmavit. Willelmus Siguini et frater ejus firmaverunt. Rodlannus et filii ejus firmaverunt. Willelmus Garsia et filii ejus, aliiquę quamplures firmaverunt.

[1] [Durand, abbé de Moissac et évêque de Toulouse en 1059.]

3386.

CHARTA QUA RICHERIUS, ARCHIEPISCOPUS [SENONENSIS], ET ROSTHELINUS MILES DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI DE COONA.

(B. h. 37.)

1062-1096. In nomine Domini, Richerius archiepiscopus. Notum sit omnibus, tam presentibus quam et futuris, quia veniens quidam miles, Rosthelinus nomine, ante nos, una cum consensu et voluntate conjugis suę et liberorum suorum, Frederii videlicet et cęterorum omnium, deprecans obnixe ut concederemus ei ęcclesiam Sancti Petri de Coona, quam de beneficio ęcclesię Sancti Stephani[1] atque nostro tenebat, dare ęcclesię Cluniacensi, ad constituendos monachos, qui pro se et cunctis fidelibus Deo deservissent, ac ibidem religiose viverent; cujus preces suscipientes, concessimus ei, sed eo tenore ut heres illius predictam ęcclesiam semper de nobis teneat, monachi vero per ipsum habeant, ita tamen ut omni tempore ęcclesię Sancti Stephani et nobis debitam subjectionem exsolvant; junioratus autem ęcclesię quem presbiteratum appellant[2], sicut hactenus integer fuit, sic deinceps permaneat. Denique si predictus heres contra nos deliquerit, ut perdat; eodem modo quo ipse tenebat, monachi de ecclesia Sancti Stephani et de nobis habeant, donec nobis ipse satisfaciat, et ad sua tenenda redeat.

3387.

CHARTA QUA BARANGARIUS ET UXOR EJUS GIRBERGA ATQUE FILII EORUM DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ TRINITATIS IN CASTRO PONTIS SORGIÆ.

(B. o. 85, LXXXIII.)

1063, 14 février. . . . . . Quocirca ego[3] Barangarius, cum voluntate uxoris meæ Gis-

[1] [L'église cathédrale de Sens.]

[2] Ce passage peut servir à expliquer le mot *Junioratus*. (Voyez Du Cange, hoc verbo.)

[3] Les huit premières lignes de cet acte ne sont lisibles qu'en partie, parce qu'on a cherché à les effacer, nous ne savons pourquoi; mais cela est sans importance,

berge, et filiorum meorum, videlicet Rostagni episcopi et Beringærii, Raymundi, Willelmi, Leodegarii, Rostagni, Bertranni, ac consilio predicti Rostagni, Avennicæ[1] civitatis episcopi, ejusque canonicorum, dono Deo omnipotenti et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo Cluniensis cenobii ecclesiam Sancte Trinitatis que est sita in territorio Avennicensi, in castro quod nominatur Pons Sorgie, cum medietate dicimarum in carne tocius villę, et cum decima parte illius partis quam habeo in mercato et decima molendini de Balmela, et molere ibidem monachis absque moltura. Dono etiam decimas de omni labore meo predicti loci in pane et vino, et de orto meo similiter, et juxta ipsum ortum petiam de terra ad ortum faciendum; et secus buccam Sorgie, alteram petiam de terra arabile habentem in longitudine ex utraque parte dextras[2] LXX et V., et in una fronte dt. XX. VIIII et in altera dt. XII, consortes ab oriente flumen Sorgie; ibidem adherentes modiatas II de vineis cultis. Et in loco qui dicitur Willa Vetula, aliam petiolam arabilem, que habet in uno latere dt. XIIII^cim et in altero dt. XIII, et in una fronte dt. XII et in altero dt. VIII. Et in loco qui dicitur Malancon, aliam petiolam arabilem, que habet in utroque latere dt. XVIIII, et in utraque fronte dt. XI. Et ad Ficulneam, aliam petiam culturatam, in utroque latere dt. XLV et in unaquaque fronte dt. XXV. Ibidem adherentem petiam de terra arabile, quę habet in utroque latere dt. CC^tas, in una fronte dt. XXX.VIIII, in alia vero dt. V. Ibidem adherentem infra fossatum petiam de terra arabile, quæ habet in utroque latere dt. XLIIII, in una fronte dt. XXIIII, in alia vero fronte dt. X. Ibidem adherentem pratum unum integrum; consortes ab oriente et meridie flumen Sorgię, ab occidente flumen Rodani. Et dono etiam modiatas VIIII seminandum que sunt in sponsalicio predicte ecclesię; consortes a circio via publica, a meridie semita decurrente, ab occidente rivulus

puisque ces lignes renferment simplement une formule qui se trouve en tête de l'acte d'août 1065, ci-après n° 3404. — Cette pièce est imprimée, mais inexactement, dans la *Gallia christ.*, t. I, instr., col. 140.

[1] [Lisez *Avenionensis*. La suite de l'acte montre qu'il s'agit ici de Rostaing Ier, évêque d'Avignon.]

[2] [C'est ainsi qu'il faut lire le mot abrégé dans le cartulaire par les lettres *dt.*]

qui vocatur Surgilionis; et hoc est secus molendinum de ipsa Botiliaria. Donoque etiam ibidem adherente in Sorgita de excambiis que feci apud Petrum Amicum[1] unam petiam, que habet a septemtrione dt. LX, ab occidente dt. LI, a meridie dt. XLII, ab oriente dt. LXVII; ibidem adherente aliam petiam, que habet ab aquilone dt. XX, ab oriente dt. L; aliam petiam ibidem que habet a meridie dt. LXIIII, ab oriente dt. XXV. Hæc omnia omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus, Petro videlicet et Paulo, concedo, ut ipse sua ineffabili misericordia peccata mea deleat, suumque ad regnum bono fine cui laus omnis canitur feliciter perducat. Seriem autem hujus nostrę donationis volumus et obsecramus a nobis et a filiis et propinquis nostris ita auctoritate muniri, ut sacrosancta Dei ecclesia Cluniacensis cenobi absque inquietudine perpetim possideat. Qui autem roborator aut confirmator hujus nostrę donationis extiterit, benedictionis gratiam in hoc seculo ab omnipotente percipiat, et in futuro premium ęternę vitę cum justis recipiat. Si vero, quod non obtamus, aliquis corruptor aut invasor hujus donationis repertus fuerit, auctoritate Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti et Sanctę Mariæ matris Domini, et omnium sanctorum omniumque fidelium christianorum, sit excommunicatus et maledictus, et a colloquio catolicorum separatus, nisi ad emendacionem venerit, sit anathema maranatha; in vinculo namque componat auri obtimi libras V, et deinceps hec donatio stet. Willelmus comes provincialis et Josfredus frater ejus[2] firmaverunt. S. domni Berangarii[3] et uxoris sue Gisberge, et filii sui videlicet Rostagni episcopi, Barangarii, Raymundi, Willelmi, Leodegari, Rostagni, Bertranni, qui hanc donationem scribere fecerunt, et suis propriis manibus firmaverunt, et testibus ad roborandum tradiderunt. Petrus Amicus et fratres sui, videlicet Willelmus, Eldebertus et Amicus, voluerunt et firmaverunt. Raymundus, Anno et Ricaudus, et Wichirannus firmaverunt. Hęc nomina kanoni-

[1] Ce personnage est un des témoins.

[2] [Guillaume Bertrand II et Geoffroi II fils de Bertrand Ier, comtes de Provence avec leur oncle Geoffroi Ier.]

[3] [Bérenger, vicomte de Sisteron, ainsi que Rostaing qui souscrit ci-après. C'est ce Rostaing qui est indiqué ci-dessus comme évêque d'Avignon.]

corum Avennice sedis, Pontius decanus, Rostagnus filius suus, et Willelmus et Humbertus firmaverunt, Agarnus et Faraldus et Giraldus firmaverunt. Mataronus et filius suus Willelmus firmaverunt; Silurus, Pontius, Stephanus, Petrus et Siliarius, Rainaldus, Faraldus, Pontius, item Pontius, Rolandus, Amblardus, omnes isti voluerunt et firmaverunt. Humbertus firmavit et filius suus, et Willelmus et Humbertus firmaverunt. Rostagnus et Willelmus et Leodegarius vicecomites firmaverunt. Rostagnus et Raymundus, filii Willelmi vicecomitis, firmaverunt. Est autem edita hæc carta in Avennica urbe, XVI kalendas marcii, sub anno Dominicę incarnationis millesimo LXIII, indictione I, Pontio auctore et Petro scriptore.

3388.

CHARTA HUGONIS, NIVERNENSIS EPISCOPI, DE RESTAURATO MONASTERIO SANCTI STEPHANI NIVERNENSIS.

(Bibl. nat. or. 114 [1].)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Ad noticiam posterorum notis memoriæ litteris adsignamus, qualiter olim quoddam oratorium [2], in honore nativitatis filii Dei Salvatoris nostri Jesu Christi et beatę Mariæ semper virginis matris ejus, necnon et beati Stephani prothomartyris Christi, ac beati Johannis evangelistę dilecti Domini et sanctorum Innocentium dedicatum, quorumdam nefaria impietate percussum et adnichilatum, statum maximæ dignitatis amiserit, non reminiscentium illius Davitici psalmi : « Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante fatiem « venti qui dixerunt : hereditate possideamus sanctuarium Dei » [3], et cetera. Qui minus spiritaliter et nimis carnaliter sapientes, res æcclesiæ scilicet sacrifitium in sacrilegium retorserunt ad laicorum usum, qui- 1063, 4 mars.

[1] Cet acte a été publié par d'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 437, et éd. in-fol., t. III, p. 404., *ex. ms. Clun.*

[2] Ce mot, écrit en interligne, d'une autre main contemporaine, remplace celui de *templum* écrit primitivement pour désigner l'édifice élevé au VII[e] siècle.

[3] [*Psalm.* LXXXII, 13 et 14.]

bus quia plurimum lacrimę debemus quam culpę, minus suæ crudelitati dabimus proloquium; vir namque[1] beatę vitæ Columbanus, abbas, de talento a Domino sibi credito, ne sine lucro redderet semper sollicitus premeditabatur duplicare in usura fidei quod se redditurum non ignorabat austero judici, unde ne torporis ignavia dampnaretur a Domino, se ipsum spiritale templum divinę fecit gratiæ et per multarum terrarum spatia quamplurima Deo ædificavit templa. Quorum unum, hoc de quo prelibavimus, legimus illum fundasse in suburbio Nivernis civitatis, in quo unicuique suprascriptæ venerationi suum singulare ac marmoreum altare consecravit[2], sicuti adhuc presens dies indicat nobis; decoravit quidem ipsam æcclęsiam honestate parietum, et conpositione marmorearum piramidum, quod et vetustate consumitur et residuum igne comburitur, thesaurizavit vero illic auri et argenti et lapidis pretiosi ac diversi ornamenti copiam, quod sacrilegę manus in infernum deportaverunt, et quę diversarum gazarum supplebatur copia, ecce ligni et lapidis premitur indigentia; adgregavit ergo inibi beatus Columbanus sanctarum monialium collegium, quę regulę subjacerent et contemplativę vitæ desudarent. Illis autem obeuntibus et ceteris earum subsequacibus, per multorum annorum curricula ad tantam inopiam reversus est locus, ut qui plurimorum benefitiorum stipendiis ditatus fuerat et a multis ibi Deo servientibus, totius corporis penuriam abigebat, nunc solius hominis vitæ necessaria procul abnegat; quamvis enim auctentica dicat Scriptura : « Qui « altari deservit cum eo participet[3] », tamen nemo ei participat quod nichil habet; istud namque altare, peccatis nostris exigentibus, adeo spiritali adnichilatur obsequio, et terræno privatur benefitio, ut non sit qui sibi serviat vel si esset qui ejus servituti vacaret, profecto unde viveret non haberet nisi aliunde quęreret. Qua de re ego Hugo, gratia Dei Nivernensis episcopus, intimo dolore cordis tactus et mentis conpassione conpunctus, lacrimabili voce querimoniam hujus loci ante ocu-

[1] Ce mot, omis par le scribe, a été ajouté en interligne par la même main que ci-dessus.

[2] Ce mot, écrit en interligne, remplace celui de *reddidit*, écrit primitivement.

[3] [I *Cor.* IX, 13.]

los Dei sepius fudi et obnixe deprecatus fui, ut statum hujus sanctæ æcclesiæ mihi commissæ idem Dominus Deus ad honorem suę laudis relevando revocaret, quoniam mei offitii est jus æcclæsiasticum procurare, et quod bene constitutum est ne proruat providere, et quod dissipatum depravatur in melius redintegrare. Cum vero in hac orationis frequentia meus incessanter animus perseveraret, venit quidam clericus, nomine Hugo, nepos meus, nostræque æcclesiæ decanus, qui medietatem hujus olim abbatię, nunc jam nec abbatię nec pene æcclesiæ, habebat a fratribus meis qui eam tenebant a comite domno videlicet Wilelmo in benefitio, dicens se invenisse, secundum fragilitatem seculi, boni testimonii clericos qui irriguum inferius, quod est timor inferni gehenę et irriguum superius, quod est amor Dei, secundum suam possibilitatem in hac basilica libenter procurassent. Unde cum de consolatione æcclesiæ quod volebam audirem, domnum Wilelmum comitem regali genere natum et magnificum virum, qui hujus loci altaria ex episcopali dignitate tenebat, et fratres meos, Hugonem vicecomitem atque Leonem, more episcopali exorando monui et monendo deprecatus fui, ut in hac fabrica piætatis manum mitterent, et in restauratione corporis æcclesiæ corpus peccati pro certo destruerent, qui ut sapientes meę saluberrimę exortationi bono animo adquieverunt et auxiliante Deo, ut in unum omnium nostrum convenit sententia, canonicum ordinem in hac æcclesia esse semperque fore decrevimus, his vero fratribus, quos hic in Dei nomine et canonico ordine congregamus, beati Silvestri papę Romani regulam tenentibus, hanc pauperrimam æcclesiam ab omni servitutis nodo solutam, pro Dei amore concedimus; indignum enim valde judicamus, ut quę est sponsa Dei et mater nostra nobis ad serviendum sit subjecta. Quapropter, et ut melius et securius ædificent, et in ea laborando desudent et de suis propriætatibus eam honorando amplificent, illis et omnibus posteris eorum hanc cartam perpetualiter firmamus, et adstipulando in infinitum firmissime corroboramus. Nos ergo auctoritate divina solidati, quę vendentes et ementes flagellando de templo ejecit, omnino prohibemus et excommunicamus ne prebenda hujus loci vel

IMPRIMERIE NATIONALE

aliquid æcclęsiastice dignitatis alicui vendatur, seu ab aliquo ematur, neque Symon Magus hic lucrandę cupiditatis evacuet sacculum nec Judas traditor Domini mercator pessimus denuo vendat Christum, sed procul omnino exclusa totius pecuniæ nequitia, frater probabilis vitæ a cęteris eligatur et inmunis illis jungatur. Et qui in hac congregatione voluerit esse major, secundum Dei preceptum, sit illorum servus et ministrator; ipsi vero fratres ex se ipsis cum deprecatione Dei priorem eligant, qui illis presit canonice verbo et opere, et totius mentis intentione, in Dei nomine vehementer prohibemus, ut neminem huic congregatione adjungat, nisi illum quem cæteri fratres idoneum estimatum presentaverint; frater quoque adjungendus veluti in proximo moriturus, qualiscumque sit dives seu pauper, sapienter diffiniendo sua dividat, et deinceps memor Ananiæ et Saphyrę, qui non ex alieno sed ex suo perierunt, propriætatem non habeat. Igitur ego Wilelmus comes, memor Salomonis dicentis : « Divitiæ viri « redemptio ejus », pro salute animę meæ et omnium parentum ac fidelium meorum, reddo ac concedo omnipotenti Deo et Sanctæ Mariæ adque beato Stephano cæterisque sanctis ibi veneratis et canonicis ibidem servientibus ac servituris, per laudationem domni Hugonis episcopi ac domni Gosfridi, Autisioderensis presulis[1], necnon matris meæ et uxoris meæ et filii mei Raginaldi et cæterorum filiorum meorum Wilelmi atque Rotberti et filiarum mearum et Hugonis vicecomitis et fratrum ejus Leonis et Raginaldi, quibus hoc benefitium ex me descendebat, hospitalitates hominum et equorum et justitiam omnium hominum ibi manentium omnemque consuetudinem hujus abbatiæ, quam ibi habebam, omnes quoque terras tam adquisitas quam adquirendas, quascumque ad suum communę proficuum revocare poterunt, reddo et dono et laudo et omnibus fidelibus meis laudare fatio. Et ut hæc carta firma stabilisque et inconvulsa permaneat, manibus et nominibus nostris eam firmamus. Actum est civitate

[1] [Geoffroi de Champ Allemand, évêque d'Auxerre, fils de Hugues, vicomte de Nevers, et neveu de l'évêque Hugues.]

Niverni, III nonas martis, indictione XV, anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo tertio, regnante Philippo rege annos III, regimen sanctæ Romanę æcclesię gubernante Alexandro papa annos II.

[1] Signum domni Richerii, Senonensis archiepiscopi. Signum domni Hugonis, Nivernensis episcopi. Signum domni Gosfridi, Autissiodorensis episcopi. Signum[2] Hugonis decani. Signum Malguini archidiaconi. Signum Gosfridi thesaurarii. Signum Odonis cantoris. Signum Gosberti editui. Signum Ragenardi abbatis. Signum Rannulfi presbiteri. Signum Odonis presbiteri. Signum Rodulfi presbiteri. Signum Galdini diaconi. Signum Rodulfi diaconi. Signum Landrici diaconi. Signum Rocleni subdiaconi. Signum Agmardi subdiaconi. Signum Hervei subdiaconi. Signum Falconis subdiaconi.

Signum[3] Guilelmi comitis. Signum Ragenaldi, filii ejus. Signum Guilelmi, filii ejus. Signum Rotberti, filii ejus[4]. Signum Hugonis vicecomitis. Signum Leonis, fratris sui. Signum Ragenaldi, fratris eorum. Signum Frotmundi militis. Signum Rotberti militis. Signum Ragenaldi militis. Signum Landrici militis. Signum Falconis militis. Signum Gosberti militis. Signum Eldradi militis. Signum Bernardi militis. Signum Ragemundi prepositi. Odo cancellarius scripsit mense martio. Ad laudem Sanctę firmatur carta Marię[5].

(*Au dos :*) Quarta que fecit Ugo, episcopus Nivernensis.

[1] 1re colonne. Ces signatures sont disposées sur trois colonnes. La première comprend les trois évêques seulement; la deuxième, les seize ecclésiastiques qui suivent, et la troisième, les seize laïques qui viennent en dernier lieu.

[2] 2e colonne.

[3] 3e colonne.

[4] [Guillaume Ier, comte de Nevers, et ses trois fils, Renaud II, Guillaume et Robert.]

[5] [Cette légende est reproduite une seconde fois dans un monogramme placé au bas de l'acte.]

3389.

PRIVILEGIUM ALEXANDRI PAPÆ II, QUO CONFIRMAT OMNIA MONASTERIA, BONA, LOCA ET PRIVILEGIA MONASTERIO CLUNIACENSI CONCESSA.

(Bibl. nat. or. 115; cop. 27-4; C. 40; E. 66.)

1063, 10 mai. Alexander, etc. (*Bibl. Clun.*, col. 507, d'après E.; mais il est plus complet dans le *Bull. Clun.*, p. 17, col. 1, n° 2[1].)

3390.

CHARTA QUA ROCLENUS CLERICUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI HEREDITATEM SUAM IN VILLA CIANIS.

(Bibl. nat. cop. 32-182; B. h. 520, DXXIII[2].)

[1063, 2 juin, avant.] In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint cuncti, etc.

3391.

CHARTA QUA ROCLENUS, CABILONENSIS ECCLESIÆ PRÆPOSITUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUICQUID HABEBAT IN VILLA CIANIS.

(Bibl. nat. or. 116 et 117; cop. 28-27; B. h. 212, CCXIIII, et 213, CCXV[3].)

1063, 2 juin. Cum[4] omnia orta occidant actaque[5] senescant, temporalia quoque

[1] Seulement dans la formule finale, col. 2, il faut lire *Annonis* au lieu de *Aimonis*, et ajouter le mot *secundi* après le nom du pape Alexandre. C. donne en outre les cercles concentriques et le *Bene valete*. Les cercles renferment la devise du pape « Magnus Dominus noster et magna virtus ejus » et en exergue : « Exaltavit me Deus in virtute brachii sui ».

[2] Cet acte non daté doit être antérieur, mais de peu de temps, au suivant; ici le donateur n'est que clerc, dans l'autre, il est prévôt de l'église de Chalon. Nous nous bornons à mentionner cette charte, dont le texte se retrouve en entier dans la suivante, qui est datée et plus développée. La copie du cartulaire seule porte les signatures : *S. Rocleni, clerici, S. Humberti, fratris ejus.*

[3] [Le n° 117 est une copie presque contemporaine de l'original, d'après laquelle cette charte a été transcrite dans le cartulaire B.]

[4] Ce mot est précédé du chrisme.

[5] Cette pièce, qu'on a divisée en deux dans le cartulaire, ne compose en réalité

more fluentis aquę non retrorsum ultra dilapsam undam retorquentis celeri lapsu inrecuperabiliter decurrant; preclaraque facies, honorque secularis glorię, maxime quippe instabiles divitię, preter hoc vis corporis aliaque hujuscemodi brevi tempore in dies dilabi videantur, opere precium est animam autem aut facere in bono ęternam excercitatione virtutum, aut peccatorum contagione infectam munificencia elemosinarum Creatori reddere preclaram, pro terrenis cęlestia capere, terrena pro cęlestibus relinquere, et ea pauperibus pro amore Dei factis deserendo sua tradere, ut oratione ipsorum adipiscamur ęternę hereditatem patrię. Quocirca, in nomine sanctę et individuę Trinitatis, noverint cuncti fideles sanctę Dei ęcclesię, tam presentes quam et futuri, quod ego Roclenus, sanctę Cabilonensis ęcclesię prepositus, non inmemor Dominici verbi quo ait : « Date et dabitur vobis », cupiens michi tesaurizare thesauros in cęlo, ubi neque erugo nec tinea demolitur, ubi fures non effodiunt nec furantur, aliaque quam plurima hujusmodi in corde testimonia reputans, pro remedio animę meę atque karissimi fratris mei Landrici, qui in ultimo vitę exitu constitutus hanc in subsequenti dicendam elemosinam fieri delegavit, necnon et omnium parentum meorum, dono et concedo Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, omnem hereditatem quę michi vel fratri meo Landrico sive Umberto in villa Cianis devenit jure hereditario, et quę ibi habere videbamur vel ullus homo per nos, eo die quo ante jam dictus frater meus Landricus ex hoc seculo decessit, cum campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, totum ad integrum, inquisitum et inquirendum, sine ulla calunnia vel consuetudine ullius mortalis hominis, ut faciant rectores Cluniensium ab hodierno die et deinceps quicquid exhinc facere voluerint,

qu'un acte. Dans l'original, les deux portions sont transcrites sur la même feuille de parchemin, et ne sont distinguées que par un alinéa. Elles sont de la même main et du même temps. C'est d'après la copie faite par Lambert de Barive, que les Bénédictins en parlent dans l'*Art de vérifier les dates*, t. Ier, p. xxiv de la 3e édition. Le cartulaire portait aussi *acta*, on a ajouté après coup un *u* entre l'*a* et le *c* (*aucta*).

sine ullo contradicente. Si quis autem contra hoc aliquam calumpniam inferre temptaverit, ira Dei manifeste super eum descendat, et quod repetit vendicare non valeat potestateque judiciaria coactus auri libram componat, et deinceps hęc carta firma permaneat.

Haut[1] secus memorię posterorum necnon et presentium designatione litterarum, ne nostra bene gesta oblivionem ullatenus paterentur, quemadmodum supradicta ita et infradicenda scribere disposuimus, ut nostri memoria in Cluniaco ęternaliter haberetur per secula. Quorsum tendamus amodo nostra disponat voluntas. Namque supra situm jam antedicte villę Cianis, terram quę vulgari usu Precaria vocatur, quę in re aut in vero precaria non est, pro salute animę meę atque dilectissimi fratris mei Humberti, specialiter trado et concedo Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui vir magnę memorię Hugo, abbas preesse videtur, eo inquam pacto et eo denique jure, ut quicquid faciendi eis placuerit, in campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, sine alicujus contradictione faciant, et absque conjunctione et mixtione terrę jam in primis dictę, ab hodierno die [et[2]] deinceps, in eorum trado potestate, dono, porrigo atque concedo. In silva autem supradicta, scilicet vocata Precaria, Tedbaldus[3], Cabilonicę consul urbis, in proprios usus, fugam[4] bestiarum aggrestium retinere ambiens; sed supradicti [viri] Rocleni, donnique Hugonis, Cluniacensis abbatis, et sub eo degentium monachorum devictus peticionibus, quicquid in prefata tellure juste aut injuste possederat, Deo et beato Petro apostolorum principi fratribusque ibidem Deo famulantibus, totum dimittit, deserit ac relinquid. Si quis autem contra hoc aliquam calumpniam inferre temptaverit, ira Dei super eum manifeste descendat et quod reppetit vindicare non valeat, potestateque judiciaria coactus, auri libram componat, et deinceps hęc carta firma stabilisque permaneat. Ut autem firmius stabiliatur,

[1] [Ici commence B. h. 213, CCXV.]

[2] [Mot fourni par B.]

[3] Le cartulaire porte *Telb.* On peut voir un *d* dans les 2ᵉ et 3ᵉ lettres : *Idb.* C'est Thibaut, comte de Chalon, fils de Geoffroi de Semur et de Mathilde.

[4] Le comte de Chalon renonce au droit de chasse, à la prière de Roclenus.

tactu propriæ manus roboravi, et roborandam testibus tradidi. S. Rocleni, prepositi decanique. S. Landrici. S. Humberti. S. Adeledis, matris eorum, et filiarum ejus, videlicet Geretrudis, Ingeltrudis, Marię, ceterorumque parentum nobilium[1]. Actum publicæ Cabilonis civitate, anno ab incarnatione Domini M^mo LX^mo III°, indictione I^a, æpacta XVIII, concurrente II^do, presidente Romæ Alexandro papa discretissimo, regnante in Francia Philippo rege, anno regni ejus V^to [2], secundo magno anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, qui constat D.XXX^ta II^bus annis, decennovenali cyclo L.VI^to [3], IIII^to nonas junii. Hugo ad vicem cancellarii descripsit.

(*Au dos :*) De villa Cidane pertinentis ad obedientiam de Luciaco, que est infra terminum vulgariter dicte Precarie, Unberti et Rocleni dudum atque Landrici fratrum, quorum precipue Unbertus sit in requie. Amen.

3392.

CHARTA QUA GAUBERTUS, ABBAS NOMINATUS, ABBATIAM MOISIACENSEM, QUAM DE WILLELMO, COMITE TOLOSANO, COMPARAVERAT, PONTIO, FILIO EJUSDEM WILLELMI, ET SUCCESSORIBUS EJUS DIMITTIT, ITA UT EA AB ABBATE REGULARITER ELECTO REGATUR.

(B. h. 102.)

Satis omnibus ut opinor notum est, qualiter ego Gaubertus[4], abba 1063, 9 juin.
nominatus[5] olim a Vilelmo, comite Tolosano, emptione magni pretii

[1] Ce qui suit a été écrit d'une encre plus pâle, et probablement quelque temps après ce qui précède.

[2] Il y a un blanc dans l'original, et les sept mots qui suivent sont écrits sur un passage gratté.

[3] Les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*, qui avaient eu connaissance de cette charte par la copie de Lambert de Barive, conservée aujourd'hui à la Bibliot. nat. (Dipl. t. XXVIII, fol. 27), ont fait à ce sujet une longue dissertation (*Art de vérifier les dates*, 3ᵉ édit., t. I, p. XXIV) à laquelle nous renvoyons le lecteur. « La grande année dont il est ici question n'est autre que le cycle pascal dont la seconde révolution expira l'an 1063 de Jésus-Christ, de même que la 56ᵉ du cycle de 19 ans. » *Ibid.*, page XXIV, en note.

[4] Dans le sommaire et dans B. h. 101 il est appelé *Gauzbertus*.

[5] Gausbertus n'était pas abbé, mais était appelé abbé (*abba nominatus*), sans doute parce qu'il possédait l'abbaye de Moissac. (Voy. aux additions l'acte de 1053, 29 juin.)

xxx scilicet milia solidorum, abbatiam Moysiacensis cęnobii comparaverim. Nunc vero et deinceps omnes posteros meos ad quoscumque quorum in manibus hæc guerpitionis mee adnotatio advenerit, scire volo, quod ego postea seniori meo Pontio[1] et filio ejus Wilelmo totam predictam dederim abbatiam post finem meum. Hac de causa, pro amore videlicet Dei et pro salute animę meæ seu pro stabilitate ac restauratione ejusdem abbatiæ, ut non post deinceps, post discessum meum, ipse meus senior Pontius, neque filius ejus Wilelmus, nec ullus successorum eorum comitum, licentiam habeat aut vendere, aut dare, aut commendare prefatam abbatiam Sancti Petri Moysiacensis cœnobii cuiquam clericorum vel laicorum, nec etiam ulli meorum parentum, ita ad possidendum ut hactenus ego et predecessores mei male et seculariter visi sumus possidere, sed perpetuo Wilelmus, filius Poncii, et filii ejus post eum, et omnis posteritas genealogiæ ejus tenendo possideant et juste ac viriliter regant et abbati regulari a fratribus ejusdem congregationis, voluntate et consensu abbatis et totius congregationis Cluniacensis monasterii regulariter electo regendam tradant. Sed et si de Wilelmo, Pontii filio, legales non apparuerint filii, fratribus suis Raimundo et Ugoni, filiis Pontii similiter, per conventionem suprascriptam ipsis et filiis eorum, qui legales ex eis prodierunt, habituram trado. Quod et si casu evenerit, ut omnium istorum comitum palatinorum abolendo progenies evanescat, illi tamen qui sorte post eos arcem ac regimen Tolosani comitatus acceperit et qui secundum ordinem et secundum seculi dignitatem predictam abbatiam possidere voluerit, similiter habendam cedo, salva in omnibus fide abbatum futurorum Cluniensium. Hoc autem ut omnibus, tam presentibus scilicet ac futuris, pateat, volo quod predicti mei seniores ac palatini comites, Poncius et ejus filius Wilelmus ante hanc meę donationis guirpitionem mihi dextras et propriorum insuper cor-

[1] *L'Art de vérifier les dates* fait mourir Pons en 1060; il est vrai que dans tout le cours de cet acte il semble encore vivant, mais comme à la date on ne voit plus figurer que son frère Guillaume, il faut admettre que l'acte a été terminé après la mort de Pons, ce qui justifie la date de 1063.

porum fidem dederint numquam se daturos cuiquam hominum viventium Sancti Petri Moysiacensis monasterii abbatiam, nisi abbati regulari regulariter, ut dictum est, a fratribus ejusdem cœnobii, jussu et voluntate abbatis et congregationis electo. Et ut hoc meę dimissionis annotatio semper firma stabilisque permaneat, in manibus predictorum meorum seniorum, comitum Pontii et filii ejus Wilelmi, coram nobilibus, propriis meis manibus subnixa stipulatione firmavi. Hujus autem rei testium vocabula subter habentur inserta. Ego Gaubertus abba nominatus rem dictam reddidi stabilitate firma. Gaubertus de Lauragensi castro firmavit. Bernardus Petri de eodem castro firmavit. Bernardus Rainonis de Wandalorum castro firmavit. Raimundus Emelii firmavit. Facta donatio hæc in manu Wilelmi comitis Tolosani, anno ab incarnatione Domini millesimo LXIII, regnante rege Philippo, data V idus junii.

3393.

CHARTA QUA GIRALDUS, PRESBYTER ET MONACHUS, ROTBERTUSQUE PRESBYTER, NOTUM FACIUNT SE ET QUEMDAM RAIMUNDUM, CUM QUATUOR NEPOTIBUS SUIS, ECCLESIAM SANCTI PETRI ISPACENSIS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 132, CXXXIIII.)

Omnibus christicolis sub norma catholicę fidei degentibus notum esse volumus, quod ego Giraldus, tunc clericus, nunc autem, gratia Dei, monacus, et Rotbertus presbiter, locum Ispacensem in honore sancti Petri consecratum, situm in episcopatu Nivernensi, XX solidis comparavimus, hoc est dimidiam æcclesiam et partem decimę quam Oliverius miles in fisco detinebat, cum consensu et laudatione eorum a quibus ipse possidebat; eo tenore et ratione ut Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo Cluniensis cœnobii traderetur. Quod postea etiam ipsi ad quos legaliter pertinebat, inspiratione divina tacti, videlicet Gaufredus, Raimundus, Iterius et Rannulfus, IIII^or fratres, in tantum laudaverunt et auctorizaverunt, ut venirent ante presentiam cunctorum Cluniensium fratrum, et facerent donationem ex integro

1063 (avant le mois de septembre).

IMPRIMERIE NATIONALE.

cunctis fratribus predicti loci pro remedio animarum suarum et omnium parentum suorum; et hoc pacto acceperunt societatem in cunctis beneficiis eorum quę in ipso loco et in ceteris sibi subjectis deinceps fierent et insuper cimiterium magnum et amplum addiderunt. Quinetiam promiserunt quod custodes et provisores ipsius loci essent, et hominibus inibi habitantibus nichil torturę, nec ipsis, nec bestiis eorum deinceps facerent. Quod si quis hęc transgressus fuerit vel infregerit, cum Juda traditore Domini porcio ejus sit, nisi penituerit et emendaverit. Raimundus vero avunculus eorum, cum uxore et filiis suis, alteram mediam partem ejusdem æcclesiæ similiter contradidit cum cimiterio et omnibus adjacentiis. S. Raimundi avunculi eorum, S. Gausfredi, Raimundi, Iterii et Rannulfi, IIII^or fratrum, qui hoc donum fecerunt. S. Oddonis[1].

3394.

NOTITIA DONATIONIS ALODII SUI ECCLESIÆ ISPACENSI A GOTBERTO PRESBYTERO FACTÆ.

(B. h. 133, CXXXV.)

1063 (avant le mois de septembre).

Gotbertus etiam presbiter[2], qui quando vita excessit habitum sanctæ religionis sumpsit, suum alodum cum consensu et laudatione suorum nepotum et parentum ex integro, pro amore Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli Cluniensiumque fratrum eidem æcclesiæ condonavit. Facta est autem hęc descriptio sive donatio anno ab incarnatione Domini millesimo LXIII, regnante rege Franchorum Phylippo.

[1] La date se trouve à la pièce suivante, continuée par celle-ci.

[2] Cette pièce n'est que la suite de la précédente, c'est une donation faite à l'église, elle-même donnée au monastère de Cluny.

3395.

SYNODALIS DIFFINITIO INTER DOMNUM HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, ET DOMNUM DROGONEM, EPISCOPUM MATISCONENSEM, SUPER JURISDICTIONE ABBATIÆ.

(Bibl. nat. or. 118; C. 7.)

In nomine, etc. Temporibus domni Alexandri papæ, etc. (*Bibl. Clun.*, col. 509[1], et *Bull. Clun.*, p. 209, col. 1.) 1063.

3396.

INDICULUS SACRAMENTI SYNODALIS DIFFINITIONIS (UNDE SUPRA[2]).

(Bibl. nat. or. 118; C. 8.)

Audiat, inquit, domnus Petrus Ostiensis episcopus, etc. (*Bibl. Clun.*, col 510[3], et *Bull. Clun.*, p. 209, col. 2.) 1063.

3397.

NOTITIA QUALITER MONASTERIUM SANCTI MARTIALIS LEMOVICENSIS A MONACHIS CLUNIACENSIBUS OCCUPATUM FUERIT.

Notum esse volumus, etc. (*Baluze, Miscell.*, t. VI, p. 516, et t. I, p. 123, édit. in-fol., *ex chronico S. Martialis Lemovicensis ms.*) 1063.

[1] Col. 509, ligne 31, *caputque*, ajoutez *serpentis qui;* ligne 36, *obviaret*, lisez *obviaretur*. Col. 510, ligne 4, *consumpta*, lisez *presumpta;* ligne 12, *primus*, ajoutez *sancti;* ligne 13, *propter*, lisez *præter;* ligne 26, *quoque*, ajoutez *singillatim*.

[2] [L'évêque de Mâcon, Drogon, avait tenté d'envahir l'abbaye de Cluny pour la soumettre à sa domination. Hugues se plaignit à Rome, et l'évêque d'Ostie, Pierre Damien, vint comme légat présider à Chalon un synode dans lequel Drogon fut condamné à ratifier les privilèges apostoliques.]

[3] Col. 511, ligne 28, *pax*, ajouter *in fraterne*.

3398.

CHARTA QUA OUDALRICUS DE PETUERIS MILES, NEPOS AYRICI, AURELIANENSIS EPISCOPI, DIMITTIT CONSUETUDINES QUAS HABEBAT IN ALODO QUI VOCATUR SINE AQUIS.

(Bibl. nat. cop. 32-155; B. h. 408, CCCCXI [1].)

1063-1067. Ego, in Dei nomine, Oudalricus [2] miles de castello Petueris, nepos domni Ayrici episcopi Aurelianensis [3], dimitto consuetudines quas habebam in alodo qui vocatur Sine Aquis, scilicet sepulturam, decimam et oblationes, omnesque redditus virorum et mulierum qui ibi ospitati sunt et ospitabuntur. Hujus rei gratia susceperunt me fratres omnes in capitulo Cluniacensi in societate sua. S. Oudalrici militis, qui hanc donationem fecit et manu propria firmavit super altare. S. Walterii militis de Guado.

(*Au dos:*) Carta Oudalrici militis, nepotis domni Airici episcopi Aurelianensis.

[1] La copie du cartulaire offrant de nombreuses différences, nous croyons devoir la reproduire ici en note, vu sa brièveté :

CCCCXI. *Udalricus nepos domni Airici episcopi consuetudines in alodio Sine Aquis.* Priscorum patrum usu et auctoritate informamur, ut ea de quibus nobis succedentes certos reddere volumus, scripto committere debeamus, ne oblivionem decessione vel successione videantur pati. Igitur omnibus pateat, quod ego, in Dei nomine, Oudalricus miles de castello quod dicitur Petueris, nepos domni Ayrici, episcopi Aureliacensis (*sic*), dimitto consuetudines quas habebam in alodo qui vocatur Sine Aquis, scilicet sepulturam, decimam, oblationes, omnesque redditus virorum et mulierum qui ibi hospitati sunt et hospitabuntur. Hujus rei gratia susceperunt me fratres omnes in capitulo Cluniacensi in societate sua, Quod ut ratum et inconvulsum per evum omne permaneat stipulatione subnixa, propria manu super altare Sancti Petri posui cartam consignatam. S. Oudrici militis, qui hanc donationem fecit. S. Walterii militis de Gaudo.

[2] Ce mot commence partout avec un O chargé d'un V, ainsi que nous en avons déjà vu des exemples.

[3] [Haderic de Broyes, évêque d'Orléans de 1063 à 1067, est connu pour ses actes de simonie. Cf. *Gallia christiana*, t. VIII, pr. c. 495.]

3399.

CHARTA QUA SILVIUS ET FILIUS EJUS WIGO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE LODESSA, IN REGIONE LIMAGNA.

(Bibl. nat. cop. 28-15; B. h. 18.)

Omnibus intra sacrosanctam ecclesiam consistentibus luce clarius pateat, quod ego Silvius et filius meus Wigo, reminiscentes peccata que per incuriam humana committit miseria, ex ipsis possessionibus que nobis pius Dominus contulit facimus eumdem largitorem pium et propitium heredem, ut de cujus munere talia accepimus, ipso largiente, veniam peccatorum nostrorum percipere mereamur. Donamus itaque et concedimus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacum, ubi prodest magis quam preest domnus Hugo abba, aliquid de propria nostra hereditate, que est sita in episcopatu Clarmon[ten]si[1] et in regione que dicit[ur] Limagna[2]. Est autem hoc donum æcclesia celebris et renominata que vocatur de Losdessa, cum vico sive burgo sibi adherente, et cum omnibus mansionibus que ibi habentur, et omnibus appenditiis que ad ipsam æcclesiam pertinent, decimam videlicet cunctarum rerum, vel fructuum[3] que ipsa æcclesia actenus habuit, absque ulla retentione donamus; campos ætiam cultos et incultos, vineas, agros, prata, pascua, exitus et introitus quarumque viarum, flaccentia, irrigua, et arentia, et, ut breviter concludamus, quicquid illud est quod ego Silvius tenui et mater mea Aiglina et filio meo Vigoni reliqui, ut ipse vice mea, quem sors mortis preripuit, hoc donum faceret jam dicto loco Cluniaco et habitatoribus ejus, ut deinceps habeant, teneant ac possideant jure hereditario, absque alicujus persone contradictione. Si denique infidelis anima hoc donum, quod nos singulariter liberum et ab omni prorsus calumnia nitidum predicto loco concedimus, calumpniare attentaverit, ire Dei omnipotentis et sanctorum ejus subjaceat et cum Datan et Abiron

1064, 31 mars (n. s.).

[1] B. *Clarmontensi*. — [2] B. *Ligmagna*. — [3] B. *frugum sive fructuum*.

vivus demergat[ur] in tartareus cahos, nisi congrua ei subvenerit emendatio; hæc autem carta cum auctoritate propria firma et stabilis et inconvulsa permaneat. S. Silvii et filii ejus Wigonis, qui hoc donum fecerunt et hanc cartam firmaverunt et laudaverunt. S. Wilelmi. S. Pontii. Actum publice Cluniaco, infra septa monasterii, II kal. aprilis anno millesimo LXIII° ab incarnatione Domini, regnante Philippo rege anno regni ejus IIII^to. Gunbertus sacerdos ad vicem cancellarii scripsit.

(*Au dos :*) Carta de ecclesia que vocatur Lotdeva.

3400.

CHARTA QUA NOTUM EST LAMBERTUM, FILIUM HUGONIS DISCALCIATI, ET MATREM EJUS WANDALMODEM WERPITIONEM CUJUSDAM FEUDI IN VALLE SANCTI PONTII MONACHIS CLUNIACENSIBUS FECISSE.

(B. h. 607, DCX.)

1064 (?), 1er août.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie fili[i]s pusillis et magnis, presentis temporis et futuri, quod pie memorię domnus abbas Odilo dedit terras, vineas, prata, campos et silvas in feudo militi Hugoni, cognomento Discalciati, in valle Sancti Pontii. Post cujus mortem, hoc idem feudum reddidit et concessit domnus Hugo abbas, successor patris Odilonis, Vuandalmodi et Lamberto, uxori ac filio ipsius Hugonis. Tandem post multa jurgia et multa dispendia pro hoc feudo illata Cluniacensibus fratribus, accipientes ab ipsis C et LX solidos et unum mansum et mulum valentem C solidis, Lambertus et Vuandalmodis mater ejus vuerpiverunt ex toto ipsum feudum et servos quos calumpniabantur, videlicet Teodericum de Rufiaco cum filiis suis, et uxorem Acardi Sartoris, cum [infantibus suis?], et servos et ancillas, de campi Lupiaco, quos similiter calumpniabantur, cum omnibus querelis. Hocque facto placito, venit ipse Lambertus ante presentiam domni Hugonis abbatis, in conspectu totius capituli, et quesivit ac inpetravit absolutionem pro ipsa tortura et reliquis malefactis. S. Odulrici, Gaufredi et Bernardi, trium fratrum, de Cluniaco. S. Constantini de Malliaco. S. Echelini de Soliniaco : hii omnes hanc vuerpitionem audierunt et laudaverunt, cum pluribus aliis quorum non reminiscimur.

Quod si quis deinceps hujus vuerpitionis ulla occasione calumpniator exsurrexerit, super eum veniant omnes penę et maledictiones promisse reprobis, nisi cum digna satisfactione penituerit seque emendaverit. Facta est autem hec vuerpitio, mediante domno Hugone abbate, astantibus fratribus in communi capitulo, anno ab incarnatione millesimo LX. VIII, kalendis augusti, die dominico[1], regnante Francorum rege Philippo.

3401.

CHARTA QUA HUGO VICECOMES ET ALII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUATUOR ECCLESIAS IN VILLIS ALAIRACO, CASALES, PRESSIACO ET VEZIACO.

(B. h. 17.)

Salvator noster fideles suos in Euvangelio ammonet, dicens : « Facite vobis amicos de Mamona iniquitatis, ut cum defeceritis reci- « piant vos in æterna tabernacula. » Hujusmodi ammonitioni obaudientes, ego Hugo, vicecomes Pruliensis et mater mea domna Adalaidis, et meus consanguineus Petrus, donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, in usum et servitium Dei servorum ibi degentium sub cura et regimine domni Hugonis, reverentissimi abbatis, quatuor æcclesias cum omnibus ad eas pertinentibus in pago Pruliensi sitas, et duo molendina. Una æcclesia est in villa quę dicitur Alairacus super ripam fluminis quod vocatur Lertius[2] et alia est in villa quę dicitur Casales; et tercia est in villa quę vocatur Pressiacus, et quarta in villa quę vocatur Veziacus. Has, ut predictum est, donamus potestativa manu absque omnium hominum contradictione, eo tenore ut Cluniacensis congregatio perpetuo jure eas habeat et possideat pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum : excepta quinta parte in æcclesia quę est Alairaco; et in æcclesia quę est Veziaco tercia parte excepta, quas partes non nos sed alii consanguinei habuerunt. Si quis autem hanc donationem nostram

1064, 16 novembre.

[1] Le 1er août 1068 tombe un vendredi, nous croyons qu'il faut lire LXIIII, année où le 1er août était un dimanche.

[2] [Lisez *Jertius* pour *Gercius*, le Gers, sur lequel est situé Layrac, à environ 3 kil. du confluent avec la Garonne. Cf. n° 3385.]

ullo modo infringere temptaverit, hujus affectum ne perveniat ad effectum, validissima manus Dei omnipotentis prohibeat, et ipsius odium et omnium ejus incurrat. Et preterea condempnamus eum ad fiscum regis vel comitis Vasconię, ut sit debitor decem librarum auri. Facta est autem hæc carta in villa quę dicitur Mons Calvus, anno Dominicę incarnationis millesimo sexagesimo IIII, regni autem Phylippi regis Francorum IIII^to [1], ordinationis quoque domni Wilelmi Aginnensis æcclesiæ episcopi IIII°, XVI kalendas decembris, indictione II; presentibus domno Hugone Cluniacensi abbate, cujus et supra meminimus, et domno Duramno, Tolosanę sedis episcopo, necnon viris nobilibus Arnaldo, Wilelmo, Pontione, Petro.

3402.

CHARTA QUA ERACLIUS, BIGORRENSIS EPISCOPUS, BERNARDUSQUE BIGORRENSIS COMES, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM SS. FELICIS ET LICERII.

(B. h. 15 [2].)

1064, 21 novembre.

Ego Eraclius, Dei gratia Bigorrensis æcclesię episcopus, et Bernardus, Bigorrensis comes, desideramus et rogamus omnes Christi fideles tam futuros quam presentes, ut sint testes et fautores negocii quod in presentiarum dicturi sumus. Ex hereditate parentum nostrorum devolutum est ad possessionem nostram monasterium in territorio Bigorrensi situm, quod est contructum in honore beati Felicis martyris et beati Licerii confessoris et episcopi. In hoc ex multo tempore congregatio fuit monachorum, sed pro peccatis nostris, per incuriam nostram et aliarum personarum ad quarum curam et dispositionem idem monasterium pertinuit, non ita valebat ibi regularis disciplina et ordo monasticus, ut vel Deo placeret, vel nobis ad salutem animarum nostrarum expediret. Visum est ergo nobis querere consilium et auxilium domni Hugonis reverendi abbatis, et regentis illud reverendum collegium monachorum Cluniaco congregatorum. Per

[1] [L'année du règne part ici de 1061.] — [2] Publié dans la *Gallia christ.*, t. I, instr. p. 191, et en partie, *ibidem*, p. 1243.

hujus loci abbates cum pleraque monasteria restaurata sint et meliorata per karitatem que, ut apostolus ait, omnia sperat[1], affectavimus nos quoque simile beneficium eorum sanctitatis obtinere. Hujus rei gratia, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum facimus ipsius predicti monasterii tradictionem, et omnium rerum ad hoc quolibet modo pertinentium, Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum cujus supra meminimus Cluniacum; eo tenore ut Cluniacensis congregatio perpetuo jure illud habeat et possideat, et hujus congregationis abba, videlicet Cluniacensis, secundo loco post se committat cui velit et quomodo velit curam monasterii, et hoc semper fiat, sine omnium mortalium contradictione. Volumus quoque ut liberum sit et absolutum ab omni servitio et posteris nostris et cuilibet seculari, vel æcclesiasticę potestati. Et hoc sit manifestum et indubitatum quod nostra est voluntas et nostra petitio, ut hæc eadem nostra traditio per romanum pontificem confirmetur, ut quicumque eam violare et infringere temptaverit, sciat se per ejus auctoritatem excommunicatum, et a sancta Dei separatum æcclesia. Hæc autem carta scripta est in ipso Bigorrensi castro, et data XI kalendas decenbris, anno Dominicę incarnationis millesimo sexagesimo quarto, regni autem Phylippi regis Francorum quarto[2], indictione secunda. Signum domni Eraclii Bigorrensis episcopi. Signum domni Bernardi, Bigorrensis comitis, qui hanc cartam dederunt. Signum domni Stephani Oloronensis episcopi. Signum domni Durandi Tolosani episcopi. Signum Gregorii Lacurrensis episcopi. Signum Petri Aturrensis episcopi. Signum domni Bernardi, Dormaniacensis comitis[3].

[1] [*Ad Corinth.* XIII, 7.]

[2] [Même remarque qu'à la charte précédente.]

[3] [Cette forme altérée ne peut désigner que le comte d'Armagnac Bernard II, dit Tumapaler, qui vivait encore en 1079. Le monastère de Saint-Licar ou Saint-Lizier fut fondé, dit-on, au VIe siècle. Situé près de l'Adour, dans le faubourg de Tarbes, il était tombé entre les mains de nobles, dont l'incurie y laissa péricliter la discipline monastique.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

3403.

« CONSTITUTIO ACHARDI, EPISCOPI CABILONENSIS, QUAM FECIT DE CAPELLA QUÆ DICITUR A LA CARMEDA, CUM CONSENSU CLERICORUM [1]. »

(B. h. 686, DCLXXXVIIII.)

1064, 3 décembre.

Anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo IIII, indictione II, feria VI, luna XX, III nonas decembris, dedicatio hujus loci æcclesiæ in honore beatæ Mariæ sanctorumque martyrum ac piissimi et dulcissimi patris beati Odilonis, quam egit piæ memoriæ domnus Achardus Cabilonensis episcopus cum venerabili cętu nobilium clericorum sibi adherentium. Est autem hæc capella sita in suburbio Cabilonis, in parrochia quæ vocatur Cidanis[2]. Locus autem in quo ipsa capella sedet dicitur a la Carmeda, cincta undique silva densissima[3]. Quam passim incisam, aliqui homines undecumque adventantes habitacula sibi commoda prepararunt in circuitu predicti oratorii. Constituit itaque jam dictus episcopus cum consensu clericorum, ut omnes convenæ qui de aliis locis ibi advenerint causa habitandi vel quoquomodo demorandi, ut ipsi capellæ prebeant certam offerendam, et baptisterium, quando etiam defuncti fuerint debitam in ipso cimiterio ab ipso presule sacrato excipiant sepulturam, sine alicujus personę contradictione. Quod si quis huic constitutioni impie repugnare nisus fuerit, quod causatur non vendicet, sed sub vinculo anathematis permaneat, usque dum congrue resipiscat. Istud decretum factum et laudatum est a domno Achardo pontifice et a clericis subnotatis. Domnus Roclenus prepositus et decanus laudavit. Rodulfus archidiaconus, Constantinus capellanus, Ademarus canonicus, Bertrannus grammaticus, laudaverunt. Et non solum isti presentes, sed et alii absentes laudaverunt. Volumus etiam nosse cunctos rationabilitatem sectantes,

[1] Ce sommaire est emprunté au cartulaire lui-même.

[2] *Sienne*, compris aujourd'hui dans la commune de la Charmée, près et au sud-ouest de Chalon. Voy. ci-dessus nos 3390 et 3391 la donation faite par Roclenus, prévôt de l'église de Chalon.

[3] Ce détail est encore exact.

quod Tethbaldus, comes Cabilonensis, requirebat in silva quę vocatur Prestaria capturam cervorum, aprorum, caprearum cęterorumve animalium silvestrium, et ob hoc prohibebat culturam agrorum in ipsa silva fieri. Acceptis autem a domno Hugone abbate centum solidis, werpivit quod injuste requirebat in ipsa silva non solum semel set etiam bis.

3404.

CHARTA QUA RAIMUNDUS COMES [SANCTI ÆGIDII] MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM GORDINIACENSEM SUBJICIT.

(Bibl. nat. or. 119; cop. 28-195; B. h. 7 et 59 [1].)

Præcedentium patrum assertio docet et legalis institucio regalium preceptionum jubet, ut omnis homo cujuscumque dignitatis seu cujuslibet conditionis, qui quaslibet donationes seu venditiones sive commutaciones agere temptaverit, non solum nudis verbis id agat, sed literali pagina voluntatis suę secreta insigniri faciat, testiumque roboratione confirmari jubeat, quatenus per succedentia curricula temporum perpetuum obtineant firmamentum, et contra obloquentium garrulitatem veritatis teneant fundamentum. Igitur enim summopere providendum est, quamdiu in hoc laborioso certamine hujus vanissimi seculi laboramur et peregrinamur, et quamdiu acceptabile tempus atque dies salutis nobis instare videntur, tesaurizemus enim tesauros in cęlo, ubi nec erugo neque tinea demoliuntur neque fures effurantur. Debemus igitur sacre scripturæ obedire aliquando quę ait : « Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis, quia sicut aqua extinguit « ignem, ita elemosina extinguit peccatum. » Enimvero studeamus agere si qua bona valemus, omni dilatione postposita, operari non pigritemus. Faciamus nostros debitores eos quos veraciter novimus et in presentiarum corporum saluti consulere, et in futuro animarum judi-

1065, août.

[1] Imprimé d'après la copie du cartulaire de S. Hugues (ch. LIX), c'est-à-dire d'une manière incomplète, par Martène, *Thes.*, t. I, p. 190; Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. VI, instr. col. 296; D. Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr. c. 249. L. de Barive s'est borné à reproduire les passages omis dans les imprimés.

ces esse minime dubitamus. Scimus enim quia post mortem nil boni facere possumus, ideoque summopere studendum est, ut cum omni hilaritate lucrum faciamus animabus nostris, antequam ad illud subtile et incomprę̨hensibile ducamur examen, occulto judici satisfaciendo placatum habere possimus, et quę neglegenter a nobis sunt graviter commissa, fructu pęnitentiæ seu rerum presentiarum redimitione, dum in istius ævi brevitate moramur, qualitercumque possumus, tergere non desistamus. Legum jure sancxit auctoritas et antiqua consuetudo, ut qualiscumque homo de rebus suis juris proprię, si Regum regi aut sanctis ejus in elemosina, pro remedium animę suę vel parentum suorum, dare voluerit, plenissimam habeat libertatem ad faciendum. Quamobrem ego Raimundus, comes[1], considerans enormitatem scelerum meorum seu patris vel matris meę, et ut nobis Dominus in illo die examinis tremendi judicii sit clemens, pius et misericors, trado Domino Deo et sanctis ejus apostolis, videlicet Petro et Paulo, pro redemptione animę meę seu genitorum meorum, videlicet patris et matris, fratris quoque et sororis, omniumque propinquorum meorum tam preteritorum quam presentium et futurorum, Gordiniacensem abbatiam, cum omnibus appendiciis suis, quas nunc usque adquisivit et inantea adquirere poterit; totum ab integro trado Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, sine ulla dilatione, in perpetuum trado, non coactus neque cupiti precii adtractus, sed spontaneus et summa Dei inspiratione et propria voluntate hęc ago. Cluniacum denique monasterium hujus facti delego atque constituo preceptorem et vicarium, quatinus ab hac die et deinceps domnus Hugo abba, qui predicti cęnobii gubernacula pio moderamine nunc, Deo annuente, administrat, cunctique ejus successores hanc potestatem omnibus diebus regant, ordinent, atque, ut sibi melius visum fuerit, secundum Deum et secundum regulam Sancti Benedicti, ita disponant; sit etiam semper sub tutamine et sub regimine

[1] [Raymond, comte de Saint-Gilles, deuxième fils de Pons, comte de Toulouse.]

prepositi Sancti Saturnini. Omnes enim consuetudines quas antecessores mei hucusque in ea abuerunt, quibuscumque modis fuissent et ego usque modo habui, utrum fuissent justę an injuste, omnes ab odierna die eas relinquo Domino Deo et ejus genitrici, et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, preter dominicaturas meas proprias, quas mihi retineo. Est enim supradictus locus in honore Dei et in veneratione beate et gloriose semper virginis Mariæ, et est situs in pago Uzetico. Ego Raimu[n]dus comes cum omni integritate Domino Deo, ut sepe jam dixi, dono, donatumque in perpetuum esse volo, pro remedio animę meę, necnon et pro anima patris mei et matris meę, et omnium propinquorum meorum, insuper pro salute vivorum et requie omnium defunctorum, cum omnibus suis apenditiis, cum ecclesiis, villis, campis, pratis, vineis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, domibus, edificiis cum omni supraposito mobili et inmobili, exitibus et regressibus, cultis et incultis, quęsita etiam et inquirenda quę fuerint, imperpetuum firmiter solideque teneant et possideant, cum omni libertate, absque ulla consuetudine nullius persone. Si quis vero, quod futurum esse minime credo, ego ipse (quod absit!) aut aliquis consanguineus meus, in suos usus transferre conatus fuerit, primitus iram Dei omnipotentis, cujus res temerario presumpserit[1] ausu, vinculo etiam terribilis anathematis innodetur, et nisi resipuerit, cum Juda, Christi proditorę, perpetuo dampnandus consocietur, parsque ejus fiat cum Datan et Abiron quos terra vivos absorbuit et cum his qui dixerunt Domino Deo : « Recede a nobis; » omne quoque tempus vitę suę sub maledictione transeat : sit maledictus in civitate, maledictus in via, maledictus in agro, maledictus in aqua; maledictę sint reliquię ejus, maledictus sit fructus ventris ejus, fructusque terrę ejus; maledictus erit ingrediens et maledictus regrediens; mittat Dominus super eum famem et esuriem in omni tempore, donec conterat eum et perdat velociter, propter temeritatem qua contra Deum se erexit res ei dicatas invadendo; percutiat eum Dominus egestate,

[1] [B. h. 59 ajoute ici *arripere.*]

febri et frigore, ardore, estu et aere corrupto; corruat coram inimicis suis, et cadaver ejus sit in esca volatilibus cęli et bestiis terre; percutiat eum Dominus ulcere pessimo, contra quem ausus est garrire, scabię et prurigine a planta pedis usque ad verticem; omni tempore sit calumpniam sustinens, et opprimatur violentia, nec sit qui eum liberet; omnesque ejus complices et qui ei in hac factione assensum prebuerint, in ejusdem dampnatione consocientur, et omnes maledictiones quę in Scripturis sanctis continentur descendant super capita eorum, et dispereant in ęternum. Amen, amen. Fiat, fiat, nisi ad emendationem venerint. Ego denique Raimundus comes invoco sanctam Dei genitricem Mariam, et XII apostolos Domini nostri Jesu Christi, Petrum, Paulum, Andream, Jacobum, Johannem, Tomam, Jacobum, Philippum, Bartholomeum, Matheum, Symonem, Tadeum, in auxilium et confirmationem hujus donationis, ut si quis presumptor eam aliquando violare presumpserit, ipsi sancti apostoli et omnes sancti sint illi contrarii in hora mortis ejus et ante tribunal etęrni judicis. Signum Raimundi comitis. S. Willelmi *Sabran*. S. Rostagni *Carmiian*[1]. Facta est hęc carta anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.LXV, inditione III, mensse augusto, regnante Philippo rege magno Francorum. Scripta in cenobio Sancti Saturnini, a Willelmo monacho, sacerdote indigno atque Teutonico, imperante Raimundo comite[2].

(*Au dos:*) Carta de Gordaniges.

3405.

CHARTA QUA TEDZA ET FILIUS EJUS ODILO DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS FARGIACENSI ET CASTANIENSI.

(Bibl. nat. cop. 28-187; B. h. 220, CCXXII[3].)

1065, 1er septembre.

Noverint cuncti filii sive fideles sanctæ matris æcclesiæ, tam presen-

[1] Les noms soulignés sont écrits en interligne au-dessus des prénoms.

[2] B. h. 59, qui est fort abrégé et dépourvu du préambule et des formules d'excommunication, ajoute ici : « astantibus multis honestis viris, monachis, clericis, militibus et laicis ».

[3] La copie du cartulaire commence par

tibus quam futuris, quod ego Tedza femina vidua, ob remissionem meorum ac mariti Ebrardi et patris ac matris totiusque meæ consanguinitatis facinorum, conjuncto consensu et laudatu filii mei Odilonis, in primis Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro atque Paulo fratribusque Cluniacensibus, dono et trado, post meum discessum, medietatem totius mei alodi[1], situm et positum in villa Fargiacensi, in episcopatu Cabilonensi, ac medietatem vineæ positæ in villa Castaniensi, ita ut ab ipsis perpetuo, absque ulla calumpnia vel mala consuetudine, possideantur et retineantur. Sed et in vita mea de ipso alodo in vestitura duo jugera sive duos jornales, et de vinea duos sextarios vini. Ego quoque filius ejus Odilo similiter, post meum discessum, si sine legali herede obiero, alteram medietatem alodi quæ ex parte matris retineo, offero et dono; et illius alodi que ex parte patris habeo, do ac trado eodem modo[2]. S. Isembardi presbiteri. S. Richardi prepositi. S. Constantini Pelliciarii et filii ejus Bernardi. S. Bernardi Calvi et Ornadi Sartoris. Facta [est] autem hæc donatio sive descriptio Cluniaco, in publico capitulo, anno ab incarnatione Domini millesimo LXV, indictione III, feria v^ta^, kal. septembris, luna XXVII, regnante rege Francorum Philippo. Quod si quis contradictor sive calumpniator hujus donationis insurrexerit, sit portio ejus cum Juda traditore Domini, et Dathan et Abiron, in inferni baratro.

des formules absentes de l'original. Les voici : « Quoniam refrigescente karitate atque habundante iniquitate, a nonnullis « quędam bene ordinata ac Deo dicata injuste ac violenter usurpantur, iccirco « provida priorum industria patrum, ne « decessione forte vel successione varientur « ad posterorum notitiam scripto tradita « ea delegavit; et quoniam ad ea tutanda « ac defendenda tempore necessitatis semper presentes existere aliquando humane « nature debitum exsolventes nonnunquam alia procurantes nequeunt, saltim « auctoritatibus suis ac scriptis ea protegant, obstruentes ora volentium benefacta eorum diruere. Quapropter omnibus infra matris ecclesiæ gremium « degentibus, tam presentibus quam absentibus notum esse volo, quod ego Tedza, etc. »

[1] B. ici et plus bas *alodii*.

[2] Dans B., il y a quelques transpositions dans ce qui suit; mais en somme peu de changements.

3406.

CHARTA QUA JOZERANNUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DOMUM SUAM IN VILLA CLUNIACO, AD FUNDANDUM PAUPERIBUS HOSPITIUM.

(B. h. 229, CCXXXI.)

1065. Noverit omnis Cluniacensium fratrum conventus, preterea omnes Christi fideles tam presentis temporis quam futuri, quod adolescens quidam, Jozerannus nomine, Hugonis et Supplicīæ filius, transitoria stabilibus et temporalia eternis commutans, laudante et auctorizante uxore sua Euphania necne filiis Gousfredo, Hugone et Vuidone approbantibus, domum suam in villa Cluniacensi sitam Domino Deo et beatis ejus apostolis Petro et Paulo, ob animę suæ parentumque suorum remedium, jure perpetuo possidendam tradidit ac delegavit, ea videlicet ratione, ut undecunque commeantium paratum sit pauperum receptui ospitium, ubi introducantur, jaceant, et humanitate hospitali pro modulo inibi statuto curentur. Addixit quoque idem juvenis e servis suis unum ejusdem ospitii famulitio deputatum, pauperum curam gerentem, ignem, aquam, lectisternia, queque alia poterit necessaria ministrantem. Verum ut idem famulus certam cotidianamque e fratrum cellario annonam habeat, dedit etiam idem adolescens de terris suis quas possidere videbatur, vineam et prata terramque arabilem quę ideo visę commodissime sunt, quia intra possessiones beati Petri claudebantur. Hanc autem traditionem hoc quoque pacto firmavit, ut si Deus ejus cor forte melius sapiendo inspiraverit, ut converti ad Dominum velit, sibi quoque misericordiæ aditus pateat, et societatem fraternitatis paratam habeat. Facta est autem donatio hæc et investitura supradictarum rerum in capitulo Cluniacensi, in manu domni Hugonis abbatis, anno incarnationis Domini M.LXV, indictione III, regnante rege Francorum Philippo anno IIII[1]. Testes hujus traditionis Gaufredus, Hugo, Wichardus sunt, et alii quamplures.

[1] Ce chiffre est inexact. L'année 1065 devait être la cinquième année du règne de Philippe I[er], voire même la sixième, si l'acte se place après le mois de septembre. Mais on connaît d'autres exemples analogues. Voyez l'*Art de vérifier les dates*.

3407.

CHARTA QUA EMMA, CONSENTIENTIBUS FILIIS SUIS BERNARDO, MILONE, JOSCERANNO, ET ENMARO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO REQUIE DEFUNCTI MARITI SUI BERNARDI, MANSUM IN VILLA TAVELLIS.

(B. h. 609, DCXII.)

In nomine Patris omnipotentis. Ego Emma, cum filiis meis Bernardo, Milone, Josceranno, Enmaro, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo quendam mansum ad locum qui vocatur Cluniacus, pro viri mei defuncti absolutione seu requie, ut Deus omnipotens, per intercessionem summorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum, liberet animam ejus de inferni voragine, et a ministris tartareis clementer eripiat et in sinu Habraę eam perducat. Ipse denique mansus est situs in Cabilonensi pago, in villa quę vocatur Tavellis[2]; ab oriente terminat via publica, ab occidente via quę ducit ad Sanctum Jamgulfum, undique vię per circuitum. Ipsum vero mansum ego et filii mei, sicut superius dictum est, donamus totum ex integro Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locum supradictum, ut ibidem Deo servientes teneant, habeant, possideant jure perpetuo. Si quis vero aut ex heredibus nostris, aut de successoribus, aliquam calumpniam inferre temptaverit, in judicio publico quod habere poterit persolvat usque ad unum nummum. Si pertinax extiterit, cum Dathan et Abiron descendat in infernum, et cum Caypha et Juda traditore Domini maneat in ęternum supplicium. Quod vero repetit vendicare non valeat; carta hęc firma et stabilis permaneat.

1065, environ[1].

[1] La date approximative que nous donnons à cet acte est fondée sur cette circonstance que tous les enfants issus de la donatrice et de son mari défunt viaient vencore. Voyez le n° 3435 (1070).

[2] Voyez aussi les n°s 3436 et 3437.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3408.

CHARTA QUA HUMBERTUS MILES ET MONACHUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM ET SERVOS IN VILLA BIERIAS.

(Bibl. nat. cop. 29-62; B. h. 378, CCCLXXX.)

1066, juin (?). Notum sit omnibus hominibus, quod ego Humbertus miles reminiscens pondus peccatorum meorum seu patris et matris et omnium parentorum meorum, ideoque dono Deo et sanctis ejus[1] Petro et Paulo ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur, aliquid de rebus meis hereditariis, que sunt site in pago Matisconensi, in villa cui vocabulum est Bieries[2] dono unum mansum, quem Grimaldus tenet et franchisam mansi, et omnia que ad ipsum mansum pertinent. Insuper [dono[3]] unum servum, cui nomen est Grimaldus, non illum cujus supra mentionem fecimus, sed alium ejus cognomen. Hanc donationem ego Humbertus miles atque Cluniensis monachus affirmo et corroboro, et fratres mei Wido et Durannus, Gaufredus consobrinus meus, Hugo et frater ejus Artaldus. Facta est hec anno M LXVI, indictione III[4], regnante Phylippo rege Francorum, mense VI[5], feria VI, a Willelmo monacho atque Teutonico.

3409.

CHARTA QUA ARNALDUS MIRO ET UXOR EJUS ARSINDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI ET CASTELLUM AGGERI IN HISPANIA.

(B. h. 19.)

1066, 25 novembre. Omnipotentis Dei misericordiam prestolantes, metuentesque au-

[1] B. ajoute *apostolis*.

[2] Le cartulaire porte *Bierias*, qui est préférable.

[3] [B. *dono ætiam.*]

[4] Le cartulaire porte aussi ce chiffre; mais il faut lire *IV*.

[5] Cette façon de désigner un mois n'est pas commune.

ditum malum, atque desiderantes « Euge » bonum, ad honorem et rever[en]tiam nominis sanctæ Trinitatis, ego Arnallus[1] fidelisque mea conjunx Arsindis, propter remedium animæ karissimi filii nostri Guilelmi, nostrarum, nostrorumque parentum, obtimum et insigne donum ab ipso nobis concessum, Deo Patri et Filio Spirituique sancto, ac Sancto Petro Cluniacensi domnoque abbati Hugoni, et omnibus monachis predicti loci, donamus nos predicti Arnallus et Arsindis æcclesiam Sancti Petri quę est fundata infra castellum Aggeri, cum omnibus suis pertinentiis, ipsumque castellum Aggeri cum omnibus adjacentiis suis, cum omnibus castellis, villis, vicis, munitionibusque ac æcclesiis, mansis, terris, planis, montibus, montanis, vallibus, silvis, garricis, quadris, turribus, aquis, aquarum viæ (*sic*) ductibus reductibusque earum, tam rusticum quam et urbanum, cum exitibus et regressibus earum, cum militibus, cavallariis, hominibus, mancipiis universis utriusque sexus, infra terminos castelli predicti degentibus, sicut nos predicti donatores ibi habemus ac habuimus et habere debemus, et sicut scriptum est in cartis illius æcclesiæ Aggeri, quas scribere rogavimus, et cum omnibus quę æcclesia predicta habet et habere debet, necnon, adjuvante Deo, adquisitura est, et de nostro jure tradimus et in potestate Sancti Petri et cenobii predicti domnique abbatis et monachorum ejus mittimus et transfundimus, ea tenore ut fiat ibi monasterium regulare, et ut perhenniter sit alodium Sancti Petri, abbatum monachorumque Cluniacensium, in tali vero ratione, ut castrum dictum Aggerem et castella sibi pertinentia, et alia castra æcclesiæ jam dictæ quæ nos predicti sibi dedimus, teneamus nos predicti donatores de manu abbatis Cluniacensis et de manu prioris Aggerensis quem ibi miserit vel constituerit abbas Cluniacensis, et castellani qui tenuerint illa castra pro nobis sint homines abbatis Cluniacensis et sint fideles Sancti Petri et monachorum ejus de rebus illorum, salva nostra fidelitate et posteritaté nostra, et ita fiant omnia sicut scribere fecimus in cartis Sancti Petri vel adhuc cum consilio abbatis predicti scribere

[1] Dans le sommaire du cartulaire on lit *Arnaldus*. Cf. *Marca hispan.*, p. 446.

faciemus, salva securitate Romanę æcclesiæ. Post obitum vero nostrum, posteritas nostra cui nos predicti donatores diviserimus per scripturam testamenti, teneat similiter castra predicta de manibus abbatis Cluniacensis et prioris Aggerensis, et sint sui homines comandi, et jurent eis fidelitatem et securitatem predictorum castrorum et abbas predicti loci Cluniacensis habeat hęc prescripta de potestate Sancti Petri et domni papæ Romani, et reddat per quinquennium x solidos aureos, sicut continent privilegia a pontificibus Romanis Aggerensi æcclesiæ concessa. Sunt hæc ergo quę prediximus in Ispaniam, in finibus christianitatis quę, preveniente comitanteque ac subsequente virtute Domini Dei nostri, nos inde ejecimus Sarracenos, cum maxima ex utraque parte sanguinis effusione, et quia sunt perpulchra sanctioribus et precellentissimis locis jungere quatinus pro amore fili nostri dilecti ibi dormienti. Hanc autem cartulam donationis et investiture tante rei anno MLXVI incarnationis Dominicę, septimo kal. decenbris, regnante rege Philippo, scribere fecimus, ac domno abbati Cluniacensi per karissimum monachum, fratrem Henricum, misimus voluntarie et potentialiter firmam et corroboratam; laudamus hanc in æternum esse permanentem. Cum autem, dante Deo, venerimus ante faciem domni abbatis Cluniacensis, omnes Aggerensis æcclesiæ cartas sibi dabimus, insuper ampliorem testamentariam innovabimus. Si quis vero contra hanc donationem venerit vel inquietaverit, quod quesierit non valeat vendicare, sed in triplici Sancto Petro conponat, et confusione plenus, nisi legaliter emendaverit, anathematis vinculo in æternum mactetur, et nisi resipuerit, cum Juda traditore in infernum in perpetuo dampnetur, et non liceat de his omnibus predictis alicui viventi de communia monachorum æcclesiæ Aggerensis abstrahere neque aliter transmutare vel aliis hominibus subjugare, nisi sicut est prefinitum, aut cum predicto abbate nos predicti donatores constituendo sanctiemus. Sig. Arnalli Minoris (*sic*) et uxoris ejus Arsindis, qui hanc cartulam donationis et investiture magne rei scribere jussimus et firmavimus, et testes firmare rogavimus. S. Gaucerandi. S. Drogonis. S. Isarni monachi. S. Pontii, qui inerat cum Henrico. Henricus

monachus scripsit jussus, die annoque prenotato, cum duabus rasuris et XI suprascriptionibus.

3410.

CHARTA QUA ALMODIS COMITISSA ET FILIUS EJUS RAIMUNDUS, COMES RUTENENSIS ET NEMAUSENSIS, ABBATIAM SANCTI EGIDII MONASTERIO CLUNIACENSI TRADUNT.

(Bibl. nat. or. 120; B. h. 5 [1].)

1066, 15 décembre.

Deum patrem omnipotentem tocius creaturæ creatorem ejusque unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, et Spiritum sanctum vivificantem, ab utroque procedentem, unum Deum credere magnum est, operari autem quod precipit non minimum, ipsum vero spernere periculosum. Quapropter eum fideliter credere, perfecte diligere, humiliter obedire est omnibus necesse; precipue tamen istud illis convenit, quos sacri lavit unda fluminis, redemit unda sanguinis, perunxit liquor crismatis. Ad hoc enim facti sumus, ut Deo fideliter servientes seminemus terrena, ut metamus cælestia, Scriptura dicente : « Quecumque seminaverit homo « hęc et metet [2]. » Qualiter autem Deus inveniri possit, ipse in ęvangelio ait : « Date elemosinam et ecce munda sunt omnia vobis. » Quibus plane verbis ostenditur, quia nichil eo miserius quem inique adquisitiones deprimunt, quem locupletem fraudes et rapinę faciunt. Et quoniam ille nobis ambiendę sunt divitię, quę nos ornare possunt et munire, [et] a mundo disterminare, animas nostras ditare atque nobilitare, ideo, in Dei nomine, ego Almodis, nutu Dei comitissa, et filius meus Raimundus, comes Rutenensis et Nemosensis, Narbonensiumque nobilissimus, pro domni Poncii comitis remedio, et pro remissione peccatorum nostrorum atque parentum vivorum ac defunctorum, atque salute fidelium nostrorum obtimatum, abbatiam Sancti Egidii, et locum omniaque sibi pertinentia, Deo et domno Hugoni

[1] Cet acte a été publié par Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 480, et t. III, p. 48, édit. in-f°, d'après le cartulaire de saint Hugues; par Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr. col. 253, et par Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. VI, instr. col. 177, d'après l'original tiré des archives de Cluny.

[2] [*Ad Galatas*, VI, 8.]

presenti abbati Cluniensi et ejus successoribus, tradimus et donamus atque concedimus. Ita tamen ut in predicta abbatia, indominicaturam quam ibi habemus, et usus et usaticos retineamus, excepto quia neque abbatem nec monachos posthac distringemus neque dehonestabimus, sed potestas et districtio et ordinatio abbatum et monachorum Sancti Egidii, et eorum quę soliti sunt tenere, in domni abbatis Hugonis et successorum ejus potestate consistat, quatinus ipse et successores ejus locum predictum et omnia loco pertinentia, pro posse suo et voluntate secundum regulam Sancti Benedicti regulariter ordinent et teneant in æternum. Ut vero nostri parentumque nostrorum memoria Cluniaco perhenniter habeatur, hoc in dono abbatię predicte solummodo retinemus, ut successores predicti abbatis a nobis vel a successoribus nostris donum predictę abbatię absque ullo lucro et precio accipiant. Quod si successores nostri, successoribus domni abbatis predicti expedite, ut diximus, dare noluerint, nichil abbatibus petentibus obsistat, sed locum et omnia quę prediximus ipsis in Dei servitio possidentibus donum nostrum integrum inviolatumque perhenniter maneat. Hoc autem omnibus notum sit, locum [predictum[1]] et abbatiam predictam alodium esse sancti Petri, quę dono domni papę Romani tenemus, queque domno predicto abbati Hugoni, et ejus successoribus, salva fidelitate Romanę ęcclesię, et domni pape, tradimus perhenniter habendam et regulariter ordinandam; ita tamen ut census x solidorum debitus omnibus annis Romanę ęcclesię persolvatur.

Facta est autem hęc donatio anno MLXVI Dominicę incarnationis, octavo x kalendas[2] januarii, justa Nemausum civitatem, secus ęcclesiam Sancti Baudilii, regnante Philippo rege Francorum; videntibus atque laudantibus episcopis : scilicet domno Raimbaldo, Arelatensi archiepiscopo atque Romanę ęcclesię vicario, et domno Durando, Tholosano, et Hugone, Uzeticensi, et Rostagno, Avinionensi, Bertranno, Magalonensi; abbatibus : Bernardo, Massiliensi, Frotardo, Tomeriensi, Bernardo Vabrensi; Petro clerico Romanę ęcclesię sub-

[1] [Mot fourni par B.] — [2] Sainte-Marthe a lu seulement *octavo kalendas*, et mal daté cet acte.

diacono; Nemosensibus clericis : Salomone et Bertranno; militibus : Poncio *Geraldi*[1], Gerundensi vicecomite; Tridmundo *Elisiarni*, Wilelmo et Emenone fratre ejus de Sabran, Petro Aquiniensi, Rostagno de Poskeriis et fratre ejus Rainone, Rainoardo de Medenis, Bertranno de Capraria, et Petro fratre ejus, et Hugone de Kassanguis et Segario Salomonis, ac Wilelmo Belliroti, Umberto Gauzberti; insuper volente et laudante nobili Adala, Sustancionense comitissa, et aliis quamplurimis bonis hominibus Deo cognitis. Si quis vero cujuslibet ordinis seu dignitatis, contra hanc donationem venerit ad inrumpendum vel ad inquietandum aut contradicendum, omnipotentis Dei iram terribilem atque tremendam incurrat, atque cum Juda, perfidissimo traditore, et cum Datan et Abiron in inferno inferiori crucietur; omnibus insuper penis quibus illi cruciantur qui recedunt a Deo puniantur, et ipsi et eorum consentanei, qui huic donationi ressistere voluerint, nisi resipuerint et ad emendationem venerint. Signum † domne Almodis comitissa[2], et signum † domni Raimundi comitis, filii ejus, qui hanc cartam donationis scribere jussimus et testes firmare rogavimus. Signum † Rostagni de Poskeris. Signum † Adalberti Gitardi Barchinonensis. Signum † Berengerii de Barbarano. Signum † Elisiarii Dalmatii. Signum † Johannis Gerundensi capiscolii. Signum † Bernardi capellani Sancti Egidii. Signum † Rainardi Amati. Signum † Poncii de Nozeto. Signum † Fredelani Raimundi.

Bernardus monachus Auxiensis scripsit jussus, die annoque quo supra. Datum per manus Henrici monachi, ad vicem cancellarii.

Raimbaldus archiepiscopus. Ugo, episcopus. Bertramnus, episcopus[3].

(*Au dos :*) Carta Sancti Egidii.

[1] Les mots soulignés sont placés dans le cartulaire en interligne, mais ils sont du même temps. Dans l'original, ils sont écrits à la suite.

[2] Les deux derniers mots sont écrits de la main de la comtesse *Almodis*, dans un blanc réservé *ad hoc*. Le scribe avait même tracé à la suite le mot *comitisse* (au génitif), qui devient inutile.

[3] Les trois signatures qui précèdent sont autographes. Elles manquent dans B. et dans tous les imprimés.

3411.

CHARTA QUA WILLELMUS ET UXOR EJUS AIMERUZ DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ GENIVERÆ ET MULTAS ALIAS EI SUBJECTAS.

(B. h. 78.)

1067, 17 mai et 24 août.

In nomine Dei summi Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Ego Willelmus, et uxor mea Aimeruz, et filii mei Arnaldus, Bernardus, Willelmus, Raimundus, Geraldus, pro remissione peccatorum nostrorum et pro anima Garsię filii nostri et omnium parentum nostrorum precedentium et succedentium, atque pro adipiscenda gloria sempiterna, donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus et Petro et Paulo ad cenobium Cluniacum, cui domnus abbas Hugo preesse videtur, aliquid hereditatis nostrę, scilicet ęcclesiam beatissime virginis ac martiris Genivere [1], cum omnibus quę nunc possidet et adhuc adquiret. Hoc autem dono factum est ab incarnatione Domini anno millesimo LXVII, indictione quinta, epacta tercia, mense maio, XVI kal. jun., presentibus Garsia de Godbes, Aremon de Sanctels, Auger de Secmont, Wilelmo de Savinago et fratribus ejus, omnibusque illic adstantibus. Quapropter rogamus per omnipotentem Deum omnes presentes, absentes et succedentes, ut hoc donum collaudent, integrum et illibatum custodiant, quatinus ob hoc gratiam Dei adquirant societatemque Cluniacensium fratrum, quam pro hoc dono suscepimus, participentur hic et in evum. Si quis autem hoc calumpniari vel temerare presumpserit, quod appetit, prohibente Deo, perficere non possit, insuper iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Datan et Abiron in gehenne incendio intereat. Hoc ergo rogamus, ut hoc donum confirmet apostolica sedes, ut si quis hoc destruere voluerit, auctoritate beati Petri et Romani pontificis anatematizetur donec resipiscat. Huic autem supradictę ęcclesię quam retulimus subiciuntur hę quarum nomina ita habentur :

[1] [La situation de cette église et des autres mentionnées dans cette charte est fort incertaine. L'acte lui-même n'indique aucun pays déterminé. Une bulle de Grégoire VII, de 1076, place, il est vrai, le *monasterium Ste Geneveræ* dans le *pagus Aginnensis* (*Bull. Clun.* p. 19, 2e col. l. 8); mais sans aucune indication précise.]

in primis beatissime Dei genitricis Marię de Aman, deinde Sancti Clementis; has subsequitur ęcclesia Beati Sulpicii Adirani cum omni hereditate qualiter ostenduntur termini, alia veneratur in honore prothomartiris Stephani Flaviacensis; in eadem vero villa construitur alia in laude supradicte Dei genitricis Marię, cognomento Villę Longę; his autem adscribimus ęcclesiam beatissimi confessoris Christi Martini Ulbiionis; huic ergo provincię afinis est alia que vulgo vocatur Porcortur, videlicet Sancti Saturnini dimidia pars que adjungitur ceteris. Inter has recte memoramus ęcclesiam perpetuę virginis Marię, quam supra meminimus, quę habetur in villa Ginilac. Si quispiam vero fuerit cui hoc displicuerit et ab hoc dono aliquid defraudaverit, sicut fluit cera a facię ignis, sic pereat a conspectu Domini. Hęc autem carta scripta est nono kal. septembri, in claustro ejusdem loci, regente apostolicam sedem domno Alexandro papa atque regnante Philippo rege, insuper regnante Domino nostro Jesu Christo, qui nobis omnibus misereatur. Amen. S. Hugonis vicecomitis. S. Rodlandi et filiorum ejus. S. Guillelmi Emardi et filiorum ejus. S. Odoni abbatis. S. Arduini canonici. S. Eicii Bernardi. S. Siwini filii, abbatis ejusdem loci. S. Arnaldi canonici. S. Arnaldi secretarii.

3412.

CHARTA QUA BERNARDUS ET FRATER EJUS GAUFREDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA UTERINI EORUM WALTERII, GLADIO INTERFECTI, MANSUM IN VILLA POISOLE.

(B. h. 545, DXLVIII.)

Quia hic civitatem manentem non habemus, sed futuram inquirimus, ideo nos duo fratres Bernardus et Gaufredus donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro remedio uterini nostri Walterii, gladio interfecti, et animarum nostrarum, unum mansum cum omnibus appenditiis suis, situm in villa Poisole, eo tenore ut nobis viam universę carnis ingredientibus seniores predicti loci corpora nostra sepeliant, animasque nostras orationum suffragio Deo commendent. Facta est autem hęc donatio anno

1067 (avant le mois de septembre?).

IMPRIMERIE NATIONALE.

Dominicę incarnationis M. sexagesimo VII, indictione V, Philippo regnum Francorum gubernante, donno Hugone abbate Cluniaco presidente.

3413.

CHARTA QUA ISEMBERTUS DOMINUS CASTRI ALLIONIS, CUM CONSENSU UXORIS SUÆ GISBERGÆ ET FILII EBLONIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI INSULAM QUE VOCATUR AIAS, ALIASQUE RES ADDIT IN INSULA OLERONE, ETC.

(Arcère, *Histoire de la ville de la Rochelle et du pays d'Aulnis*[1], t. II, p. 366.)

1067 (?). Ego Isembertus, dominus Castri Allionis, inter alias totius orbis ecclesias pręcipua religionis observantia Cluniacense cœnobium florere nostris temporibus audivi, tractus itaque odore unguentorum illius, operam dedi qualiter tantę ecclesiæ possem spirituale beneficium promereri. Proinde uxoris meæ Gisberge, filiique mei Eblonis assensu et voluntate, dedi in eleemosinam Deo et prefate ecclesie in manu domni Hugonis abbatis insulam quandam, quæ vocatur Ayas, absque calumpnia vel consuetudine alicujus potestatis : dedi etiam totam ex integro liberam et quietam, sicuti mei juris esse dignoscebatur. Ita tamen ut nullus recedente mari in circuitu insule piscari presumat, nisi permissione monachorum in ea habitantium, ea tamen conditionis interpositione, quod de captura piscium, sive avium, tertia pars monachis restituatur. Dedi insuper monachis ibidem Deo servientibus de possessionibus meis medietariam scilicet de Conderia, quæ sita est in insula Oleronis, liberam et quietam absque ullius potestatis consuetudine; dedi exclusam de Borda, et duo molendina in nemore Fluriacensi, que feceram in loco qui dicitur Conca putrida, tali pacto

[1] Cette charte dont il existe une copie dans Estiennot, *Antiq. Benedict. dioc. Pictav.*, t. IV, f° 464, ms. lat. 12758, se trouve aussi imprimée dans Besly, *Hist. des comtes de Poitou*, p. 354. Mais le texte est moins bon que celui d'Arcère, qui l'a tirée du «titre original, extrait des archives de la maison de l'Oratoire». Cet acte n'est, en réalité, que la confirmation d'une première donation de l'Isle d'Aix, faite par le même Isembert, avec sa première femme *Clariscia*, donation que nous avons imprimée ci-dessus sous le n° 2983. Mabillon a indiqué ces deux chartes dans ses *Ann. Bened.*, t. V, p. 8, mais sans fixer la date de la seconde.

ut tres pauperes inde pascerentur et essent vestiti. Dedi decimam vinearum que presentes et future erant in nemore Fluriacensi, et in circumadjacenti provincia; et de nemore similiter quidquid necessarium fuerit domui de Alodio ad constructionem domorum seu molendinorum, sive ad calefaciendum, vel ad alias res complendas. Hoc laudavit, hoc concessit, hoc confirmavit domnus meus Wido, comes Pictavorum, in manu domni Hugonis abbatis, ut in charta quam ipse comes in Aias componi fecit de libertate[1] insule scribitur. Ac ne forte in posterum hec tam solempnis donatio seu confirmatio supervenientium posset cavillatione convelli, literarum nostrarum adibita est privilegialis auctoritas. Hujus rei testes sunt præfatus Hugo abbas. Odo Angeliacensis abbas, Ademars Lemovicensium abbas, Eblo filius meus, Josselins de Niort, Aimericus vicecomes, Hugo Burdot, Constantius Brunet et alii.

Facta sunt autem hec anno incarnationis Domini millesimo septuagesimo septimo, Rome Alexandro papa secundo pontificante, in Francia rege Philippo regnante, Domino autem nostro per cuncta secula imperante[2].

3414.

CHARTA QUA AIMERICUS, AUSENSIS COMES, ET FRATER EJUS BERNARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM SANCTI ORIENTII.

(B. h. 124, CXXVI[3].)

In nomine Dei summi omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Aimericus, Ausensis comes[4], et frater meus Bernardus, pro peccatis nostris et Wilelmi, patris nostri, et antecessorum nos- [1068], novembre.

[1] Besly ajoute ici *ipsius*.

[2] La date de 1077 exprimée dans cet acte offre une grave difficulté. Car si le règne de Philippe I[er] s'étend de 1060 à 1108, le pontificat d'Alexandre II se termina le 22 avril 1073. Pour concilier ces diverses données, il nous semble qu'il faut dater l'acte de 1067, en admettant que le rédacteur a mis un x de trop dans la date.

[3] Imprimée en partie et sous forme de notice dans le *Gall. christ.*, t. I, instr. col. 171.

[4] Aimery II, comte de Fezensac, fils aîné de Guillaume, et son successeur. Voyez *Art de vérifier les dates*, t. II, p. 271 (3[e] édit.).

trorum, et omnium parentum nostrorum vivorum et mortuorum, donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui dunnus Hugo abbas preest, monasterium Sancti Orientii, et quicquid modo possidet et in futuro possidebit, et hoc donum simul fecit dunnus Raimundus, avunculus noster, dictus abbas ejusdem loci, et alter avunculus Arnaldus, prepositus ejusdem sedis. Unde rogamus per omnipotentem Deum tam presentes quam succedentes, ut hoc donum collaudent, et integrum et illibatum custodiant, ut gratiam Dei adquirant, et in societatem Cluniensium fratrum, quam pro hoc dono suscepimus, participes fiant. Si quis autem hoc donum calumpniare vel temerare presumpserit, quod apetit non perficiat, sed iram Dei incurrat, et cum Datan et Abiron absortus intereat, et hoc volumus et rogamus, ut hoc donum apostolica dictione confirmetur; ut si quis destruere voluerit, auctoritate beati Petri apostoli distringatur donec resipiscat. Facta est autem hęc carta mense novembri, in claustro ejusdem monasterii Sancti Orientii[1], in presentia dunni Hugonis, abbatis Cluniensis, et dunni Duranni, Tholosani episcopi, et Wilelmi, episcopi Convenarum, Raimundi, episcopi Lacturiensis, dunni abbatis Sancti Genii, Wilelmi, abbatis Sancti Martini, regente apostolicam sedem dunno Alexandro summo pontifice, Philipo rege regnum Francorum gubernante, et desuper regnante cujus regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. S. Aimerici comitis et Bernardi fratris ejus. S. avunculorum eorum. S. Raimundi et Arnaldi. S. Arnaldi, prepositi Agennensis. S. Raimundi de Monte et fratrum ejus.

3415.

« DONUM QUOD FECIT INGIGEZO DE ECCLESIA SANCTI MARCI EVANGELISTE QUÆ EST JUXTA CIVITATEM LAUDENSEM, IN LOCO CREDAIO, ET DE OMNIBUS QUE SUBTER LEGUNTUR. »

(C. 98.)

1068
4 décembre.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo sexage-

[1] C'est là que se tint sans doute le concile dit d'*Auch*, en l'année 1068.

simo octavo, quarto die mensis decembris, indictione septima. Monasterio Sancti Petri quod est constructum in loco qui dicitur Cluniacus, ego Ingezo, habitator civitatis Laudensis, filius quondam Amizonis, qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, offero et dono ipsi monasterio, presens presentibus dixi. Quisquis in sanctis ac venerabilibus ex suis aliquit contulerit rebus, juxta vocem Omnipotentis, in hac vita recipiet centuplum et insuper vitam possidebit ęternam. Ideoque ego Ingezo a presenti die et deinceps dono et concedo eo ordine, ut subter legitur, pro anime meę et Meisendis, conjugis meę mercedem, hoc est ecclesiam unam cum area sua, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam ego a fundamento construxi, et est hedificata in honore sanctorum Marci euvangelistę, Fabiani et Sebastiani, in loco Credayo prope istam civitatem; ita tamen ut ab hac die nulli episcopo vel alteri potestati subjecta sit, nisi abbati predicti monasterii qui nunc est aut inantea in eodem monasterio ordinatus fuerit; ipse abbas habeat licentiam vel potestatem de ipsa ęcclesia et de omnibus rebus ad eam pertinentibus vel que pertinere debentur, regendi et salvandi atque monachos quantos et quales providerit, ut bene vivere possint secundum facultatem ipsius ecclesię et regulariter divinum oficium celebrare, ordinare; sicut ceteri monachi qui sub eodem religioso regimine vivunt, et hoc suppliter posscimus ut in diurnis et nocturnis orationibus eorum pro nobis orent nostrorumque parentum animabus, ut pro omnibus vivis fidelibus et defunctis, ut Dominus ad ęternam salutem et gaudium sempiternum nos perducere dignetur, et sit predicto Cluniacensi abbati possibile per omnia quicquid sibi placuerit, sine omni mea et heredum meorum contradictione. Equidem spondeo atque promitto ego Ingizo, una cum meis heredibus, eandem ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus defendere; quod si facere non potuerimus, aut si per quodvis ingenium subtrahere aut minuere aliquid quesierimus, tunc in duplum supradicto cenobio restituamus, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit, sub extimatione in consimilibus locis; et si (quod absit! quod futurum minime credo,) ut aliquo tempore abbas

predicti cenobii vel prepositi ejus, de ipsa ecclesia vel de rebus vel de frugibus aut de censu quibus Dominus annue dederit, aliquam invasionem vel diminutionem seu venditionem aut donationem quoquomodo fecerit, aut si in eadem ecclesia monachos secundum posse loci non ordinaverit, sicut supra legitur, tunc volo et statuo ut predicta ęcclesia in mea deveniat potestate cum omnibus ad eam pertinentibus, aut aliquibus de propinquioribus meis parentibus, et tandiu in mea aut meorum persistat potestate, quousque abbas ipsius cenobii hanc meam adimpleat donationem, sicut supra legitur. Si quis vero hanc meam donationem inrumpere quesierit, iram Omnipotentis et sanctę ejus incurrat, necnon et beati Petri, apostolorum principis, et cum Juda proditore participationem habeat. Hanc enim cartam donationis et paginam Georgio, notario sacri palatii, tradidi et scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandam. Unde due cartulę donationis uno modo scriptę sunt. Actumque Laude feliciter. Ego Ingizo in hac cartula donationis a me facta scripsi. Ego Gislebertus, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Dimbertus, notarius sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Erlembaldus, notarius sacri palatii, rogatus subscripsi. Signum Abbonis et Johannis seu Bonifilii, testium. Ego Georgius, notarius sacri palatii, scriptor hujus cartulę donationis, post tradita complevi et dedi.

3416.

CHARTA QUA WILLELMUS, AUSCIORUM ARCHIEPISCOPUS, ET FRATRES EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE MONTE ALTO.

(B. h. 125, CXXVII [1].)

1068, décembre.

In nomine Dei summi omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Wilelmus, filius Bernardi, et archiepiscopus Ausciorum, et fratres mei Raimundus et Oddo et Otgarius et Giraldus et Bertrannus, pro peccatis nostris et parentum nostrorum vivorum et mortuorum,

[1] Publié par Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. I, instr. col. 160, et par Brugeles, *Chron. ecclés. du dioc. d'Auch*, part. III, pr. p. 68.

donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui dunnus Hugo abba preesse videtur, ecclesiam Sancti Michaelis de Monte Alto, cum appendentibus quinque ecclesiis, et vineis, campis; et absque his quę pater meus ibi dedit in vita sua, dedimus nos unum molendinum in alveo Archo nomine, et decem denæratas de vinea indominicali, et medietatem silvę quę vocatur Nigre Vallis; et mater nostra similiter medietatem ecclesie quę est in villa quę vocatur Ulmus, et dominationem alterius ęcclesię in villa quę vocatur Caseras : hę duę sunt in Leomania. Unde rogamus per omnipotentem Deum omnes presentes et succedentes, ut hoc donum collaudent et integrum et inlibatum custodiant et gratiam Dei adquirant, et in societate Cluniensium fratrum, quam pro hoc dono suscepimus, participes fiant. Si quis autem hoc calumpniare vel temerare presumpserit, quod appetit non perficiat, insuper iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Datan et Abiron absortus intereat. Acta est hęc carta mense decembri, in presentia dunni Hugonis, abbatis Cluniacensis, et Duranni, Tholosani episcopi, et Wilelmi, episcopi Convenarum, et Raimundi, abbatis Sancti Luperculi Helisanę civitatis[1], et aliorum plurimorum, regente apostolicam sedem dunno Alexandro summo pontifice, Philipo rege regnum Francorum gubernante, eo desuper regnante cujus regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. S. Wilelmi archiepiscopi, et fratrum ejus. S. Arnaldi Lupi et fratrum ejus. S. Raimundi de Algipoi. S. Floriani et fratrum ejus. S. Arnaldi de Angano. S. Bernardi Guarmundi.

[1] C'est S. Lourci d'Auch. Il faut peut-être lire *Helusane*, pour *Elusane* (Eause). C'est le nom de l'ancien chef-lieu de la province d'Auch. (Voy. *Art. de vérifier les dates*, in-f°, t. II, p. 271 et suiv.)

A 13 kilomètres au N. E. d'Auch était située la *villa* dite *Mons altus*, en français *Monthaut*, dont l'église est donnée à Cluny par cette charte.

Cet acte a sans doute été produit en justice, car on lit en marge « Scellé à Cluny, le 14 mai 1784, reçu trente solz. *Jard.* »

3417.

CHARTA QUA MALGUINUS, NEVERNENSIS EPISCOPUS, WILLELMUSQUE COMES ET ALII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ ET SANCTI STEPHANI IN SUBURBIO NEVERNENSIS URBIS.

(Bibl. nat. or. 123; B. h. 33.)

1068. Postquam Dominus ac redemptor noster, devicto mortis principe, illo unde descenderat reddiit, post apostolorum ejus gloriosa certamina, post innumerabilium martirum agones et ab eo percepta premia, gratia et misericordia illius per diversas regiones extiterunt sancti viri, qui ejus preventi gratia, spreto mundo et calcatis viciis diaboli, crucem suam ferendo ejus magisterio se subdiderunt et jugo leni; ex quibus pater Columbanus, de Ybernia nobili prosapia ortus, pro amore ejus ad Gallias transitum faciens, multorum cęnobiorum ibidem fundator extitit devotus, tempore Theoderici, regis Francorum, qui eundem patrem de regno suo ej[i]ciens, ad multorum salutem Italiam ire conpulit. Ex quibus in suburbio Nevernis urbis unum extitit in honore beate Mariæ semper virginis et Sancti Stephani protomartyris Christi, quod valde religiosum fuisse et clarum adhuc multis patet indiciis, cujus ruina cum per multorum curricula annorum in miserata maneret, nos peccatores et indigni Malguinus, Nevernensis episcopus, et comes ejusdem urbis Wilelmus, et Hugo, ipsius æcclesiæ Nevernensis decanus, adjunctis nobis Hugone vicecomite et fratre ejus Leone, cum Gauzberto milite, premissa horum omnium auctoritate et dono Geraldi clerici, jam aliis canonicis defunctis adhuc eidem loco presidenti, ceteris etiam clericis laudantibus, qui jam ex parte manum miserant ut se eidem loco adtitularent, donamus et stabili firmitate concedimus eandem æcclesiam et omnia quæ pertinent ad eam Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas preesse videtur, et dimittimus omnes malas consuetudines quas ibi abuimus, et ita liberum et absolutum reddimus, ut ab odierna die et deinceps nullus mortalium ibi aliquid requirat, nisi Deus et sancti apostoli ejus Petrus et Paulus,

et locus Cluniacus, et abbates et monachi qui ibi Deo servierint. Si quis autem, quod fieri non credimus, contra hanc nostre donationis cartam in aliquo secus egerit, nisi resipuerit, in primis iram Domini Dei incurrat, sancti quoque apostoli ejus Petrus et Paulus, quibus potestatem dedit ligandi atque solvendi in cælo et in terra, ei januam vitę claudant. Qui autem conservator extiterit, absolutionem suorum peccatorum ab eisdem apostolis consequi mereatur. Et ut hæc carta firma et stabilis maneat, manibus nostris confirmavimus, et testibus roborandam tradidimus. S. Malguini, Nevernensis episcopi. S. Geraldi canonici. S. Wilelmi comitis, et filiorum ejus Rainaldi et Wilelmi. S. Hugonis decani. S. Hugonis vicecomitis, et Leonis, fratris ejus. S. Gauzberti militis. Facta est autem hæc carta anno millesimo sexagesimo octavo ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, epacta VI^ta, indictione undecima [1].

(*Au dos :*) Quarta de ecclesia Sancte Dei genitricis et Sancti Stephani, que est in pago Nivernensi.

3418.

CHARTA QUA HUMBERTUS MILES, SUMENS HABITUM MONACHICUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS POMEL ET BERSIACO.

(Bibl. nat. cop. 29-186; B. h. 496, CCCCXCIX.)

Quicumque ad perhennis vitæ gaudia, contempta hujus labentis seculi fece, pervenire desiderat, expedit ei, ut duo illa precepta evangelica summopere implere studeat, id est : « Facite vobis amicos de « Mammona iniquitatis, qui vos, cum defeceritis, in eterna recipiant « tabernacula; » et : « Qui vult post me venire, abneget semetipsum et « tollat crucem suam et sequatur me [2] ». Quod quidem ego miles Humbertus, corporali infirmitate diu detentus, libenti animo implere gestiens, trado Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo Cluniensique 1068.

[1] Les deux dernières indications sont complètement erronées, l'an 1068 tombant à la 6e indiction et à la 14e épacte; peut-être faut-il lire en transposant certains mots *indictione VI^a, epacta IIII decima?*

[2] [*Ev. secund. Matthæum,* XVI, 24.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

exorabili loco, cui domnus Hugo abba venerabilis plus prodesse quam preesse Christi gratia dinoscitur, mediam partem ex omnibus quæ in villa Pomel vulgariter nuncupata vel ubiubi constitutis ad eandem pertinentibus, tam mobilibus quam inmobilibus habere videor, servis scilicet, ancillis, vineis, pratis, silvis, aquis, terris cultis et incultis, excepto duntaxat uno molendino[1]. Hanc autem donationem [facio] supradicto Cluniacensi loco, pro animæ meæ patrisque mei Hebrardi ac matris mee Girsendis aliorumque parentum meorum, seu omnium christianorum fidelium vivorum atque defunctorum salute, sanctæ religionis in eodem habitum sumens. Si quis vero hujus mee donationis, quod nullo modo fieri credo, avaritiæ malo illectus, contradictor vel violator extiterit, sanctorum apostolorum Petri et Pauli anathemate perfossus, cum Juda, traditore Domini, æternas apud inferos, nisi satisfactione resipuerit, penas luat. Fiat, fiat. Facta est autem hæc carta apud Cluniacense cenobium, anno incarnacionis Dominice millesimo LXVIII, indictione V, regnante Philippo Francorum rege.

Dono etiam ego Humbertus prefato loco unum cortile, cognomento Cheser, in villa Bersiaco[2], cum colongia, pratis ac campis, seu omnibus ad ipsum ubiubi pertinentibus. S. Humberti monachi. S. Hugonis de Barberesche. S. Wichardi filii ejus atque Bernardi Matisconensis æcclesiæ canonici. S. Aseline, filie predicti Hugonis. S. Leodegarii, fratris Humberti.

(*Au dos :*) Carta Humberti de villa Pomel.

3419.

CHARTA QUA GERALDUS, CATURCENSIS EPISCOPUS, CONCEDIT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAS SANCTÆ SPERIÆ DE SANCTO SERENO, DE RINIACO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 40-96 1°; B. h. 690, DCXCIII[3].)

1068-1112. Ego igitur Geraldus, Dei gratia Caturcensis episcopus, dono Deo

[1] [B. place ici les trois lignes qui viennent après la date : *Dono etiam... pertinentibus.*]

[2] B. *Beriziaco.*

[3] Cette pièce et les quatre suivantes étaient sur le même feuillet de parchemin; elles se trouvent à la suite l'une de l'autre dans le cartulaire de l'abbé Hugues.

et Sancto Petro de Cluniaco et ad locum qui dicitur Carentenacus, æcclesias quas adquisierunt [in diebus meis], in episcopatu meo, ecclesia[m] videlicet de Sancta Speria, capellam de Sancto Sereno[1], æcclesiam de Riniaco, æcclesiam de Colnaco. S. Magengodi prioris. S. Geraldi monachi. S. Arnaldi diaconi. Domnus Geraldus episcopus signavit.

3420.

CHARTA QUA EIRADUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM ECCLESIÆ SANCTÆ SPERIÆ.

(Bibl. nat. cop. 40-96 2°; B. h. 691, DCXCIIII.)

Ego Eiradus[2] consideravi enormitatem scelerum meorum ac de Dei misericordia confidens, idcirco dono aliquid de rebus proprietatis meę, hoc est meam partem de æcclesia Sancte Sperie Deo et Sancto Petro de Cluniaco et in loco de Carennaco, pro tali[3] ratione ut monachi de prefato loco recipiant quendam filium meum, nomine Petrum ad monachum faciendum, et uxorem meam, nomine Raingardis et monacham faciant; similiter me ipsum, si petiero. S. Maiengodi prioris. S. Amelii monachi. S. Petri Bonafos. S. Giberti de Salicas. Predictus vero Girbertus dedit ad jam dictum locum pastionem ad decem porcos in bosco qui dicitur Portos[4], et ligna ad calefaciendos monachos. 1068-1112.

3421.

CHARTA QUA HUGO AMELIUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM ECCLESIÆ SANCTÆ SPERIÆ.

(Bibl. nat. cop. 40-96 3°; B. h. 692, DCXCV.)

Dominus dicit in Evangelio : « Date ælemosinam et ecce omnia 1068-1112.

[1] [Le bourg de Saint-Ceré doit son origine à une chapelle où les reliques de sainte Spire furent déposées. La chapelle et l'église doivent se confondre, comme l'indiquent les chartes suivantes. Cf. Longnon, *Pouillé de Cahors*, p. 118, n° 356.

[2] [B. *Airadus.*]

[3] [L. de Barive a écrit, par erreur, *pro-tuli.*]

[4] [B. *Portas.*]

« munda sunt vobis. » Propterea ego Ugo, cognomento Amelius, offero me ipsum Deo et Sancto Petro de Cluniaco, in loco Carennaco, et dono meam partem de æcclesia Sancte Sperie Deo et Sancto Petro de Cluniaco, et ad locum qui dicitur Carennacus, ut monachi de prephato loco me suscipiant et monachum faciant. S. Maingodi prioris. S. Amelii monachi. S. Johannis monachi, qui benedixit predictum Ugonem ad monachum. S. Wirberti Ugonis. S. Wilelmi Ugonis.

3422.

CHARTA QUA BERTRANDUS DE SANCTO SERENO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM ECCLESIÆ SANCTÆ SPERIÆ.

(Bibl. nat. cop. 40-96 4°; B. h. 693, DCXCVI.)

1068-1112. Ego Bertrandus, [cognomento[1]] de Sancto Sereno, perpendi misericordiam Dei omnipotentis et de ejus pietate confidens, iccirco dono meam partem de æcclesia que vocatur de Sancta Speria, preter decimam, Deo et Sancto Petro de Cluniaco, super altare Sancti Petri de Carennaco. De hac donatione sunt testes Helyas prior et Geraldus monachus, ceterique plurimi atque Bernardus miles de Sancto Ciryco.

3423.

CHARTA QUA BOSO DE SANCTO SERENO ET FRATER EJUS RIGALDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM SUAM ECCLESIÆ SANCTÆ SPERIÆ.

(Bibl. nat. cop. 40-96 5°; B. h. 694, DCXCVII.)

1068-1112. Incipit breve que facit facere Boso de Sancto Sereno et Rigaldo, frater ejus, de ecclesia de Sancta Speria, que dederunt Domino Deo et Sancto Petro de Cluniaco, apud locum Carentenacum[2], decimum et sepulturam et proferentiam, et post mortem eorum, lo feus[3] des presbiterii, hoc dedit pro anima patri et matri, et pro nobismed

[1] [Mot fourni par B.]

[2] Il y avait aussi *Carentenacum* dans le cartulaire, ici et au n° 690; mais on a exponctué les deux lettres *te*. *Carennaco* est en effet le nom qui a prévalu.

[3] [B. *lo feus del prestre.*]

ipsis. S. Amelius Garnerius. S. Raulfus de Sancto Johanni[1]. S. Bernardi Petri et Arnal de Luco et Bernardo Gausfre. Et post mortem Geraldi de Sancta Speria dedit Boso Deo et Sancto Petro illam partem de fevo presbiterale quam racionabat in predicta ecclesia, et accepit XX solidos. De hoc sunt testes Amelius monachus et mater ejus et Guirbertus Hugo.

(*Au dos :*) Carta Bosonis de æcclesia Sancte Sperie.

3424.

CHARTA QUA PHILIPPIA[2] DAT MONASTERIIS CLUNIACENSI ET CELSINIACENSI MANSUM MAROIOLUM; ET ROBERTUS, FILIUS EJUS, SEXTARIUM HORDEI AC QUICQUID SUUM ERAT IN DICTO MANSO ADDIT.

Largissima Dei pietas, etc. (Justel, *Maison d'Auvergne*, pr., p. 22, et Baluze, *Maison d'Auvergne*, t. II, p. 48, d'après le cartulaire de Sauxillanges, n° 321.) [1069 (?)], 21 mai.

3425.

« DECRETUM QUOD FECIT OPIZO, LAUDENSIS EPISCOPUS, DOMNO HUGONI, ABBATI [CLUNIACENSI], ET INGEZONI ET HUGONI, PRIORI SANCTI MAIOLI, DE ECCLESIA SANCTI MARCI QUÆ EST JUXTA LAUDENSEM CIVITATEM[3]. »

(Bibl. nat. cop. 283-60; C. 79.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo sexagesimo nono, quarto decimo die mensis decembris, indictione octava. Tibi Ingezoni, filio quondam Amizonis, et vobis domno Uguni[4] priori monasterii sanctorum Petri et Maioli, ego Opizo, episcopus sanctę Laudensis ecclesię, presens presentibus dixi, promitto et spondeo ego, qui supra Obizo episcopus, ut ab hodie inantea usque ad nativitatem Domini istam proximam venientem consacrare[5] habeo basilicam que est edificata juxta civitatem Laudensem in honore sanc- 1069, 14 décembre.

[1] B. La copie de l'original porte : *Siheri.*

[2] [Philippie, fille d'Étienne, comte de Gévaudan, et femme de Guillaume V, comte d'Auvergne.]

[3] Nous empruntons ce sommaire au cartulaire C. lui-même.

[4] C. *Hugonis.*

[5] C. *consecrare.*

torum Marci euvangeliste et Fabiani et Sebastiani, et ab hodie inantea ego, qui supra Opizo[1] episcopus meique successores, in consilio vel facto non erimus per aliquod ingenium, ut predicta basilica fiat violata nec altaria que in ea fuerint constituta, et si (quod Deus avertat!) predicta basilica vel altaria in ea constructa quolibet modo fuerint violata, infra quindecim dies proximos ego, qui supra Opizo episcopus aut mei successores, postquam nobis a parte ipsius basilice requisitum fuerit, aut a parte predicti monasterii, aut a parte monasterii Sancti Petri, quod est constructum in loco Cluniaco, cujus predicta basilica cum omnibus rebus ad eam pertinentibus propria esse videtur, consecrabimus nisi Dei inpedimento aut inevitabili necessitate remanserit, et si propter hoc remanserit, infra quindecim dies alios proximos postquam de Dei inpedimento aut de inevitabili necessitate liberati erimus, predictam consecrationem, juxta nostrum ministerium, ego meique successores faciemus. Insuper promitto et espondeo me ego, qui supra Opizo episcopus, una cum meis successoribus, ut amodo ullo unquam tempore non habeamus potestatem nec licentiam per ullumvis[2] ingenium contradicendi domno Hugoni abbati predicti monasterii Cluniaco[3] suisque successoribus, et vobis item domno Hugoni priori et aliis[4] prioribus, qui dehinc inantea in predicto monasterio Sancti Maioli ordinati fuerint, ad mittendum seu ordinandum quantoscumque monachos voluerint, sive paucos sive multos de eorum congregatione ad faciendum divinum ministerium in predicta basilica; ita tamen ut divina misteria peragendi licentiam habeant, prout eorum regula postulat, sine omni mea meorumque successorum contradictione, non solum illis, verum etiam omnibus hominibus ad predictam basilicam venientibus, excepto si ego, qui supra Opizo episcopus meique successores in predicta civitate Laudis divinum ministerium prohibuerimus. Tunc predicti monachi sine nostro precepto illis divinum ministerium, quibus a nobis interdictum fuerit, non faciant, sed inter se divinum ministerium, quod eis libitum fuerit, peragant. Etiam pro-

[1] Copie d'orig. *Obizo* ou *Opizo*. — [2] C. *aliquod*. — [3] C. *cenobii Cluniacensis*. — [4] C. *cęteris*.

mitto vobis ego, qui supra Opizo episcopus, una cum meis successoribus, ut si in predicta basilica necessarii fuerint presbiteri vel cujuslibet gradus clerici, et nobis requisitum fuerit, juxta vestrum velle[1] vestrorum successorum, quotquot necessarii fuerint, in quoqumque gradu ascendere voluerint in predicta basilica, consecrabimus; et si nobis ad hoc faciendum non fuerit possibile, nostro dimissorio[2] ad quemcumque episcopum ire voluerint, illis licentiam prebere habeamus. Insuper etiam promitto et espondeo vobis ego, qui supra Opizo episcopus, una cum meis successoribus, ut ab hodie inantea non habeamus licentiam nec potestatem per ullumvis ingenium ullamque occasionem quod fieri potest, agere nec causare adversum te, qui supra Ingezo et adversum domnum Hugonem, abbatem monasterii Cluniacensis, suosque successores aut partem ipsius monasterii nominative, de predicta basilica et de rebus quę ad eam nunc pertinent vel pertinuerint, dicendo quod ad partem predicti episcopi Laudensis per aliquem modum pertinere debeat, sed omni tempore ego meique successores exinde taciti et contenti permaneamus. Quod si amodo aliquo tempore ego, qui supra Opizo episcopus, aut mei successores adversum te, qui supra Ingezo, aut adversum domnum Hugonem abbatem predicti monasterii Cluniacensis aut ejus successores seu partem ipsius monasterii agere aut causare sive per placitum fatigare presumpserimus per nos aut nostras summissas personas, et taciti exinde omni tempore non permanserimus, vel si apparuerit ullum datum vel factum vel quodlibet scriptum, quod nos exinde in aliam partem fecissemus, et claruerit, vel si omnia quę supra leguntur sive malo ingenio non adimpleverimus, sive non observaverimus, tunc componamus ego, qui supra Opizo episcopus, meique successores domno Hugoni abbati monasterii Cluniacensis suisque successoribus predictam basilicam cum omnibus rebus modo vel inantea ad eam pertinentibus in duplum, sicut pro tempore fuerint meliorata aut valuerint sub estimatione in consimilibus locis; et insuper auri optimi libras centum, me-

[1] [Ajoutez *aut*.] — [2] C. *licentia*.

dietatem camere domini imperatoris et medietatem predicto abbati suisque successoribus, et in eo tenore, ut supra quod ad hanc confirmandam promissionis cartam[1], accepi ego, qui supra Opizo episcopus, a te jam dicto Ingezone et a vobis qui supra domno Hugone abbate, et exinde launechild[2] crauxinam unam, ut hec mea promissio, sicut supra legitur, firma permaneat atque persistat, et nec michi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me semel factum vel conscriptum est, inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixa[3]. [Actum civetate Ticini feliciter.] Ego Opizo episcopus subscripsi. Signum manu[u]m Petri et Siri seu Ogleysi, omnes lege viventes romana, testes. Signum Tedaldi et Burgundii seu Ardingi atque Bonbaronis[4] et Petri et Crescentii, testes. Ego Vulielmus judex subscripsi. Et ego Lanfrancus, pragmaticus palatinus, judex, interfui et rogatus subscripsi[5]. Ego Aldebertus[6] subscripsi. Ego Georgius, notarius sacri palatii, scriptor hujus carte promissionis, post traditam complevi et dedi.

(*Au dos :*) Quarta quam fecit Obizo, episcopus Laudensis, ecclesiæ sanctorum Marci, Fabiani et Sebastiani.

3426.

CHARTA QUA WIDO ET UXOR EJUS MARIA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM RECENTER PLANTATAM IN VILLA VINOSA.

(B. h. 243, CCXLV.)

1069. Æcclesie filiis notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego Guido, cum uxore mea Maria, donamus Deo et sanctis apostolis ejus

[1] C. *cartulam.*

[2] *Donum reciprocum.* Voy. Du Cange au mot *Launechilde.*

[3] La copie d'original porte ici et plus bas des signes et lettres dont le sens a échappé à A. Bernard. Nous les restituons entre crochets. L'acte nous paraît avoir été passé à Pavie, car l'abréviation est semblable à celle de la charte n° 1228, ci-dessus.

[4] C. *Boni Baronis.*

[5] Le copiste, ne pouvant lire l'original, a figuré ici des notes tironiennes, qui reproduisent peut-être le nom de *Lanfrancus,* suivant la conjecture de M. J. Havet.

[6] C. *Adalbertus.*

Petro et Paulo, quibus dedit Deus potestatem in cœlo et in terra ligandi et solvendi, pro remedio animarum nostrarum partem predii nostri, vineam scilicet noviter plantatam, et quod plantandum restat in villa quę nuncupatur Vinosa, presentibus testibus his : Bernardo Grosso cognomine, Grausfredo ejusdem uxoris meę fratre, Vuichardo de Graiso, Hugone de Bisca. Facta est autem hæc donatio anno ab incarnatione Domini M° LX° VIIII°, indictione VII, regnante Philippo rege Francorum, IIII° regni ejus anno[1], regnante Domino nostro Jesu Christo, cujus anni non deficient, cujus regni non finis erit.

3427.

CHARTA QUA ARALDUS, CARNOTENSIS EPISCOPUS, ET CANONICI EJUSDEM ECCLESIÆ NOTUM FACIUNT SE PRÆBENDAM QUAMDAM SANCTÆ MARIÆ CLUNIACENSIBUS CONCESSISSE.

(B. h. 64 [2].)

Euvangelicis atque apostolicis monemur institutis, atque etiam majorum nostrorum provocamur exemplis, ut sic ex habundantia nostra Christi servorum temporalem indigentiam relevemus, quatinus æternorum habundantiam precibus eorumdem cum eis assequi valeamus. Quod non ex tristicia aut ex necessitate faciendum esse docet beatus apostolus, quoniam hilarem datorem diligit Deus, nec magnum esse reputat temporalia seminare, cum suo tempore spiritalia debeamus indesinenter metere. Quapropter ego Arraldus, æcclesiæ Carnotensis indignus episcopus, et ejusdem æcclesiæ canonica fraternitas, notum fieri volumus omnibus orthodoxis æcclesiæ filiis, tam presentibus quam futuris, quod nos pariter bona fama virtutum Cluniacensis monasterii, tanquam florentis ortuli suavissimo liliorum atque rosarum odore perflati, et idcirco habende fraternitatis ejusdem monasterii desiderio

1069-1075.

[1] Ce chiffre ne s'accorde avec aucun des calculs connus pour le commencement du règne de Philippe Ier.

[2] Publiée par d'Achery, *Spic.*, t. VI, p. 451, et dans la *Gall. christ.*, t. VIII, instr., col. 303, d'après d'Achery. Mabillon a aussi donné un fragment de cette pièce, *Ann. Ben.*, t. IV, p. 593. Cette charte a été imprimée en dernier lieu dans le *Cartulaire de N.-D. de Chartres*, t. I, p. 93.

IMPRIMERIE NATIONALE.

divinitus inspirati, prebendam quam habebat Fulcherius, filius Nivelonis, sic fratribus predicti monasterii rogatu ejusdem Fulcherii, in perpetuos usus concedimus et canonica auctoritate firmamus habendam, ut ab hac die in posterum usumfructum ejusdem prebendę recipiant, et ad utilitatem monasterii sui sive per se, sive per suos ministros secundum suum velle disponant, nullumque ebdomadale servitium in nostra æcclesia pro eadem prebenda faciant. Predictus vero Fulcherius nichil temporale de prebenda ulterius recepturus, quia pro remedio animæ suæ, ad voluntatem Dei et nostram, hanc elemosinam Cluniacensi monasterio fieri permittit, nostra spirituali fraternitate et communium orationum suffragiis, quandiu vixerit non carebit; immo et in vita et in morte propter hoc ipsum melius obtinebit. Ut autem scriptura ista certum habeat firmamentum, ego Araldus presul propria manu subter eam firmavi, et majorum æcclesiæ nostrę manibus confirmandam esse decrevi, regiaque manu postea roboratam, domno Richerio nostræ æcclesiæ metropolitano deinceps obtuli roborandam[1]. S. signum[2] Araldi episcopi. S. signum Ingelrani decani et cancellarii. S. signum Arnulfi cantoris. S. signum Hildegarii archidiaconi. S. signum Hugonis archidiaconi. S. signum Adelardi subdecani. S. signum Odonis ypocantoris. S. signum Guimberti capicerii. S. signum Ivonis presbiteri. S. signum Ascelini presbiteri. S. signum Herberti presbiteri. S. signum Droconis presbiteri. S. signum Maurini presbiteri. S. signum Frodonis presbiteri. S. signum Haldrici presbiteri. S. signum Osberti presbiteri. S. signum Fulcherii prepositi. S. signum Guauterii diaconi. S. signum Herberti diaconi. S. signum Arnulfi diaconi. S. signum Sanzonis diaconi. S. signum Fromundi diaconi. S. signum Fulcherii, filii Nivelonis, qui eadem prebenda vestitus erat. S. signum Guidonis subdiaconi. S. signum Guaslini subdiaconi. S. signum Ebrardi subdiaconi. S. signum Bernardi subdiaconi. S. signum Hilduini, filii Girardi subdiaconi. S. signum Hilduini Saverici subdiaconi. S. signum

[1] [Richer, archevêque de Sens, de 1062 à 1096.]

[2] [Le rédacteur a reproduit, en outre du mot *signum*, la lettre *S* qui représente ce mot, en avant de chaque souscription.]

Guilelmi, nepotis Osberti. S. signum Stephani subdiaconi. S. signum Frodonis subdiaconi.

3428.

CHARTA QUA GAUSERANDUS ET FRATRES EJUS, FILII BERNARDI GROSSI, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM CUM DOMO, TORCULARI ET BOSCO IN PAGO MUNT.

(Bibl. nat. cop. 30-46; B. h. 51 et 323, CCCXXIIII.)

Divina pietate largiente, legumque auctoritate concedente, sancitum est ut unusquisque fidelium de rebus propriis ac temporalibus eterna valeat [premia[1]] mercari, dicente Scriptura[2]: « Date elemosinam « et [ecce] omnia munda sunt vobis; » et alibi[3]: « Divitie viri redemptio « anime ejus. » Quapropter ego, in Dei nomine, Gauserandus[4], filius Bernardi, cognomento Grossi, et fratres mei Bernhardus, Landricus, Hugo, Bonspar[5], donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et domno Hugoni abbati Cluniacensi, et omni gregi sibi commisso, unam vineam optimam, cum ipsa domo et torculari, et de ipso adjacenti bosco tantum quantum usus ejusdem vinee postulaverit, omnia et in omnibus quantum visi sumus habere vel possidere in prefata vinea, sic donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et predicto Hugoni abbati, pro remedio anime genitoris mei[6], nomine B[ernardi], sicut et ipse dedit in morte sua, sine ulla reservatione et sine ulla inquietudine. Sita est autem ipsa vinea in comitatu Cabilonensi, in pago qui nuncupatur Munt. Si quis contra hanc donationem [aliquam] calumpniam inferre voluerit, nisi cito resipuerit, anathema sit. Karta autem hec firma et stabilis permaneat omnique tempore. Actum publice Cluniaco, VI idus julii, die sabbati, anno ab incarnatione Domini M LXX^{mo}, indictione VIII^{va}, regnante Philippo rege. S. Gauzerandi, S. Bernhardi, S. Landrici, S. Hugonis, S. Bonspar, fratrum, qui hoc donum fecerunt, et hanc kartam laudaverunt, et manibus propriis

1070. 10 juillet.

[1] [Les mots entre crochets sont tirés de B. h. 323.]

[2] B. h. 51 et 323 ajoutent *et ortante*.

[3] B. h. 323 ajoute *per Salomonem*.

[4] B. h. 51, *Gausceramus*; B. h. 323, *Gauzerannus*.

[5] [B. h. 51, *Bonuspar*.]

[6] B. h. 51, *nostri*.

domno et venerabili Hugoni abbati eam reddiderunt. S. Bernhardi de Buschyria. S. Ansedei de Ular(?). S. Rotperti de Cristul. S. Guirvil. S. Bernhardi de Visanduno. S. Dalmatii de Cristul. Chono monachus jussus scripsit die et anno quo supra.

(*Au dos :*) Bernardus de Mont.

3429.

CHARTA QUA GAUSFREDUS, PARISIENSIS EPISCOPUS, ET JOSCELINUS ARCHIDIACONUS DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS SERVIENTIBUS IN ECCLESIA SANCTÆ MARIÆ LONGIPONTIS ALTARE SANCTI MARTINI IN VILLA ORCEACO.

1070 (?). Ego Gausfredus, Parisiorum episcopus, etc. (Dubois, *Hist. eccl. Paris.*, t. I, p. 691; Cartulaire de Longpont, p. 215, nº CCLVII [1].)

3430.

LITTERÆ OBERTI, COMITIS CANEVESANI, ET ARDICIONIS, CASTELLANI DE CASTELLETO, ABBATI DE CLUGNEDO (CLUNIACO) DIRECTÆ, DE DISCORDIA IN CELLA CASTELLETI CRESCENTE.

(Bibl. nat. cop. 25-86.)

1070, environ Venerabili patri ac domno et in ecclexia per Dei misericordiam, non sub modio lumini, set super candelabrum posito abati de Clugnedo, Obertus, comes Canevesanus, et Ardicio, castellanus de Castelleto, salutem et debitam per omnia reverenciam. Quoniam, sicut ait apostolus, dominis ac dominorum causis in omni timore subici et eas procurare debemus, contrarium vel id non observare facere non audemus. Notum sit igitur vestre paternitati, ob prioris seviciam in cella Castelleti tantam discordiam crevisse, quod etiam omicidia apud eumdem fieri vilescat, et in ejusdem manibus plures conversos vulneratos, et alia flagiosa[2] facinora patrari ab eo vilipendatur; nam quod memorem jusjurandum quo omnes monachos laicorum more sibi subjectum est, quod Enggezo frater qui, cum domnus papa esset in nos-

[1] L'éditeur du cartulaire de Longpont a daté cet acte de 1080 environ. — [2] [Lisez *flagitiosa*.]

tris partibus, illuc venit, satis audivit. Que res omines nostre provincie ita terret, ut domum et fratres omnino vitent, et quasi monstrum procul dubio aborretur; vestram itaque benignitatem umiliter deposcimus, pater karissime, ut supradicte domus fratrum misereamini, qui suum conscilium vobis, ut alio tempore, in presenti aperire non sunt obliti. Aie[1] nunc, inutilis persone sarcinam removete, et eidem ospicio Garnerium fratrem, quem priorem celle que dicitur a Vertemata constituistis, cui fideles et amici et negocia domus bene sunt nota, si placet, admovere deprecamur. Sin autem, hec et alia vestre probitati, inquiunt, nosque omnino modo subjectos committimus, et pro posse nostro equidem equo animo toleramus. Salvete.

3431.

CHARTA QUA STEPHANUS NOTUM FECIT SE MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE CLAUSUM DE MONCUC.

(Bibl. nat. cop. 26-211; B. h. 371, CCCLXXIII[2].)

Notum sit omnibus fidelibus christianæ religionis, presentis tempo- 1070, environ.
ris atque futuri, quod ego Stephanus, ob remissionem meorum et patris ac matris cunctæque meæ propinquitatis peccatorum, clausum de Moncuc, extra augmentum quod deinceps faciam, dedi Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo Cluniacensibusque fratribus, ab ipsis perpetuo possidendum, absque ulla calumpnia vel consuetudine. Hanc autem cartam laudaverunt et firmaverunt Wigo, filius Hugonis, consobrinus ejus, necnon etiam Humbertus, Wichardus atque Dalmatius[3], filii Wichardi, consobrini ipsius similiter, et Wigo et Rotbertus[4] quoque de Varenna, et Ayminus de Pitseis et Gausmarus frater ejus, et Rotlannus de Muntaignei et Gausmarus de Vernei et Poncius de Vicurzun. Fuit autem ista carta firmata ad portum de Domno Martino super Sagonnam fluvium, in manibus Drogonis, episcopi Matis-

[1] [Lisez *aje* pour *age?*]
[2] La copie de B. n'est qu'un extrait.
[3] B. ajoute ici *fratres*.
[4] B. termine ainsi : « consobrini ejus. « Letaldus, nepos ipsius, Petrus de Va- « renna, Ayminus de Pitseis et alii multi. »

conensis, et Sigaldi, prioris Cluniensis, atque Wichardi, monachi, consobrini ipsius Stephani. Excommunicavit etiam Drogo episcopus omnes viros sive mulieres quicumque hoc donum vel cartam calumpniati fuerint, nisi quantocius penituerint et emendaverint, ut sint socii et participes dampnationis Judæ, Domini traditoris, et Datan et Abiron, omniumque malignorum spirituum, dampnati in anima et corpore. Amen, amen, amen.

(*Au dos :*) Carta Stephani de Bellojoco[1].

3432.

CHARTA QUA WILLELMUS, AQUITANORUM DUX, CONFIRMAT MONASTERIO CLUNIACENSI MONETAM ENGERIACENSEM ET NIORTENSEM.

(Bibl. nat. cop. 30-76 ; B. h. 113, cxv.)

1070, environ. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Wilelmus gratia Dei Aquitanorum dux, confirmo et stabilio monetam Engeriacensem[2] et Niortensem[3] ac perpetualiter Cluniacensi æcclesie, que est constructa in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, stabiliendo contrado, ut semper eo modo, eo tenore atque eodem pondere in supradictis locis feriatur, quo et Pictavis. Ita omnino, absque ulla exceptione, ut si quando Pictavis mutatur, et ibi mutetur, absque ullius pretii suffragatione; si quando vero ibi denarii fiunt, et ibi; si quando ibi medacule[4], et ibi. Si quis autem hoc nostrum statutum violare vel mutare presumpserit, sciat se Deo et sanctis ejus repugnare et nisi cito resipuerit, æternas penas luere. Testes vero hujus donationis sunt : Hugo de Lisigniano[5], Girbertus.

(*Au dos :*) Carta Willelmi comitis, de moneta.

[1] Ce nom, qui ne paraît pas dans le corps de l'acte, est important à noter : c'est une des plus anciennes mentions de la famille de Beaujeu. Le cartulaire porte seulement au sommaire : « Stephanus clausum de Muncuc. »

[2] Voy. la donation primitive vers 1020, t. III, n° 2737.

[3] Voy. la donation primitive vers 1049, ci-dessus n° 2855.

[4] B. *mediacule.*

[5] B. *Lignisiaco* pour *Lisigniaco.*

3433.

CHARTA QUA ACHARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI OMNEM TERRAM SUAM IN VILLA CORBONIACO.

(Bibl. nat. cop. 30-77; B. h. 438, CCCCXLI [1].)

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Acardus, veniens ad extremum vite, et reminiscens multitudinem meorum peccaminum, dono Deo et ad locum Cluniacum aliquid de mea hereditate : hoc est omnem illam terram quam habeo in villa Corboniaco[2], in Matisconensi pago, hoc est terram cultam et incultam, vineis, campis, silvis, aquis; et de mancipiis meis Adelardum, cum infantibus suis, Bernardum, cum infantibus suis. Si quis autem mee donationi contradicere voluerit, omnibus maledictionibus qui in novo et veteri Testamento continentur subjaceat; mea autem donatio in eternum inconvulsa permaneat. S. Achardi, qui hoc donum fecit. S. Rolanni[3], fratris ejus. S. Hugonis Discalciati. S. Grimeri. S. Rolanni. S. alteri Rolanni. S. Achardi. S. Renco, fratris ejus. S. Artaldi. S. Wichardi. S. Berardi. S. Achardi. S. Giberge mulieris. S. Windelmodis. 1070, environ

(*Au dos :*) Achardus in villa Corboniaco.

3434.

CHARTA QUA NOTUM EST GUIDONEM DE MODIACO, CONSENTIENTIBUS FRATRIBUS SUIS, PARTEM HEREDITATIS SUÆ MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 30-82; B. h. 301, CCCII [4].)

Notum fieri volumus sancte Dei ecclesie filiis presentibus atque fu- 1070, environ.

[1] La copie du cartulaire débute par un préambule différent. Le voici : « Dum in hujus vivitur seculi erumpnosa peregrinatione, et dum licet et tempus congruum instare cernitur, convenit unicuique fidelium, maxime laicali professione viventium, ut ex facultatibus propriis sibi divinitus concessis, operariis Christi assidue in vinea sua laborantibus aliquit helemosine inpendant, quatinus in denarii remuneratione cum ipsis remunerari mereantur a summo Patrefamilias. Quamobrem ego Acardus, hujus capessendi doni desiderio succensus, ac veniens ad extremum vitæ, » etc.

[2] B. porte deux fois *Corbiniaco*.

[3] B. *Rotlanni* ici et plus bas.

[4] La copie du cartulaire est un peu plus

turis, quod Guido de Modiaco[1], jacens in malo unde mortuus est, volens hereditare in Dei regno, dedit cum fratribus suis, scilicet Stephano et Evrardo et Umberto, partem hereditatis sue, pro animarum suarum patrisque ac matris omniumque parentum suorum redemptione, Deo et apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniacum, ut ipse post mortem suam a fratribus receptus, ibidem sepeliretur. Quo mortuo venerunt fratres ejus in capitulum, et coram fratribus donum ex parte sua laudando confirmaverunt, tali namque pacto ut si Stephanus in bello aut quacumque morte subitanea moreretur, pro eodem dono Cluniaci sepeliendus a fratribus susciperetur.

3435.

CHARTA QUA EMMA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMA FILII SUI BERNARDI VULFERII, MANSUM IN VILLA TAVELLIS.

(B. h. 610, DCXIII.)

1070, environ[2]. In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint cuncti fideles sanctę Dei ecclesię, tam presentes quam et futuri, quod ego Emma, pro remedio anime filii mei karissimi Bernardi, cognomento Vulferii, qui in ultimo vite exitu, heu pro dolor! morte subitanea preventus est, necnon et anime meę parentumque meorum, dono et concedo Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur,

développée et précédée d'un préambule qui est ainsi conçu :

CCCII. *Wido de Modiaco partem hereditatis sue.* — Dum in istius erumnosa seculi peregrinatione unusquisque degit christianus, et interim dum sui compos existit ad bene faciendum, domum sibi eternam ex rebus juste adeptis construere in celis debet, ubi una cum beatis angelis letitia perfrui valeat sempiterna. Igitur omnibus, etc.

[1] [Le texte de B., ici encore, est plus ample que la copie de l'original : « ad extre- « mum vitæ perveniens suæ, gravi detentus « languore, quo spiritum Deo reddidit, vo- « lens illius terre particeps que canitur in « psalmo : « Porcio mea, Domine, in terra « viventium, » fore, dedit, » etc.]

[2] La date approximative que nous donnons à cet acte est fondée sur ce que le fils aîné de la donatrice qui paraît dans B. h. 609 (1065 environ) est mentionné comme mort dans celle-ci. Voyez aussi l'acte suivant.

quemdam mansum alium, excepto illum quem supra donavimus in ipsa villa Tavellis: omnia que michi et filiis meis in illo manso devenit jure hereditario et que ibi habere videbamur vel ullus homo per nos, eo die quo jam dictus filius meus Bernardus Golferius ex hoc seculo decessit, cum campis, silvis, pratis, pascuis, aquis, totum ad integrum, inquisitum et ad inquirendum, sine ulla calumpnia vel consuetudine ullius mortalis hominis, ut faciant rectores Cluniensium ab hodierno die et deinceps quicquid exhinc facere voluerint, sine ullo contradicente. Si quis autem contra hoc calumpniam inferre temptaverit, ira Dei manifeste super eum descendat, et quod repetit vendicare non valeat, potestateque judicaria coactus, auri libram componat, et deinceps hęc carta firma permaneat.

3436.

CHARTA QUA EMMA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, PRO ANIMABUS BERNARDI, MARITI SUI, ET ALTERIUS BERNARDI, FILII EORUM, CURTILUM IN VILLA NUIRUELS ET SERVUM IN VILLA AD CUSLUM.

(Bibl. nat. cop. 36-133 1°; B. h. 589, DXCII.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint cuncti fideles sancte Dei ecclesiæ, tam presentes quam futuri, quod ego Emma, pro anime mee remedio et mariti mei Bernardi requie, necnon et pro Bernardi Golferii[1] filii mei, parentumque meorum liberatione, ut redemptor animarum, Dominus noster Jesus Christus, eripiat nos de regionibus tenebrarum, et perducat in sinu Abrahe et in lucem sempiternam animas nostras, dono et concedo Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas preesse et prodesse videtur, quoddam curtile in villa que vocatur a Nuiruels[2] subter Sanctum Jangulfum, et in villa ad Cuslum quemdam servum, nomine Germanum, cum omni sua hereditate: omnia que michi et filiis meis in istis locis supranominatis devenit jure hereditario, et

1070, environ.

[1] Voy. 3407 et 3435. — [2] B. *Auiruels;* c'est aujourd'hui *Nourux,* écart de Saint-Gengoux-le-Royal.

IMPRIMERIE NATIONALE.

quæ ibi habere videbamur, vel ullus homo per nos, eo die quo ante jam dictam donationem fecimus, totum ad integrum inquisitum et[1] inquirendum, sine ulla calumpnia vel consuetudine ullius mortalis hominis, ut faciant rectores Cluniensium ab hodierno die et deinceps quicquid exhinc facere volueri[n]t, sine ullo contradicente. Si quis autem contra hoc aliquam calumpniam inferre temptaverit, ira Dei manifeste super eum descendat, et quod repetit vindicare non valeat, potestateque judiciaria coactus libram auri componat.

(*Au dos :*) Carta de quodam curtile et de servo cum sua hereditate, quæ dedit matrona domna Emma sanctis P. et P., pro sua anima, et de duabus condominis quas dederunt filii sui Joscherannus et Enmarus pro fratre suo Milone[2].

3437.

CHARTA QUA JOSCERANNUS ET FRATER EJUS INMARUS[3] DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRO ANIMA FRATRIS SUI MILONIS, DUAS CONDAMINAS APUD SANCTUM JANGULFUM.

(Bibl. nat. cop. 36-:33 2°; B. h. 590, DXCIII.)

1070, environ. In Dei nomine, ego Joscherannus et frater meus Inmarus donamus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum duas condaminas, pro fratris nostri Milonis defuncti requie, ut Deus omnipotens eripiat eum ab infernalibus claustris, et det ei requiem sempiternam. Sunt quidem site in villa ad Sanctum Jangulfum, ad occidentem via publica, ad aquilonem via publica similiter; tali tenore ut ibidem Deo servientes totum ad integrum habeant ab hodierno die et deinceps, et faciant quicquid voluerint, sine ullo contradicente. Si quis autem contra hoc aliquam calumpniam inferre temptaverit, in supradicta maledictione permaneat, et quod repetit vindicare non va-

[1] [B. ajoute *ad*.]

[2] [Voy. l'acte suivant.]

[3] On peut voir par le sommaire inscrit au dos de l'acte que ces deux donateurs étaient fils de la dame Emma, nommée dans l'acte précédent. Ces deux personnages figurent seuls dans une donation de 1076 (B. h. 526), ce qui nous permet de dater celle-ci et la précédente de 1070, puisque leur mère vivait encore.

leat, juditiariaque potestate coactus, duas auri uncias componat. Firma permaneat constipulatione subnixa.

3438.

CHARTA QUA WIDO LARGUS, CUM CONSENSU UXORIS SUÆ ET MULTI ALII, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI PRÆDIUM IN SINAQUIS ET ALODIA AD GUAGNONI VILLAM, ETC., AD FUNDANDAM IN LOCO PITUERIS ECCLESIAM.

(B. h. 119, CXXI [1].)

Quoniam quidem generatio advenit et generatio preterit, ac nichil est sub sole conditioni hominum ita dispositum, quod quandoque sui mutabilitatem possit evadere, oportet nos meliorem nostri partem, quod est intellectus, utcumque viribus valemus vel modicum exercere, ut quod in nostri presentia geritur, qualiter inviolabile ac ratum permaneat posteris litteratim mandetur. Igitur Dominicis verbis non surda aure auditis, quidam peccatores, sed de Pitueris castro inter primates secundum hoc seculum nobiliores, perterriti immanitate et enormitate peccaminum suorum, domnus videlicet Wido, cognomento Largus, de cujus capite tocius alodi constat medietas, filii sui uxorisque consensu, domnus Hadericus, qui fuit Aurelianensis episcopus [2], atque Hysimbardus, frater ejus, domnus Wido abbas, per cujus consilium hęc acta sunt, et Gaufredus atque Ulricus nepotes eorum, et Albertus, nobilis miles, uxoris filiorumque suorum consensu [3], donant atque concedunt Deo omnipotenti, necnon et beatæ Dei genitrici Mariæ sanctisque apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro redemptione animarum suarum omniumque parentum suorum precedentium atque subsequentium, quoddam predium, quod conjacet Sinaquis, inter Pitueris castrum et Dadonis villam, sed et in burgo prefati castri vel ubicumque domnus Hadericus habere alodi aliquid videtur; totum 1070, environ.

[1] Imprimé dans la *Gallia christ.*, t. VIII, instr. col. 495.

[2] [Hadéric fut évêque d'Orléans de 1063 à 1067.]

[3] Voyez la nomenclature complète des donateurs dans la charte du 7 avril 1080, qui est la confirmation de celle-ci et que l'on trouvera ci-après.

autem quod domnus Wido Largus habere videtur in alodo apud Guagnoni Villam, vel in hospiciis, vel in culturis, sive de patrimonio illi acciderit, vel quoquo modo postea adquisierit, eodem modo concedit : eo tenore ut monachi Clunienses habeant et possideant jure perpetuo et pro animabus illorum quorum helemosinas vel hic jam receperunt vel recepturi sunt, preces cotidianas Deo persolvant, ut dantes et accipientes simul in vita æterna feliciter vivant. Hęc autem carta facta est jussu voluntario domni Phylippi, regis totius Gallię, preclarissimi viri, et domni Richerii, Senonensis archiepiscopi, atque domni Rainerii, Aurelianensis episcopi, qui cum magno gaudio et devotione ibi cimiterium consecravit, propriis manibus in ędificanda æcclesia primum lapidem posuit, laudantibus atque cohortantibus cunctis Pitueris castri primatibus atque nobilibus. Si quis autem, armis diaboli agitatus, contra regiam potestatem atque confirmationem et episcopalem corroborationem atque sanctę æcclesie robustissimam auctoritatem se erigere presumpserit, calumpniam ingerendo huic tam undique confirmatę donationi, nullo modo prevaleat, sed pro tali presumptione auri libras mille componat, et fiant filii ejus orphani et uxor ejus vidua, atque cum Juda, Christi traditore, in abyssum inferni detrusus, inrevocabiliter æternas pęnas luat. S. Rainerii, Aurelianensis episcopi. S. Widonis Largi. S. Tetbaldi, filii ejus. S. Ulrici, nepotis eorum, cum Walterio, fratre suo. S. Haderici clerici, qui fuit Aurelianensis episcopus[1]. S. Hisimbardi, fratris ejus. S. domni Guidonis abbatis et Gaufredi militis, nepotum Haderici et Isimbardi. S. Gibaldi pueri, nepotis eorum. S. Alberti militis. S. Gaufredi militis. S. Isimbardi fratris ejus. S. Hugonis de Tuslvilla. S. Petri de Stampis, qui fuit cum Tetbaldo filii Arardi. S. Letaldi, filiorumque suorum Fulconis et Godefridi. S. Symonis et Theoderici. S. Rainardi capiterii[2].

[1] Hadéric ayant été excommunié pour crime de simonie, avait perdu son titre d'évêque d'Orléans. Il appartenait à la famille des premiers seigneurs de Pithiviers. Cf. ci-dessus, n° 3398.

[2] [Lisez *capicerii.*]

3439.

CHARTA QUA HUGO MILES ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI GEORGII SUB CASTRO VENDOPERÆ.

(B. h. 602, DCV.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis, sanctis apostolis Petro et Paulo, Hugo miles, cum filiis suis in perpetuum. Quotiens divine servitutis usibus profutura quedam licet perpauca offerimus, sua Deo reddimus, non nostra largimur, ut hec agentes simus et ei cui omnia debemus, non omnino ingrati, et de nostrorum remissione peccatorum apud ejus clementiam aliquantisper securi. Quapropter, tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod ego miles beatis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniaci, donavi quandam mei juris ecclesiam in honore sancti Georgii, sub castro Vendopere sitam, cum eodem suburbio, nulla ibi prorsus consuetudine sive potestate justitiave retenta, sed quicumque ibi hospitati fuerint ab omni servitio et exactione liberi et securi, nisi in servitio Sancti Petri et monachorum, etiamsi clamor de his factus fuerit, per ipsos justitia fiat, exceptis nostris servis hominibus. Et insuper omnem usuariam, tam in silvis, pratis, aquis, pascuis, perpetuo habeant, et tantum terrę arabilis quantum uni carruce sufficiat eisdem donavit, omnem quoque decimam de omni laboratu meo. Quod ut stabile firmumque permaneat, donum hoc in manu priorum duorum Cluniacensium domni Warmundi et domni Odonis misi, et hanc cartam inde fieri laudavi, et uxorem atque filios meos in presentia militum meorum laudare feci.

1070, environ (?).

[1] [Cette église a été par la suite le chef-lieu d'un doyenné nommé Saint-George de Vendeuvre, au diocèse de Langres. Cf. *Bibl. Clun.*, c. 1715 a. On remarquera la présence simultanée de deux prieurs de l'abbaye de Cluny.]

3440.

CHARTA QUA LANDRICUS GROSSUS NOTUM FACIT CONVENTIONEM FACTAM INTER SEIPSUM, EX UNA PARTE, ET EPISCOPUM LINGONENSEM MONACHOSQUE CLUNIACENSES, EX ALTERA, SUPER INJUSTA PEDITURA AB IPSO DE MERCATORIBUS REQUISITA[1].

(B. h. 674, DCLXXVIII.)

1070, environ. Scriptum est : « Qui converti fecerit peccatorem ab errore vię suę, « salvabit animam ejus a morte[2] »; et iterum : « Redimentes tempus, quo- « niam dies mali sunt[3]. » Quapropter noverint cuncti fideles futuri et presentes, quod ego Landricus Grossus, a concupiscentia, quę plerumque secularibus obrepit, abstractus et illectus, quosdam mercatores Lingonenses cępi per terram meam transeuntes et eorum res abstuli, donec conventus ab episcopo Lingonensi ac senioribus Cluniacensibus, partem retinui, partem reddidi ipsis mercatoribus, ut sua reciperent et deinceps per terram meam quiete transirent, quid mihi singulis annis loco quasi tributi solverent constituentibus. Ex hoc peccato nata est mihi alterius peccati occasio, scilicet ut cunctis per terram meam iter agentibus, seu causa negotiationis, seu orationis, exactionem, quam vulgo pedituram vocant, imponerem, et hoc meos ab eis exigere juberem. Hoc seniores Cluniacenses audientes, et quia nunquam ab antecessoribus meis aliquid tale factum audierant nimium dolentes, per fratrem meum, domnum Bernardum, suum camerarium, me convenerunt, et ut ab hac injusta ac Deo odibili exactione desinerem poposcerunt, et ut tempus sibi redimerent, aliisque quos hac exactione turbabam quietem providerent, trecentos mihi solidos dederunt. Ego autem, qui facere hoc sponte pro timore et amore Dei debui, accepto precio, tandem aliquando consensi, et in manu domni Hugonis abbatis ac postea in capitulo Cluniacensi, exactionem illam nun-

[1] [Cette charte a été imprimée par Guérard à la suite du *Polyptyque d'Irminon*, p. 362, d'après la copie de la Bibl. royale, Dépôt des chartes, *sub anno 1076.*]

[2] [*Epist. Jacobi apost.*, V, 20.]

[3] [*Epist. b. Pauli ad Ephesios*, V, 16.]

[4] [Bernard, chambrier de Cluny et son frère Landry, appartenaient à la famille dont un des membres fit construire le château d'Uxelles. *Vide infra.*]

quam a me vel ab aliquo meorum exigendam fideliter repromisi; sed et servos vel francos, quoscumque tunc temporis calumniando requisivi, similiter ex toto et in perpetuum, sicut exactionem illam werpivi, et hoc observandum a me omni tempore fideliter promitto, et heredes meos observare precipio. Si quis autem, vel ego ipse, vel quilibet filiorum vel filiarum mearum, vel certe mihi in hoc honore terreno succedentium, hanc exactionem iniquam quam vocant pedituram facere, aut servos vel francos quos werpivi repetere vel quolibet modo a servicio Sancti Petri et seniorum Cluniacensium inquietare presumpserit, iram omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti incurrat, et nisi ad satisfactionem et emendationem venerit, in perpetuum anathema maranatha, ęterno igne comburendus, regno Dei et vita ęterna careat. Amen. S. Landrici, qui hanc werpitionem fecit. S. Joceranni, filii ejus. S. Ilii de Craia. S. Humberti Ungri. S. Engilberti de Curtavas. S. Ansedei Juvenis de Oblaco. S. Artaldi de Buxeria. S. Joceramni de Curtavas.

3441.

LITTERÆ ALDEFONSI, REGIS HISPANIARUM, AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, QUIBUS EI NUNTIAT SE DUPLICATURUM ESSE CENSUM QUEM PATER SUUS FRATRIBUS CLUNIACENSIBUS DEDERAT.

(C. 105 [1].)

Hugoni venerabili et excellentissimo abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite divino suffulto atque cuncte dulcedinis mellifluo seniori, quem sue dignitatis clarificat gradus, necnon cuncte nobilissime congregationi apostolorum Petri et Pauli, A[ldefonsus] gratia Dei Hyspaniarum rex, cum omni devotione mentis et corporis, suum stillare fascem vereque caritatis custodiam, vitęque ęterne gaudia atque perpetuam prosperitatem et salutem, necnon quicquid sublimius ex intimo corde amplexibili dilectione in Domino Jesu Christo. Quanta te, gloriosissime pater, devotione diligam, melius, ut puto [2], ipse cognoscis

1070, environ.

[1] Imprimé par d'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 445, et t. III, p. 407 (édit. in-fol.). — [2] D'Ach., *deputo*.

quam aliquis doctor in carta scribere possit, Robertum, quem supra omnes monachos teneo excellentiorem et cariorem vestrumque ex intimo corde fidelissimum confratrem, scientem qualiter tuus amor factus est mihi velud ignis tota die et nocte ardens in corde meo, unde si omnia mihi dedisses que in mundo habere potes, puto nichil esse ad comparationem illius boni, quod causa mei particulam tui gregis, quem spirituali fovisti manu, in nostris partibus misisti. Quapropter, gratia Domini te illuminante, ego servus servorum Dei, omnino tue subjectus pietati magis hac magis tuam deprecor paternitatem, ut in bono quod cepisti perseveres, quatinus aliquos tuę sanctissime religionis domesticos mittere digneris, et ut illum nostrum et vestrum locum, quem tuo sanctissimo fonte incepisti rigare, repleatur tua dulcedine dum in hoc fragili moveor. Ad hoc scito, sanctissime pater, censum quem pater meus illo sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vite meę duplicabo, et seriem testamenti composui coram testibus, ut quisquis qui hoc regimen post excessum vitę meę accepturus erit, quod teneo, quomodo hoc censum quod sanctis apostolis Petro et Paulo et vobis et sanctissimę vestre congregationi tribuo, quatinus ipse similiter qui hoc regnum habuerit debito persolvat illo sanctissimo loco; sin autem noluerit, quomodo, potestate Dei et precibus beatorum apostolorum Petri et Pauli ipso regno careat. Idcirco, egregie pater, vestram deprecor paternitatem, ut hoc censum quod vobis addidi, propter triticum venundetur, et inde adquiratur, ut illa sanctissima congregatio vitam suam sustentare valeat; et quicumque hoc censum (quod domnus Robertus, noster amicus, vester autem animo et corpore familiaris, mihi die hac nocte addere suasit), in alio loco miserit, nisi, sicut supradictum est, et ut ipse proprio ore vobis dixerit, cum Juda traditore in inferno sustineat penas, et a fronte suis careat lucernis. Quapropter, egregie pater, supplici devotione tuam deposco clementiam, huic meę deprecationi benigno sinu favens quam a te petere ad presens cupio; vellem admodum, si gratia tui esset, domnum Robertum omnino in nostris partibus adesse, quem summum atque carissimum pre omnibus rebus habeo.

Qua de causa vellem eum mecum esse in vita et in morte, quoniam illius suffulcior[1], ejusque dulcissimis verbis foveor; nam scitis pro certo vestro usui est omne consilium quod agitur erga me. Ideoque ut curam mei habeatis rogo, ut nullius causa inpedimenti dimittatis quin in nostris partibus omnino eum sinatis habitare. De Romano autem officio, quod tua jussione accepimus, sciatis nostram terram admodum desolata esse, unde vestram deprecor paternitatem, quatinus faciatis ut domnus papa nobis suum mittat cardinalem, videlicet domnum Giraldum, ut ea que sunt emendada emendet, et que sunt corrigenda corrigat. Valete[2].

3442.

CHARTA QUA HUGO, CLUNIACENSIS ABBAS, MONACHIS SUIS NUNTIAT SE ALDEFONSO, HISPANIARUM REGI, CLUNIACENSIUM BENEFACTORI, CONCESSISSE PRECES ET ELEEMOSYNAS, TUM IPSO VIVENTE, TUM POST EJUS MORTEM, IN HIS PARTICIPANTE REGINA, CONJUGE EJUS.

Omnibus fratribus ac filiis. . . (D'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 447, *ex chartul. Clun.*, et édit. in-fol., t. III, p. 408; Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 176, et édit. in-fol., t. I, p. 126.) 1070, environ.

3443.

CHARTA QUA HUGO, CLUNIACENSIS ABBAS, SE LAMBERTUM, SANCTI BERTINI ABBATEM, VELUTI PROPRIUM CLUNIACI MONACHUM RECIPERE DECLARAT.

Hugo, etc. (D'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 448, *ex chartul. Clun.*, et édit. in-fol., t. III, p. 408.) 1070, environ.

3444.

EPISTOLA THEOBALDI, TRECENSIUM COMITIS, ET UXORIS EJUS ADELAIDIS AD HUGONEM, CLUNIACENSEM ABBATEM, ET GOZECHINUM PRÆPOSITUM EJUSDEM MONASTERII, QUA AD BAPTIZANDUM ODONEM, FILIUM SUUM, INVITANT HUGONEM ABBATEM, ET DANT MONASTERIO VILLAM COSSIACUM AB OMNI SERVITUTE IMMUNEM.

In nomine, etc. (D'Achery, *Spicil.*, t. VI, p. 449, *ex chartul. Clun.*, et éd. in-fol., t. III, p. 408.) 1070, environ. wrongly dated. Full text below, # 3557 p. 655

[1] D'Ach. « deest verbum aliquod ». — [2] D'Ach. *Vale.*

3445.

CHARTA QUA THEODERICUS DE SANCTO HYLARIO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE VENDROVIA, IN PAGO TULLENSI.

(B. h. 734, DCCXXXVII.)

1070-1107. Traditionum sequens tramitem antiquarum, ego Teodoricus, cognominatus de Sancto Hylario, hortatu et ammonitione monachorum Cluniacensium in regno Lotharingie commorantium, particeps in vita et morte gliscens effici orationum eorum, quicquid ab antecessoribus in æcclesia que vocatur Vendrovia cum appenditiis ejusdem possidebam, Sancto Petro et Paulo et domno abbati Hugoni, quanto liberius et legalius potui tradidi. Consilio igitur dominorum et fidelium meorum, insuper uxoris meę et filiorum ac filiarum mearum assensu, episcopum Piponem nomine Tullensium adii, et in presentia clericorum ejus ac domni Willelmi, Frodonis Villę prioris, et Golberti monachi, cujus monitu hoc totum gerebatur, per calicem quem tenebam, ejusdem æcclesie manum meam, ut justum erat, a predicta ęcclesia devestivi et in manum episcopi tradidi, eo tenore ut quemadmodum ego dederam, ipse Sancto Petro et Paulo et domno abbati Cluniacensi redderet. Peticioni vero mee libenter presul prefatus assentiens, litteras sigillo suo munitas per supradictos monachos direxit, postulans ex sui parte et mei, ut monachos qui sepedicta ęcclesia Deo servirent dirigeret. Post hec cernentes, ego et soror mea, Judita nomine, studium monachorum erga cultum Dei et tenuem vitam illorum augere in melius cupientes, res quasdam que apud Vendroviam nostro usui deserviebant, monachis dedimus, scilicet domum ad habitandum lapideam, et vineam, et quinque quartaria terre et tres homines cum familiis et tenementis suis. Dedimus etiam eis usum alodii, sicut nos habebamus, in piscatione, in pastu pecudum et porcorum, et nemoribus ipsis et subjectis eorum, perdonato preterea eis omni bannodie, laudantibus liberis meis et liberis sororis meę; videns postea religionem monachorum, adeo conplacuit michi ut alodium Besangie, quod, conce-

dentibus uxore et liberis meis, mihi in elemosinam retinueram, quodque post obitum meum me daturum disposueram, ut honorabilius et uberius vivere possint, in vita mea concedo, maxime ob hoc genibus vestre pietatis et sancto conventui vestro, licet indignus, provolutus peto quatinus fratribus qui nobiscum sunt in solatium fratrem hujuscemodi mittatis, in quo honor cenobii Cluniacensis a nostratibus cognoscatur.

3446.

CHARTA QUA GUIDO, COMES PICTAVENSIS, ET FRANCO SANCTONENSIS WERPIUNT OMNEM CONSUETUDINEM DE REBUS QUÆ AD CLUNIACUM MONASTERIUM DEFERENTUR.

(A. s. 2.)

Notum sit cunctis presentibus atque futuris, quod ego Guido, indignus et peccator, comes Pictavensis, audita voce Domini dicentis : « Date et dabitur vobis », dono Deo, a quo bona cuncta procedunt, et beato Petro Cluniacensi, monachisque ibidem Christo famulantibus, pro salute anime mee, patris mei, omniumque parentum meorum, in tota terra mea, de omnibus rebus que Cluniaco deferuntur vel portanda sunt ad opus monachorum, videlicet ad edendum sive ad induendum, omnem consuetudinem quam in dominio possideo, absque ullo retinaculo. Quod audiens, ego Franco Sanctonensis dominum meum comitem de suis helemosinas facientem, me quoque ut id ipsum facerem precantem et exortantem, gratia Dei compunctus, quicquid in eadem consuetudine habeo, similiter pro redemptione anime mee parentumque meorum, dono Deo et beato Petro Cluniacensi atque concedo. Hoc namque donum concedimus ego Guido, dux Aquitanie, et Franco Xanctonensis, anno ab incarnatione M° LXXI, in dormitorio Sancti Petri Sanctonensis. Testes idonei qui hoc viderunt et audierunt : Domnus Boso, comes de Marcha; Gaufredus de Mauritania, Arnaldus Jannio [1], Poncius, sacrista Cluniacensis, Arnaldus Girardus et alii plures. 1071.

[1] Ce mot est ainsi figuré : *Janio*, avec abréviation sur l'*a*.

3447.

CHARTA QUA AGANO, EDUENSIS EPISCOPUS, CUM CONSENSU CANONICORUM SUORUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAPELLAM SANCTI HYLARII.

(Bibl. nat. cop. 30-213; B. h. 122, CXXIIII.)

1072 [10 mars].

Vox Dei est dicentis : « Date helemosinam et omnia munda sunt « vobis » et iterum : « Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut « cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula ». Quapropter ego Agano, Eduensis ecclesie episcopus, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, cum consensu clericorum meorum [et] canonicorum, ad locum Cluniacum, cui preest domnus Hugo abbas, capellam Sancti Hilarii, cum omnibus que ad eam pertinent, et cum terris que vel ad presens ibi sunt, vel per succedentia tempora dabuntur. Hoc autem faciens, credo me participem fore orationum fratrum Cluniensium, et maxime illorum qui in eadem Sancti Hilarii ecclesia, Deo concedente, divinis obsequiis famulabuntur. Si quis autem huic mee donationi contrarius aliquam invasionem rebus supradicte ecclesie inferre presumpserit, hic excommunicatus sit et anathematizatus a consortio bonorum omnium, nisi ad debitam et congruam satisfactionem pervenerit. Facta vero est hec carta Cabilonis publice in conventu[1], presente legato apostolice sedis, anno Dominice incarnationis M. LXXII, indictione X, regnante Philippo, Francorum rege, anno XII regni ipsius.

(*Au dos :*) Carta quam fecit Aganus episcopus de capella Sancti Hilarii.

[1] Le concile dont il est ici question, et auquel assistait le légat Gérard, évêque d'Ostie, est celui qui est mentionné dans Mansi, *Concil. nova coll.*, t. XX, p. 47. (Voy. l'*Art de vérifier les dates*, à la liste des conciles. Celui-ci est indiqué au 10 mars.) Un extrait de ce concile se trouve dans le cartulaire de Romans, sous le n° 84.

3448.

CHARTA QUA HESSO NOBILIS HOMO TRADIDIT IN MANU HERMANNI, MARCHIONIS MARCHIÆ VERONENSIS, ALODIUM SUUM IN PAGO BRISGOACENSI, EA RATIONE UT ILLUD CAPELLÆ DE RIMESINGEN IPSAMQUE CAPELLAM MONASTERIO CLUNIACENSI DARET.

(Bibl. nat. cop. 40-74; B. h. 136, CXXXVIII.)

1072 (au plus tard).

Noverit industria omnium Christi fidelium et nunc presentium et evo sequenti futurorum, quod quidam nobilis homo, nomine Hesso, omne predium, omnia [1] mancipia, sive allodium suum situm in pago Brisgoacensi, sive Archaim [2], tradidit in manum Hermanni [3], marchionis marchie Veronensis, ea racione ut idem prenominatus marchio inde faceret quod idem prenominatus [Hesso postulasset. Rogavit ergo marchionem predictum Herimannum [4]] Hesso jamdictus totum alodium supra memoratum donare libera manu et addicare ad quamdam suam capellam que apud villam nomine Rimesengen [5] in colle constructa habetur extra ambitum ville, in qua capella Deo famulantes viverent ex possessionibus supradictis, ad hoc inibi profecto deputatis ac donatis. Quibus ita ordinatis, adjecit etiam idem Hesso aliam postulationem, scilicet ut prefatam capellam cum omnibus appendiciis suis sepe jam nominatus marchio donaret Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad monasterium Cluniacum, ea lege ut annuatim illuc pro censu reddatur aureus unus. Tradidit sibi in loco Perolteshol [6] hoc in publico mallo legitime prenotato [7].

(*Au dos :*) Carta Hessonis nobilissimi hominis de alodio suo et mancipiis et capella Rimessan. In pago Brisgoacensi.

[1] B. *omniaque predia et mancipia.*

[2] L'*a* initial est marqué d'un esprit dur. On devrait donc écrire *Harchaim ;* B. porte *sive Arthaim*, ce qui répond au nom de lieu moderne : *Artheim.*

[3] B. *Herimanni.* [Hermann I, second fils de Berthold I, comte de Brisgaw, tenait de son père qui avait été duc de Carinthie, le titre de marquis de Vérone, suivant un ancien usage de leur maison. Hermann quitta sa patrie en 1073 et se retira à Cluny où il mourut l'année suivante. Cf. l'*Art de vérifier les dates*, III, 338.]

[4] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[5] B. *Rimesingen.*

[6] B. *Perolteshol*t.

[7] Pour la date, voyez la pièce suivante.

3449.

PRÆCEPTUM HENRICI QUARTI IMPERATORIS QUO CONFIRMAT DONATIONEM CAPELLÆ DE RIMESINGUN AB HESSONE MONASTERIO CLUNIACENSI FACTAM.

(Bibl. nat. cop. 30-199; C. 136, D. 348, E. 177 [1].)

1072, 27 juillet.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, rex. Quoniam regie majestati nostre convenit justis petitionibus assensum prebere, maxime autem his ubi religionis intuitu ducimur, ut votorum fidelium participes efficiamur, donum cujusdam religiosi viri, nomine Hessonis [2], laudamus, concedimus, et nostra potestate regia confirmamus. Est autem donum prefati Hessonis quod donavit ad monasterium Cluniacense, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ecclesiam unam quam edificavit ipse idem Hesso in proprietate sua, in loco qui dicitur Rimesingun, et omne patrimonium sive predium suum quod ad eandem ex toto dicaverat ecclesiam. Fecit autem hoc bonus ille Hesso, dum Cluniacensi monasterio presideret venerabilis pater et abbas Hugo, hac videlicet ratione, ut monachi de Cluniaco ad prefatam ecclesiam Rimesingun sitam transmissi et collocati [3], de rebus inibi pertinentibus vivant. Et fiat hujus doni oblatio cunctarum Christi fidelium animarum propitiatio sive redemptio. Si quis autem fuerit ita improbus aut temerarius, ut tam pie devotionis datum Jesu Christo in sanctis ejus dicatum convellere temptet aut qualibet molestia calumniari, et e statu legitimo infringere, sit dux, sit comes, sit quelibet omnino talis potestas, sit liber aut servus, si prefatum nostre concessionis regie statutum in presenti dono irritum facere adtemptet, L auri libras coactus persolvat fisco regali. Et ut hoc nostre majestatis regale decretum, tam presentium quam futurorum noticie sit commendatum, kartam

[1] Imprimé dans la *Bibl. Clun.*, col. 526, d'après la copie de E. Nous avons cru devoir le réimprimer ici d'après la copie prise sur l'original par Lambert de Barive; celle-ci renferme une addition importante.

[2] Voyez la pièce précédente.

[3] C. *collati.*

hanc inde conscribi jussimus, quam propria manu roboratam sigilli nostri impressione signavimus. Signum domni Henrici quarti regis invictissimi (*Monogramme*).

Adalbero[1] cancellarius, vice Sigefridi archicancellarii recognovi[2].

Data Wormatie, VI kalendas augusti, anno Dominice incarnationis millesimo LXXII°, indictione X, anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XVII, regni vero XVI.

(*Au dos :*) Preceptum Henrici quarti imperatoris, de Rimesingyonis capella, cum alodio et patrimonio Hessonis boni viri.

3450.

CHARTA QUA FREDERICUS, GENEVENSIS EPISCOPUS, DAT ROMANO MONASTERIO, PER MANUM ALGODI, ADVOCATI SUI, RES SUAS IN VILLA TAURIANO, IN EPISCOPATU BISUNTINO[3].

In Christi nomine. Notum esse volo Dei ecclesiæ fidelibus, qualiter 1072-1073.
ego Fredericus, Dei gratia Genevensis episcopus, cogitans humanæ fragilitatis casum atque animæ meæ seu animarum antecessorum meorum remedium per hoc maxime adipiscendum, dono in episcopatu Bisuntino, et in comitatu Willelmi comitis, et in villa nomine Tauriaco[4], per manum advocati mei Algodi, omnia quæ ibi mei juris esse videntur, tam in casis et in casalibus, pratis, campis, silvis, arboribus pomiferis et impomiferis, aquis, aquarumve decursibus; necnon in servis et ancillis, totum usque ad exquisitum, ad altare Sancti Petri Romani Monasterii et monachis Deo et sancto Petro ibidem assidue famulantibus, videlicet eo tenore ut fratres omnes loci memoriam mei, quandiu vixero, habeant, post meum vero obitum, singulis annis, sicuti de proprio fratre, anniversarium faciant. Ego Algodus advocatus hanc cartam de terra levavi, et scribere et firmare

[1] E. *Adalbertus.*

[2] Cet alinéa a été omis dans la *Bibl. Clun.*, il figure dans C.

[3] Extrait d'une copie authentique des archives de Cluny dans le tiroir étiqueté *Lausanne* (copie de M. P. J. de Rivaz, communiquée par M. le comte de Rivaz, 1866). Cette pièce est imprimée dans le cartulaire de Romainmoutier, p. 39.

[4] Imprimé : *Villa monte Tauriaco.*

rogavi. Cono testis. Alius Cono testis. Gotefridus testis. Saligerius testis. Oldricus testis. Si quis autem extiterit qui hanc donationem infringere voluerit, Dei excommunicationi et sancti Petri, necnon et nostræ subjaceat, donec ad satisfactionem veniat. Ego Anselmus, jussu Willelmi cancellarii, regnante juniore rege Henrico anno XVII scripsi, Genevis, die veneris.

3451.

LITTERÆ GREGORII PAPÆ VII, QUIBUS HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DE SUSCEPTO PONTIFICATU DOCET.

1073, 23 avril. Gregorius, etc. Non dubitamus. (*Gregorii epist.*, lib. I, ep. 4.)

3452.

PRÆCEPTUM ALDEFONSI, REGIS HISPANIARUM, QUO MONASTERIUM SANCTI ISIDORI MONACHIS CLUNIACENSIBUS DAT.

(B. h. 107, CVII et CVIII [1].)

1073, 29 mai. In nomine Genitoris et Geniti simul et ex ambobus procedentis Spiritus Sancti, qui est trinus in unitate et unus in deitate, per quem universa gubernatur creatura, et cui famulantur celestia simul et terrestria, ad cujus imperium obediunt maria, a quo cuncta creata sunt, omnia mirabiliter operata, qui hominem ab humo plasmavit, et in finem seculorum formam servi adsumens per passionem propriam misericorditer redemit, et ne humanum genus periret sanctos apostolos suos predicare secundum sanctum euvangelium in universum mundum et confirmare in fide Christi credentes transmisit; hæc benigne dis-

[1] On a divisé mal à propos cet acte en deux dans le cartulaire. La première portion a pour titre : « Aldefonsus rex monasterium Sancti Ysidori in Ispania », et la seconde : « Imprecatio ejusdem regis super violatorem ejusdem doni ».

A. Bernard proposait de dater cet acte de 1091, ce qui était une erreur, car le texte porte « millesimo CXI, » 1111. Il s'agit ici de l'ère d'Espagne 1111, qui correspond à l'an 1073 de Jésus-Christ; il n'y a que cette date qui puisse s'accorder avec les synchronismes des évêques espagnols, signataires de ce diplôme et qui moururent ou quittèrent leur siège épiscopal en 1085 au plus tard.

ponens providentia divina, non quo ipse alicujus egeat dono, qui est omnia in hominibus, sed ut offerentum placabile respiciat donum et bono desiderio concessionis accipiat sacrificium. Ideoque ego Aldefonsus, rex Ispaniarum atque Leonensis, audiens scripturę divinę oraculum, et adimplendum aliquantulum cupiens bonum, ut tibi omnipotenti Domino Deo et nostro Patri pura mente, de quo mihi tribuisti, rederem aliquam partem, pro remedio animę meę et pro anima patris mei et matris meę et omnium parentum meorum, ex nomine sanctę Trinitatis facio testamenti seriem et propriam donationem in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ad locum Cluniacensem, ubi preest domnus Hugo abbas, de monasterio quod est constitutum in honore sancti Isidori martiris, quod est situm inter duo flumina, unum vocatur Carrion et alterum Pisorga; et sicut supradictum est concedo et offero hoc monasterium ecclesię sanctæ apostolorum Petri et Pauli, et abbati fratribusque suis, qui secum in Dei auxilio sanctę regulę colla submittunt, cum omni integritate sua, quantum ad ipsum locum pertinet : hæc sunt monasteria, cum villis suis et cum suis antiquioris[1] terminibus, scilicet montes et colles, silvas, prata, vineas, terras cultas et incultas, ortos, molendinos, aquas, fontes, piscarias, introitus et exitus. Istam donationem facio et confirmo secundum meum jus, sicut fuit donatum et confirmatum ad illum locum supradictum Sancti Isidori martiris in tempore patris mei vel parentum meorum, attestante propheta qui ait : « Vovete et reddite Domino Deo vestro[2], » et in alio loco subsequenter ait : « Tua sunt enim omnia, Domine, et que « de manu tua accepimus, in tuo sancto timore detulimus tibi. » Oro[3], Domine, et te creatorem universitatis efflagito, ut, si quis temerarius aut quælibet potestas, hunc conscriptionis testamentum ad irrumpendum venire conaverit, vel contentionem aut disturbationem aliquam inmittere temptaverit, sive ex propagine vel stirpe mea, seu etiam quislibet rex vel comes aut pontifex, hanc factionem infringere voluerit, quisquis ille fuerit, in primis a comunione redemptionis, quod

[[1] *Sic*. — [2] *Psalm*. LXXV, 12. — [3] Ici commence le n° CVIII.]

est corpus et sanguis Christi, extraneus habeatur, ut lucernis quibus videtur propria fronte carens, picea tunica circumtectus, cum Juda proditore in inferni baratro dimersus consors inveniatur et in ultimo juditio, quando ipse apostolus Petrus cum Domino super duodecim tronos sessurus, eum sentiat ultorem et terribilem judicem; et in presentia regia vel juditiaria sententia coartatus, x auri libras, et omnia supratexata vel scripta in duplum vel tripplum parare cogatur invitus. Hanc scriptionem perpetua et firma semper obtineat. Facta cartula testamenti iiii kalendas junii, millesimo cxi, regnante Aldefonso rege in Castella et in Legione. Ego Aldefonsus rex hanc cartulam testamenti, quam fieri elegi, et legendo agnovi et manu mea signavi. Sub Christi nomine, sedis Palentine Bernardus episcopus confirmavit. Sub juratus Christi, Scemenus episcopus in Burcos confirmavit. Sub potentia Christi, Pelagius episcopus in Legione confirmavit. In sede Astorica Petrus episcopus confirmavit. Comes domnus Gunsalbus confirmavit; comes Petrus Ansuria confirmavit; comes Grunnio Gunsalbus confirmavit.

3453.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, UT LITTERAS IPSIUS AD MANASSEM, REMENSEM ARCHIEPISCOPUM, MITTAT, ET MONACHOS SANCTI REMIGII TUEATUR.

1073, 30 juin. Gregorius, etc. Noverit sanctitas . . . (Labbe, *Concil.*, t. X, p. 16; Hardouin, *Concil.*, t. VI, 1re part., col. 1206; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 71.)

3454.

CHARTA QUA NOTUM EST LESATENSE MONASTERIUM COMMISSUM FUISSE HUGONI, CLUNIACENSI ABBATI, AC SUCCESSORIBUS EJUS, A MONACHIS ET NOBILIBUS VIRIS HUJUS REGIONIS.

(Bibl. nat. or. 123B; B. h. 83 [1].)

1073, 5 novembre. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris,

[1] Imprimé par Vaissète, *Hist. de Languedoc,* t. II, pr. p. 281, d'après une copie tirée des archives de Moissac, qui présente de nombreuses différences avec celle-ci. Sur le monastère de Lezat, voyez ci-dessus, t. III, n° 1950.

quod Lesatense monasterium quondam ab Atone Benedicti constructum, atque sancto apostolorum principi Petro ab eodem Atone Benedicti contraditum, cum succedentibus adversitatibus pene jam ad ultimam secularitatis, quę bonorum locorum destructionis indicium maxime esse solet, profunditatem devenisset, nos ejusdem loci monachi, juncti nobilibus terrę viris, comiti videlicet Rogerio, necnon et Raimundo Wilelmi, insuper et Berengario de Altaripa et Bernardo de Marcafava, in quibus una nobiscum abbatis constabat electio, venerabilem virum Hugonem, Cluniacensem videlicet abbatem, adivimus et ut supra memorato cenobio sua ordinatione et consilio, qualiter ad Dei iterum servitium restauraretur, subveniret rogavimus. Igitur ipsę in primis nullo modo nostrę assentiens petitioni nequaquam se de causa ista intromissurum asseruit, nisi ei electionem seu ordinationem abbatis ita traderemus, quatenus per succedentia tempora ipse atque ejus in perpetuum successores, quandiu Cluniacensis locus in religione monastica vigeret, jam dictum monasterium Lasatense sine alicujus justa impeditionis querela ordinare debuissent. Hoc autem ideo se facere dicebat, ne et ipse in vacuum laborare videretur, et semel recuperatus locus iterum ad pejora laberetur. Quapropter nos ejusdem loci monachi, necnon et clarissimi viri superius scripti, comes scilicet Rogerius et ceteri ad quos abbatis electio seu monasterii ordinatio pertinere videtur, damus et concedimus eidem reverentissimo viro et sepe memorando domno Hugoni, abbati, ejusque in perpetuum successoribus omnibus, quandiu Cluniacensis locus religionem monasticam secutus fuerit, electionem seu ordinationem abbatis monasterii Lesatensis, ut ordinent et provideant ipsum locum secundum regulam Sancti Benedicti, ad laudem et honorem Domini nostri Jesu Christi, qui nunc et semper regnat et vivit et in omnibus seculis. Hanc autem donationem nostram, sicut optamus, ita et rogamus, ut isdem domnus abbas Cluniacensis auctoritate apostolica confirmare et roborare faciat, quatenus amodo et deinceps nullus hęc temerario ausu audeat infringere. Quod si quisquam presumpserit, iram omnipotentis Dei incurrat, et quod temptaverit non eveniat, insuper per-

petuo anathemati, nisi resipuerit, subjaceat, atque suam in parte sinistra, cum reprobis, portionem accipiat. Facta est autem hęc carta die IIII post festivitatem Omnium Sanctorum, anno incarnationis Dominicę M° LXX° III°, indictione XI, presidente domno Hugone abbate Cluniacense, et domno Hunaldo, abbate Moisiacense, necne et Auxiense archiepiscopo Willelmo, sedem vero apostolicam domno papa Gregorio septimo tenente, regnante Philippo, Francorum rege; insuper Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium per omnia secula seculorum. Amen. Signum Rogerii comitis. Signum Raimundi. Signum Berengerii. Signum Bernardi [1].

3455.

CHARTA QUA RUOZELINUS MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES MANSOS IN VILLIS BALETHEIR, NOVILA ET MARIES.

(Bibl. nat. cop. 30-237; B. h. 499, DII.)

1073. Notum [2] sit omnibus sancte ecclesie Dei fidelibus, tam presentibus quam futuris, quia ego Ruozelinus miles, saluberrima illa divinæ pagine sententia ammonitus : « Non apparebis in conspectu Dei tui « vacuus [3] », aliquantulum possessionis mee promitto, ut in incerto vocationis mee tempore, quantulacumque parte non vacuus, securior tremendo assistam judici. Hac igitur de causa qua supradixi, dono Deo omnipotenti et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad monasterium Cluniacum, mansum unum in villa Baletheir; item unum mansum in villa que nuncupatur Novila; item alium mansum in villa Maries. Hec ut dixi potestative absque omnium hominum contradictione, absque ulla reservatione dono, ut perpetuo jure Cluniacensis congregatio ea possideat. Si quis hanc donationem ulterius infringere voluerit, Dei verbere correptus resipiscat; judici autem X auri li-

[1] D. Vaissète donne ainsi le dernier alinéa : « S. Rodgerii comitis. S. Raymundi Willelmi. S. Berengarii de Altarippa. S. Bernardi Guillelmi de Marcafava. »

[2] B. débute ainsi : « Noverint omnes sanctę Dei ęcclesię fideles, tam futuri quam presentes, quod ego, etc. »

[3] *Ecclesiast.*, XXXV, 6.

bras persolvat. Factum est hoc[1] anno Domini millesimo LXXIII°, indictione XI.

(*Au dos :*) Karta Ruozelini de Balteis (*sic*).

3456.

CHARTA QUA RAIMUNDUS PETRI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ DE CUBARIA[2].

(Bibl. nat. or. 146 A.)

Universis catholice ecclesię filiis simulque omnibus in Christo ubique credentibus, tam futuris quam presentibus, notum sit, quod ego Raimundus Petri restaurationem et meliorationem desiderans omnium ecclesiarum Dei et precipue illius ecclesię quę olim constructa est in honore beatę Dei genitricis Marię, in valle que ab antiquis Cubaria est cognominata, ubi et congregatio monachorum precedentibus temporibus in tantum floruit, quod adhuc Abbatia solo nomine vocitetur, quam ego jure hereditario ex parentum meorum posteritate tenere et possidere videor; et ipsa abbatia vel ipsa ecclesia sita est in pago Narbonensi, infra fines vel terminos territorii Petre Pertusensis, secus fluviolum Rivo Frigido dictum. Igitur ad honorem Domini nostri Jesu Christi et ejus beatissimę genitricis Marię, atque ad restaurationem loci illius in monasticum ordinem, Bernardus, Bisildunensium comes[3], sub cujus potestate locus ipse redigitur, et ego Raimundus Petri et Berengarius Petri, cum uxoribus et cunctis filiis nostris, cum consilio et voluntate Gifredi, Narbonensis archiepiscopi, nos omnes simul legaliter damus et sollempnem donationem facimus Domino Deo et sanctissimis ejus apostolis Petro et Paulo atque cenobiis Cluniensi et Moysiacensi simulque abbatibus et monachis ibidem Deo servientibus, tam futuris quam presentibus, predictam ecclesiam cum omnibus ad ipsam pertinentibus, et quod vulgo dicitur cum suo 1073.

[1] B. *Acta sunt hec.*

[2] Publié, mais incomplètement, par Dom Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr. col. 282, d'après une copie tirée des archives de Moissac.

[3] [Bernard, c^te de Besalu, en Espagne.]

cincto, et illos honores quos clerici tenuerunt, id est Stephanus Alarig et filii ejus et Raimundus Oddo et Bernardus Adalbert, et Lanfres et Poncius Oliba et de honore predictorum clericorum agrarium tantum in vita mea retineo, et post discessum meum, ecclesię ipsi et habitatoribus ejus, absque ulla contradictione, retineo. Insuper vero ipsum dominicum ortum, qui est infra rivos, et ipsam condaminam quam Petrus Stephanus laborat et aliam quam Raimundus Oddo laborat, ipsam etiam de Melnag et aliam quę est juxta fluvium Nigra et ipsum molendinum quem vocant Agolorig, quem Petrus Adalberti tenet, et unum mansum in villa Deannas, ubi habitat Raimundus Duran, totum et ab integro, et in villa de illa Salella unum ortum obtimum, et de omni valle que Cubaria dicitur, cum finibus et terminis suis, damus totum decimum, excepto illum quem Arnaldus Raimundi tenet. Insuper autem terras ermas quantum omines, qui ibi abitaverint laborare potuerint, que de mansis non sunt, similiter donamus; istos omnes honores, cum supradicta ecclesia et quicquit habitatores loci ipsius juste adquirere amplius ibi potuerint, totum et ab integro sicut jam supra dictum est, in proprio alode, absque ulla reservatione cum terris et vineis, silvis et aquis, molendinis, et molendinariis, aque ductibus et reductibus, pascuis et piscariis, cultis et incultis, ingressibus et egressibus, et omne quicquid dici vel nominari potest, concedimus et donamus libenti animo, et plena memoria supradictis locis Cluniaco et Moysiaco et eorum abitatoribus, abbatibus, et monachis istis et cunctis eorum successoribus, ut abeant absque ulla contradictione in proprio alode, et possideant in perpetuum. Ante omnia autem ex parte Dei omnipotentis obtestor, et prohibeo ego Raimundus Petri supradictus, ut nullus laicus homo vel femina ullam potestatem aut ullam bajuliam, vel aliquam malam consuetudinem in supradictis honoribus habeat vel retineat, set libere et absolute totum ab integro permaneat et existat in Dei servitio, et servorum Dei qui ibi habitaverint in eternum. Sane si aliquis (quod absit!), diabolico spiritu captus, hujus cessionis vel descriptionis donationem in aliquo violare aut disrumpere temptaverit, non habeat potestatem, set sit in inferno

ejus hereditas cum Juda traditore et aliis in eternum dampnatis. Insuper etiam in presentia Romani pontificis et aliorum fidelium christianorum quasi tirannus et sacrilegus, quousque satisfatiat dijudicetur. Facta autem hujus cessionis descriptio Dominice incarnationis anno millesimo septuagesimo tertio, Gregorio papa VII Rome pontificatus arche sublimato, Francorum regnante Philipo rege. Nomina vero illorum, qui hęc affirmant et corroborant ita esse tenenda, ista sunt : Ego Bernardus, gratia Dei comes, adfirmo et propria manu consigno ita †. Ego Raimundus Petri confirmo atque dono propriis manibus et consigno ita †. Ego Berengarius Petri, Petre Pertusensis, dono et laudo, subsigno ita †. Aliorum vero multorum bonorum hominum nomina, qui hec subsignaverunt, subtus sunt subsignata : Signum † Berengarii Raimundi. Signum † Petri Raimundi. Signum Bernardi Raimundi. Signum Bernardi Willelmi de Soladgue. Signum Willelmi Willelmi. Signum Bernardi Adalberti †.

(*Au dos :*) Quomodo factæ sunt plures donationes abbatie de Cubaria in Narbonensi, que est subjecta monasterio Moysiaci, etc.

3457.

CHARTA QUA GERALDUS, EPISCOPUS OSTIENSIS ET APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUS, MONASTERIUM SANCTI MONTIS ET BONA EJUSDEM, AUCTORITATE APOSTOLICA, BEATI PETRI TUITIONE MUNIVIT.

Geraldus, Dei gratia Ostiensis episcopus . . . Cum ex præcepto . . . 1073.
(Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 469, et t. III, p. 43, éd. in-f°, *ex chartul. ejusdem monasterii*[1].)

3458.

CHARTA QUA DALMATIUS, FILIUS AREMBURGIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CRAIA, CROELS ET VALLIS.

(B. h. 382, CCCLXXXIII.)

Ego Dalmatius, filius Aremburgis predicte feminę[2], dono Deo et 1073 (?).

[1] Id est Sancti Montis. — [2] Voyez la charte n° 3360.

sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam condaminam in Craia : contra orientem terra Sancti Petri quam dedit Bernardus de Capella in escamium, contra occidentem terra Wiberti, contra meridiem via publica, et est sita in pago Cabilonensi; et unum campum in Croels, in pago Matisconensi : contra orientem terra Asponteils, contra occidentem Adalardi. In villa Vallis unum campum, in pago Matisconensi : a mane terra Gisonis, a sero Sancti Benedicti. S. Dalmatii. Facta est hęc carta anno Dominicę incarnationis M. LXIII.[1], indictione XII, regnante Philippo rege.

3459.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII, AD CLUNIACENSES MONACHOS, DE LEGATIONE HUGONIS CANDIDI, CARDINALIS, QUEM IN HISPANIAM MITTIT, ITA UT AD CLUNIACUM DEVENIAT, ET ALIQUOS DE CLUNIACENSI MONASTERIO SUMAT SIBI VIÆ COMITES.

1073. Gregorius, etc... Rumorem obitus... (Frizon, *Gall. purpur.*, p. 95[2].)

3460.

PRIVILEGIUM GREGORII PAPÆ VII, QUO ABBATIAM SANCTI BENEDICTI SUPRA PADUM MONASTERIO CLUNIACENSI COMMITTIT.

(C. 139.)

1073-1085. Gregorius, etc. Suscepti nos officii cura . . . (*Bull. Clun.*, p. 18, col. 1[3]; Mabillon, *Ann. Bened.*, t. V, p. 640.)

3461.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII, AD LANDRICUM MATISCONENSEM EPISCOPUM, PRO CONFIRMANDIS AB EO CLUNIACENSIS ECCLESIÆ PRIVILEGIIS.

1073-1085. Gregorius, etc. Mirari valde . . . (*Bull. Clun.*, p. 21, col. 1, n° 2[4].)

[1] Il faut lire sans doute M LXX III, ou mieux M LXX IIII, qui a la 12e indiction.

[2] Jaffé, éd. 2a, n° 4777 : 30 avril 1073.

[3] La copie du Bullaire est plus complète que celle de C., qui n'offre d'ailleurs que des variantes sans importance. La seule qui nous paraisse digne d'être relevée est à la ligne 41. Au lieu de *Nitelum*, C. porte W. Ne serait-ce pas *Willelmum*, qu'il faudrait lire au Bullaire?

[4] Tiré de Severt, *Episc. Matisc.*, p. 113. Jaffé date cet acte de 1081, environ.

3462.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII, AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DE JURIBUS ECCLESIÆ MATISCONENSIS.

Gregorius, etc. Matisconensis frater. . . (*Bull. Clun.*, p. 21, col. 1, nº 1 [1].) 1073-1085.

3463.

CHARTA QUA HERMANNUS, METENSIS EPISCOPUS, NOTUM FACIT GIRARDUM NOBILI STIRPE PROGENITUM, MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE. . .

(Fragment tiré du cartul. B. p. 28 *bis* [2].)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus, gratia Dei Metensis episcopus et sanctę Romanę sedis legatus, et clerus Metensium universus, omnibus sedis ejusdem catholicis, presulibus et clericis in secula postfuturis. Quoniam officii nostri et ordinis esse novi priorum votis annuere et piis eorum operibus perseverantiam atque incrementa pontificali auctoritate previdere, notum facio cunctis sanctę ecclesie fidelibus, quod Girardus nobili stirpe progenitus. . . . . 1073-1090.

3464.

CHARTA QUA HUGO, MANASSÆ FILIUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI GENESII APUD TURRES SUPER MATERNAM.

(B. h. 88.)

Notum sit omnibus fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Hugo, Manassę filius, suadente domno Widono, Pictavensi abbate, fratre meo, ecclesiam Sancti Genesii, sitam apud Turres super 1074, 25 janvier (n. s.).

[1] Tiré de Severt, *Episc. Matiscon.*, p. 112.

[2] Cette pièce incomplète est sans titre et sans numéro d'ordre; elle paraît avoir été ajoutée après coup dans le cartulaire de Ponce. Elle ne figure pas à la table. A la suite vient, d'une autre main, un second fragment, dont le commencement a été effacé et qui se rapporte à la charte 29ᵉ du même cartulaire.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Maternam fluvium [1], quam hereditario jure ucusque tenere videbar, Domino Deo et beatis apostolis Petro et Paulo, locoque Cluniaco, cui venerabilis Hugo abba magis prodesse quam preesse videtur, cum voluntate et auctoramento domni Rainaldi, sanctę Remensis ęcclesię archiepiscopi, pro remedio animę meę et parentum meorum, dimitto atque concedo. Hanc vero donationem ut firma de cetero sit, et inviolabilis perseveret, astipulatione uxoris meę, nomine Windesmodis, et fidelium meorum, sororis quoque meę Ermengardis, confirmare procuro, ęcclesiam videlicet, ut dictum est, et altare, et omnia quę ad altare pertinent. Testium vero hęc sunt nomina: Hugo, filius Bertę, Rodulphus, Dudo, Warnerius, Walterius, Amalricus. Addo insuper beneficiis supradictis terram unius carrucę sufficientem, prata quoque, quę necessaria sunt ad ipsius carrucę cultum, in eadem villa, quatenus omnipotens Deus et de presenti tribulatione consolationem et in futuro mihi parentibusque meis largiri dignetur vitam ęternam. Amen. Actum hoc anno ab incarnatione ęterni principis M. LXX. III., indictione II [2], mense januario, VIII kal. februarii, presidente sanctę Romanę ęcclesię Gregorio summo pontifice, Philippo rege Francorum.

3465.

CHARTA QUA GERBERTUS MIRONIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CASTRA DE BERANO ET DE RODA, ETC.

(Bibl. nat. cop. 30-222; B. h. 321, CCCXXII [3].)

1074, 25 janvier.

Pateat cunctis presentibus et futuris, qualiter Gerbertus Mironis egritudine detentus, loquelam habens plenam, memoriamque integram, jussit facere suum testamentum litteris tantum editum, et in illo testamento dimisit aliquam partem suorum alodiorum Domino Deo et cenobio Sancti Petri Cluniacensi ejusque congregationi illi famulanti,

[1] Un des treize doyennés de Cluny.

[2] Lisez XI.

[3] La copie du cartulaire offre de nombreuses différences avec l'original. Nous signalons les plus importantes en notes ou nous les plaçons dans le texte entre crochets, lorsqu'elles peuvent concorder avec lui.

et misit in illo testamento suos manumissores, videlicet Mironem Isarni atque Berengarium Bernardi, et sororem suam, nomine Dalmidanam, sive Guilabertum Seniofredi[1] et Bernardum Olibani et Remundum Olibani, atque Ermingaudum Arnalli[2]. Propterea nos manumissores suprascripti omnes, ne injuste pereat quod perire non debet, in sanctę Trinitatis nomine nos consignantes, sive tradentes facimus cartam donationis Domino Deo et cenobio Sancti Petri Cluniacensis, ex hoc omne quod novimus a prefato Gerberto illic esse concessum in testamento sue testacionis ultimo, unde judicium est obligatum infra sex mensium spacium, propria testium juratione corroboratum. Sunt autem hec omnia multis in locis posita. Primo namque damus consignantes sive tradentes Domino Deo et cenobio Sancti Petri Cluniacensi ipsum castrum de Berano et de Roda, cum illorum terminis omnibusque pertinenciis que hodie habent vel habere debent: medietas vero de ipsa Bleda cum ejus apertinenciis omnibus que habet et habere debet, [sic remaneant[3]] ad Berano; et ipsum alodium quod habebat in Fodex, cum omnibus ejus pertinenciis que habet et habere debet, remaneat ad prefatum castrum de Berano; et ipsum mansum quod comparavit de Juliano, cum ipso qui fuit de Quadrel, que comparavi in termino de villa de Mager, remaneat ad prenominatum castrum; et ipsum alodium quod comparavit in castro de Cabrera vel in suis terminis, remaneat ad predictum castrum; et ipsum alodium vel mansiones simul cum ipsis vineis [in loco vocitato Quart, quę habebat in Bagneolis, remaneant ad Bera[4]. Ipsę suę mansiones quas habebat in Barchinona, simul cum ipsa de Provincials, cum ejus alodio quod in girum eam est vel medietatem de ipsis vineis] que ibidem sunt, remaneat[5] ad ipsum castrum; et ipsum castrum de Durius, post obitum sororis sue, cum omnibus ejus terminis suisque apertinenciis remaneat ad Berano, et ipsam tenedonem que Ger-

[1] B. *Gilabertum Seniofredi.* L. de Barive a lu, à tort, *Servofredi.*

[2] B. *Ermengaudium Arnaldi,* ici et aux signatures.

[3] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[4] *Berano,* sans doute.

[5] [B. *remaneant ad supradictum castrum.*]

bertus Mironis ibi habebat, teneant etiam qui tenuerunt ipsum castrum de Berano, in vita sororis sue; et ipsum castrum de Berano et de Roda[1] cum his omnibus suprascriptis remaneant in bajulia Domini Dei et Sancti Petri Rome et in potestate Sancti Petri de Clunneg[2] ad suum plenissimum proprium, sub tali modo et ordine, ut mittat ibi aba IIIor monachos, qui stent in hac patria, et hoc quod fuerit necesse ad eorum opus, secundum ordinem hoc faciat. Insuper, quod inde remanserit et quod Deus ibi inantea dederit, mittant ipsi monachi in opera de Berano et de Roda, in kavallariis qui defendant ipsam terram contra Sarracenos. Alaudem ipsum de Mulnels dimitto ad sororem meam Dalmidanam in vita sua; post obitum suum remaneat ad Sancti Petri cenobium de Clunneg, et ad Berano. Medietatem vero de ipsa Bleda cum suis terminis et pertinenciis, exceptam ipsam æcclesiam, dimittimus ad filiam suam, nomine Valentiam, ut teneat in vita sua. Post obitum suum, remaneat ad Sancti Petri cenobium de Clunneg sive ad Berano. Similiter mandamus, ut ipsum kastrum de Roda accipiat Berengarius Bernardi, per manum seniorum dicti Sancti Petri cenobio de Clunneg et faciat illis adfidamentum et fidelitatem, et donet eis potestatem quantascumque vices illi voluerint, et habeat ibi dominicaturam jam dictus Berengarius ad illorum voluntatem in suis terminis in ipsum castrum. Et iterum mandamus, ut ipsum alodium de Fodex, quod jam suprascripsimus, habeat Berengarius per eos monachos in vita sua, exceptis ipsis ortis. Post obitum autem suum, remaneat ad Sanctum Petrum de Clunneg; suprascripta quoque omnia, sicut resonat in suo testamento et in ejus judicio, sic tradimus et consignamus in jus et dominium predicti cenobii Sancti Petri de Clunneg, cum omnibus eorum egressibus sive regressibus, propter Deum et animę [predicti] testatoris remedium, sive omnium fidelium defunctorum atque ut quietos exinde reddamus et securos predictos cenobii jam dicti monachos super hujusmodi donatione sive consignacione, inquietare vel sollicitare illut audeat modo vel in futurum,

[1] La copie de L. de Barive porte à tort *Rona.* — [2] B. met partout *cœnobii Cluniensis* au lieu de *de Clunneg*, que porte l'original.

facimus ibi hoc traditionis et consignacionis scriptum, quod manu propria firmavimus et testes firmare rogamus. Si vero nos traditores et consignatores, aut utriusque sexus homo hoc disrumpere voluerimus aut voluerit, nil valeat, sed componamus aut componat predicto cenobio hoc omne in duplum cum omni sua melioracione; postmodum vero hoc maneat firmum omnem per evum. Actum est hoc VIII[1] kalendas februarii, anno XIIII regni regis Philipi. S.[2] Mironis Isarni. S. Berengarii Bernardi. S. Dalmidane. S. Remundi Olibani. S. Ermingaudi Arnalli. S. Bernardi Olibani. S.[3] Guilaberti[4] levitę.

Nos qui istam kartam traditionis sive consignationis firmamus et testes subscriptos firmare rogamus. S. Guillelmi Bernardi[5]. S. Remundi Bernardi. S. Poncii levite. S. Remundi levite. S. Ardenchus levite, qui hoc scripsit cum litteris supra positis et fusis in linea XVI et in linea XVIIII[6], die et anno quo supra.

3466.

CONVENIENTIA INTER DOMNUM HUGONEM, CLUNIACENSEM ABBATEM, ET ROSTAGNUM, AVENIONENSEM EPISCOPUM, DE OBEDIENTIA LOCI DICTI AD PONTEM.

(B. h. 9.)

Quoniam divina clementia humano generi misericorditer providens inter cetera preceptorum suorum documenta, quibus cęlestis regni introitum aperiri commendat, non modo in commune omnibus, verumetiam unicuique per se clamare videtur, quatenus dum tempus est, modis omnibus bonum, prout poterit, quis operari studeat, dicente Scriptura : « Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, « quia nec opus, nec ratio est apud inferos quo tu properas[7]. » Qua-

1074, 30 janvier.

[1] L. de Barive a écrit par erreur VIIII dans le texte, mais l'acte est daté du VIII dans son préambule, comme dans la copie du cartulaire.

[2] Le mot *signum* est figuré ici par L. de Barive d'après l'original, au moyen d'une croix dans un cercle, et suivie d'une *m*.

[3] Ce *signum* est figuré par la lettre S suivie de sigles.

[4] B. *Gislebarti.*

[5] [La fin de l'acte manque dans B.]

[6] Lambert de Barive n'a pas figuré les corrections et additions signalées ici.

[7] [*Eccles.*, IX, 10.]

propter ego Hugo, Cluniacensis abbas, obœdientiam nostram in loco qui dicitur ad Pontem meliorare, vel ad loci nostri profectum vel ad servitium Dei cupiens, qualiter id implerem, cum consilio fratrum nostrorum, Bertranni videlicet, prioris Sancti Saturnini, necnon et Pontii, Canagobiensis cœnobii prepositi, et Arnaldi, Podii Odileni decani, itemque et Petri pari modo apud Valentiolam decani, vel aliorum qui nobiscum tunc erant, tractare cępi; simul etiam considerans quoniam si hoc facerem, non parvum profectum animę ipsius de cujus helemosina ipsa obędientia constabat, id est bonę memorię Berengerii vicecomitis[1] prestarem, » igitur domnus Rostagnus, sanctę Avinionensis ęcclesię episcopus, humiliter nos adiit et, ut ei supra memoratum locum ad construendum vel ędificandum seu meliorandum permitteremus, tam intente quam devote supplicabat. Verum nos ejus non statim petitioni adquiescentes, communicato primum cum supradictis fratribus consilio, ad ultimum ei locum eo tenore concessimus, ut nequaquam ei illum dono daremus, set, ut jam dictum est, ut ipse obędientiam ipsam sicut petebat edificaret et melioraret ad servitium Dei et sancti Petri apostolorum principis, necnon et ad profectum Cluniacensis loci. Quod si post unum, vel duos, aut tres annos, in ejus manibus memoratum locum decrescere, nec proficere experiremur, sicut inter nos pactum fuerat, possibilitatem haberemus absque ejus vel alicujus contradictione, ei locum ipsum auferendi, et nobis ipsis sicut prius retinendi. Si autem profectu temporis locus cresceret, et hoc inter nos conveniret, usque ad obitum ejus, vel si monacus fieret, usque ad habitus mutationem, locum ipsum cum his omnibus quę ei in eodem loco concedimus, dimittendum censuimus. Verum caute intuentes ne quisquam post ejus finem vel seculi, si tamen hoc fęcerit, mutationem aliquid in jam dicto loco querere aut suo juri vendicare possit vel audieat[2], ex parte Dei omnipotentis et Sanctorum qui in cęlo habitant omnium, monemus et interdicimus, quatinus nec ipse qui tenet hanc episcopus in vita sua, occasionem alicui quoquo

[[1] Cf. ci-dessus, n° 3387. — [2] Lisez *audeat.*]

modo tribuat, nec aliquis parentum ejus, videlicet mater aut frater, sive alio modo consanguineus, inibi aliquid invadere de nostro vel retinere presumat. Hęc autem ibi retinemus, nec superius dicto episcopo concedimus æcclesiam et capellanum ęcclesię et ea quę ęcclesiastica sunt et ad ęcclesiam pertinent, et spatium in eodem loco ad domum et curtem capellano construendam, itemque spacium ad domum et curtem fratribus nostris construendam, in qua suum, si necesse habuerint, exercere possint mercatum. Habemus preterea duos ibi juxta molendinos, quorum unum ad presens episcopo concedentes, alterum retinemus, donec ipse nobis in Avinionensi civitate monasterium Sancti Agricolę condonet, aut si non prevaluerit id facere, ęcclesiam Sanctę Marię principalem, aut ęcclesiam Sancti Petri, aut Sancti Desiderii ęcclesiam nobis tribuere studeat; ceterum, sicut superius diximus, breviter iterum commemoramus, defendentes et interdicentes ex parte Dei omnipotentis omnibus hominibus, tam parentibus episcopi quam extraneis ejus, quatinus nec in vita ejus, nec post mortem, in sepedicto loco Ponto, quem episcopo ordine superius digesto concessimus, invadere vel retinere presumant, eorum quę vel modo ibi sunt vel episcopi studio processu temporis aucta vel meliorata inibi fuerint. Et si terra ipsa domibus vestiatur et in villam creverit, vestituram ipsam inter cetera, sicut jam superius scriptum est, omnibus simili modo interdicimus, quoniam ex conventione quam habemus cum episcopo, nostra est et nobis remanere debet. Ceterum autem quandiu eandem obœdientiam sepe memoratus tenuerit episcopus, decem solidorum censum annuatim ad urnam Sancti Petri, circa festivitatem Pentecosten, usque in octavis ejusdem festivitatis, in locum Cluniacum persolvere debebit; sed et quicquid in eadem supradicta villa Ponto vel modo ad presens in dominicatu suo habere videtur vel de reliquo dum vixerit adquirere poterit, libere nobis et absque alicujus calumpnia ad locum Cluniacum condonavit et hereditario jure perpetuo habendum contradidit. Si quis autem hanc cartam temerario ausu, quod non optamus, infringere conatus fuerit, terribilem omnipotentis Dei iram sanctorumque omnium, principaliter

autem sancti Petri, cujus est causa, nisi resipuerit, incurrat, sitque Dei judicio maledictus et excommunicatus et ab omnium electorum consortio sequestratus, suaque intentione privatus, donec ad veram emendationem et satisfactionem recurrat. Facta est autem hęc carta, precipiente domno Hugone, venerabili Cluniensium abbate, simul etiam domno Rostagno episcopo precipiente et rogante, anno incarnationis Dominicę M. LXX. IIII[1], indictione XII, feria V, ante Purificationem sanctę Marię, apostolicę sedi presidente domno Gregorio papa VII, regnante Henrico[2] rege Provintię, imperante autem Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat in omnibus seculis.

3467.

CHARTA QUA ANSELMUS ET FRATER EJUS WALTERIUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA BELVISÆ.

(B. h. 398, CCCCI.)

1074, 2 février.

Quoniam Dominus per helemosinas peccata redimere constituit, nobis benigne salubriterque providens, ut parvis magna, perituris manentia, temporalibus mercemur eterna; igitur ego Anselmus, in nomine sanctæ et individuę Trinitatis, sententiæ dicentis reminiscens : « Redemptio animę viri substantia ejus, » et item : « Abscondite helemosinam in sinu pauperis[3], » dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, de rebus meis, prout meę possibilitatis est, videlicet clausum de Maiseres, in villa Belvisę; preterea quatuor jornalia de meliore terra quam habemus in eadem villa ego et frater meus Walterius, preter condaminas ante supradictum clausum, ubicumque mansuarius elegerit : hoc totum ad presens dono sine ulla reservatione, sine ulla inquietudine. Si quis autem, (quod absit!) hoc ulterius infringere temptaverit, horrendum Dei juditium incurrat, juditiaria autem potestate coactus XII auri libras persolvat.

[1] L'indiction est bien celle de l'année 1074, dans cette charte et dans la suivante.

[2] Henri IV élu roi des Romains et roi d'Arles le 5 octobre 1056 et couronné empereur le 31 mars 1084.

[3] [*Eccles.*, XXIX, 15.]

Facta est hæc donatio in capitulo Cluniensi, per manus fratris mei Walterii, anno ab incarnatione Domini millesimo LXX° IIII, indictione XII, in die Purificationis beatæ et gloriosę virginis Mariæ.

3468.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, QUA EUM HORTATUR AD VISITANDAM APOSTOLICAM SEDEM, AD QUAM EUM NONDUM ACCESSISSE MIRATUR.

Gregorius, etc. Gratia nobis et... (Regest. Greg. VII, liv. I, p. 62; Labbe, *Concil.*, t. X, p. 51; Hardouin, *Concil.*, t. VI, col. 1262; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 18.) 1074, 19 mars.

3469.

CHARTA QUA BEGO, FILIUS HUGONIS DE CALOMONTE [1], MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM FIGIACENSEM SUBMITTIT.

(B. h. 105 [2].)

Divina clementia consulens mortalibus, naturalem et generalem legem mentibus indidit humanis, ut quisquis proprium detrimentum agnoscens, perquirat sibi utile et proficuum. Igitur monachi Figiacenses preter communem legem, privatam etiam de suo provectu et profectu habentes, cum jam per multa annorum curricula sui necglectores extitissent, tandem largiflua Domini inspirati bonitate, multis laboribus desudaverunt, quo pristinos vitę erratus in melius corrigendo emendare potuissent; ad postremum, sub regula patris Benedicti degere et vivere parati, elegerunt in hoc domnum Hugonem, abbatem Cluniacensem, pari voto et communi, quatinus sicut proprio pastori illi obedirent, et ipse ut peculiaribus ovibus deinceps agenda provideret. Qui in primis istud omnimodis pertimescens et nullate- 1074, 18 octobre.

[1] Nous empruntons ce nom au sommaire de l'acte tel qu'il est inscrit au cartulaire : «Bego, filius Hugonis de Calomonte abbatiam Fiacensem.» Il est orthographié à peu près de même dans la pièce suivante.

[2] Imprimé dans la *Gall. christ.*, t. I, pr. c. 44.

IMPRIMERIE NATIONALE.

nus adquiescens, postmodum suasionibus et impinctionibus, ut ita loquamur, domni Hugonis, tunc temporis suę congregationis professi monachi, cujus dominio, antequam monachicum caperet habitum, isdem locus videlicet Figiacus suberat, victus; habens etiam inde auctoritatem et permissionem domni Geraldi, cardinalis Romani et episcopi Hostiensis, qui illis diebus in locum supervenit, pariterque laudationem et assensum Begonis, domni Hugonis filii, tam loci quam patriæ procuratoris et domini, necnon domni Geraldi, Caturcensis episcopi, set et comitis Rotenorum Raimundi, et Wilelmi, fratris ejus, comitis Tolosani[1], quibusdam de fratribus suis illuc directis locum secundum regulam Sancti Benedicti innormandum suscepit. Hoc intervallo, venerabilis memoriæ Hugo, Begonis pater, viam universę carnis ingreditur, resque semi peracta relinquitur. At Bego ardens animo ad affectum perducere quod pater suus morte preventus non potuit, legatione sua optimatum suorum domno abbati Cluniacensi directa, ad visitandum et ordinandum locum eum reinvitat. Quid multis? Cepto consilio, dimissis maximis negotiis, hoc iter arripuit, ac tandem post nimiam sui fatigationem, ad jam dictum locum devenit : ubi domnus Bego, ante illum veniens, quę bene mandando promiserat meliori executione adimplere procuravit. Sane primo seorsum tota causa ventilata et inquisita, omnes malas consuetudines et torturas quas illi loco actenus fecerat, suorum nobilium usus consilio vuerpivit ac dimisit, et postea in generali capitulo, presentibus domno Hugone et domno Hunaldo, abbatibus, cum nonnullis fratribus Cluniacensibus et Figiacensibus, tunc ut primum domnum Hugonem abbatem et pastorem suum una et eadem sententia eligentibus et proclamantibus palam se, a loco suam progeniem alienavit, et in perpetuum extorrem reddidit, ac postmodum Domino Deo Patri, Filio, Spirituique Sancto, in cujus honore est attitulatus, eundem locum pro absolutione patris, matris suorum, suęque progeniei peccatorum concessit, et domno Hugoni abbati, suisque successoribus, et loco Clu-

[1] [Raymond IV, comte de Saint-Gilles, de Rouergue, etc., et Guillaume IV, comte de Toulouse.]

niacensi, ad ordinandum et servitio Dei disponendum submisit, extunc et inantea, per omnia secula seculorum. Ubi, ob monimentum tantę rei et ipse et sui partem et societatem omnium benefitiorum privatorum et publicorum tocius Cluniacensis congregationis acceperunt; quique in astipulatione et affirmatione nominatim subnotati sunt. Approbavit quoque et laudavit domnus Bego atque sui obtimates fratrum Cluniacensium concessionem ac suam de predicto loco factam vuerpitionem et relaxationem muniri ac roborari regalibus preceptis et apostolicis privilegiis, ut nullus deinceps absque damno et periculo cujusque ordinis, honoris vel potestatis, promiscui sexus aut etatis, audeat vel presumat tam nobilem et solempnem liberalitatem quocumque modo infringere vel calumniari. Quod si quis heres aut proheres domni Begonis, vel qualiscumque inmissa persona, contempto Deo et sanctis ejus, contra hoc aliquid contradictionis molitus fuerit, nisi resipiscens penituerit et emendaverit, sors ejus et pars sit cum Juda, traditore Domini, cumque Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, et cum his qui dixerunt Domino : « Recede a nobis. » Factum est autem hoc memoriale vel carta descriptionis anno ab incarnatione Domini millesimo LXX. IIII, indictione XII, presidente sanctę et apostolicę sedi domno Gregorio VII papa, secundo anno papatus ejus, Francorum regnante rege Philippo. Est autem hoc scriptum Fiaci publice factum, sabbato in die beati Luce evangelistę. Signum in primis domni Begonis.

3470.

CHARTA QUA BEGO, FILIUS HUGONIS DE CALOMONTE, ORDINATIONEM ABBATUM FIGIACENSIUM ITERUM MONASTERIO CLUNIACENSI OFFERT ET DAT.

(B. h. 106 [1].)

Suggerente summa et inseparabili Trinitate, ego Bego, filius Hugonis de Calmonte, offero et dono ad altare Beati Petri Cluniacensis ordinationem abbatum monasterii Fiaci sive monachorum omnium 1074 (après le 18 octobre).

[1] Publié dans la *Gall. christ.*, t. I, pr. c. 44.

presentium scilicet et futurorum, ut sit in manu presentis abbatis Cluniacensis et eorum qui post eum venturi sunt, ut ordinent eum secundum regulam Sancti Benedicti, et hoc facto pro redemptione animarum patris mei et matris meę et omnium parentum meorum, ut sit stabile in perpetuum et sine mendatio et fraude.

3471.

CHARTA QUA WILLELMUS, AUXIENSIS EPISCOPUS, RAIMUNDUSQUE LECTURENSIS EPISCOPUS, ET ALII, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI LOCOS SANCTI GENII ET SANCTI CLARI.

(B. h. 38 [1].)

1074. Quoniam [2] inter alia quę humano generi ad auxilium divina providentia clementer providit, sanctorum etiam patrocinia misericorditer concessit, scilicet ut pro sibi famulantibus non infimum apud se intercedendi locum ipsi obtinerent. Quapropter ego Willelmus, Dei gratia Auxiensis archiepiscopus, necnon et ego Raimundus, Lecturensis episcopus, una cum Oddone vicecomite et nepote ipsius Viviano, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, in manu domni Hugonis, ejusdem Cluniacensis venerabilis abbatis, locum de Sancto Genio cum omnibus appendiciis suis, libero jure et quieto, scilicet ut amodo et deinceps quamdiu monastica religio in supradicto Cluniaco vigu[er]it, isdem domnus Hugo abbas, seu post eum omnes ipsius successores, locum ipsum, sicut jam dictum est, cum omnibus appendiciis suis jure perpetuo teneant et possideant. Hoc autem, ut superius prefati sumus, ideo facimus, quatenus ab ipso sancto Genio apud Deum pro hoc opere in ultimo judicii die aliquam misericordię partem mereamur percipere. Nam cum locus ipse Sancti Genii monachorum prius cęnobium fuerit, ad hoc secularitate crescente jam pridie devenerat, ut ipsius necessitate victus cogente, derelictus

[1] Imprimé deux fois dans la *Gall. christ.*, t. I, instr. col. 160, d'après l'original, et p. 175 d'après le cartulaire de Moissac et les papiers de Colbert.

[2] En marge, écriture du milieu du XV[e] siècle, on lit : « Attente, nunc subest abbati Moysiaci. » Saint-Gény ne dépendait donc plus qu'indirectement de Cluny.

potius videretur quam destructus. Preterea concedimus etiam et donamus eidem domno Hugoni abbati, ad locum Cluniacum, locum similiter de Sancto Claro, ut sicut jam supra prelibavimus de Sancto Genio, ab ipso ejusque successoribus omnibus deinceps quieto jure eodem modo teneatur et possideatur. Facta est autem hęc carta anno incarnationis Dominicę millesimo septuagesimo IIII, indictione XII, regnante Phylippo Francorum rege, imperante autem Domino nostro Jesu Christo, cujus regnum est omnium seculorum. S. Raimundi Willelmi. S. Oddonis. S. Unaldi abbatis.

3472.

CHARTA QUA JOCERANNUS GROSSUS MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE AINA, AB ANTECESSORIBUS SUIS DATAM, ET NUNC A DALMATIO MILITE DETENTAM, CONFIRMAT.

(B. h. 141, CXLIII.)

In nomine sanctæ et individuę Trinitatis. Providentissimus Dominus 1074.
et omnium cupiens malensque penitentiam quam mortem, omnem prorsus excusationem subtraxit, et ne errantes revocanti, lapsos relevanti, quicquam pretendere liceat, post multa et immensa affluentis gratiæ suę beneficia, humanam perpendens fragilitatem : « Date, inquit, helemosinam, et omnia munda sunt vobis. » Hanc ergo inevitabilem ipsius amonitionem, ego Jocerannus, cognomento Grossus, summa totius animi devotione amplectens, animę meæ quantulocumque providendum censui beneficio; tenebam igitur ego et per me miles meus Dalmatius, æcclesiam donatam ab antecessoribus meis Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum. Hanc ego ad presens sanctę congregationi ejusdem loci dimitto sine ulla reservatione, sine ulla conditione, ut eam cum appendiciis perpetuo jure possideant sine ullo respectu, et antiquam antecessorum meorum donationem confirmo. Insuper, ut hoc absque ulla inquietudine in perpetuum permaneat stabiliter, consensu et peticione, et etiam donatione ejusdem militis mei Dalmatii, qui eam quasi in hereditarium fevum tenebat, et ne hoc aliquis ulterius infringere temptet, scriptis commen-

damus, signis propriis consignamus. S. Joceranni. S. Dalmatii. S. Bernardi. S. Ingelberti. Factum est anno Domini millesimo LXX° IIII°, indicione XII[a], abbate religiosissimo Hugone. Dicata est eadem æcclesia in honore sancti Martini, sita in villa quę dicitur Aina.

3473.

NOTITIA WERPITIONIS QUAM FECIT BERNARDUS, FILIUS BERNARDI GROSSI, ECCLESIÆ DE AINAI, QUAM FRATER SUUS JOCERANNUS DEDERAT MONASTERIO CLUNIACENSI, ETC.

(B. h. 144, CXLVI.)

1074 (après). In nomine Domini nostri Jesu Christi. Sciant omnes fideles Dei hanc vuerpitionem quam fecit Bernardus, filius Bernardi, qui appellabatur Grossus, Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et senioribus Cluniacensis cęnobii. Calumpniabatur et auferebat eis injuste quasdam possessiones quas frater suus Jocerannus veniens ad conversionem dederat eis pro anima sua et pro anima avi sui Joceranni et patris sui Bernardi, et omnium parentum suorum, hoc est æcclesiam sitam in pago Matisconensi, in villa quę dicitur Ainai, et tres condaminas in villa Sarcei, et pratum in Vaurerella, et francisas de quodam homine nostro in Curtfranceon. Hęc omnia calumpniabatur, set tandem recognoscens se nullam justam causam habere, venit in capitulum Cluniacense, et omnia vuerpivit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, et eisdem senioribus, in presentia Oddonis prioris et totius conventus, et bono animo confirmavit donationem fratris sui Joceranni, et in carta notari rogavit, quam ipse super altare Sancti Petri posuit. Huic vuerpicioni interfuerunt testes et laudatores Hubertus et frater ejus Bernardus, et Seguinus de Cres.

3474.

NOTITIA WERPITIONIS QUAM FECIT BERNARDUS GROSSUS MONACHIS CLUNIACENSIBUS MALARUM CONSUETUDINUM QUAS VINDICABAT IN SANCTO YPOLITO, IN MONTANIACO ET IN VALLIS.

(B. h. 142, CXLIIII.)

1074, environ. Verpitio quam fecit Bernardus miles, cognomento Grossus, cum

filio suo Gauceranno, Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ac domno Sigaldo priori Cluniacensi omnibusque fratribus in communi capitulo. Dimisit omnes querelas quas habebat adversus eos in servis et ancillis atque terris ubique dispersis et malas consuetudines quas vendicabat, et in Sancto Ypolito et in Montaniaco et in Vallis. Insuper laudavit comparationem quam fecerunt Berziaco, et contra omnes promisit adjutorium et defensionem pro posse suo. Unde absolutionem ei fecerunt fratres de malefactis quę adversus eos ante perpetraverat, tali conventione ut deinceps se emendaret ac mala bene faciendo commutaret.

3475.

CHARTA QUA JOCERANNUS GROSSUS, DE CASTRO USCELA, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI LAURENTII MATISCONENSIS ET ALIAS RES IN VILLIS CIMANDRIS, SARCIAS, ETC.

(B. h. 143, CXLV.)

In nomine Domini. Ego Jocerannus, cognomento Grossus, de castro Uscela, habui et potestative possedi ad civitatem Matisconensem, ultra fluvium Sequanam[1], in ripam, quandam æcclesiam in honore sancti Laurentii consecratam. Item possedi in villa quę appellatur Cimandris unum mansum. Item tres condaminas possedi juxta villam que vocatur Sarcies, et in villa Monte unum mansum et unum servum, nomine Lietbaldum, cum infantibus suis et alodo suo, et insuper terram et vineas quas idem servus de me habuit. Item unum servum, nomine Girbaldum, cum infantibus suis, qui habitavit in villa Casenuoles. Notum sit ergo Christi fidelibus presentibus et futuris, quia ista omnia donavi Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ad monasterium Cluniacum et ad servicium monachorum in eodem monasterio Deo famulantium, perpetuo jure tenenda et possidenda. Donum æcclesiæ specialiter feci cum voluntate seu laudamento Matisconensis comitis Widonis. Donavi autem ea, sicut prefatus sum, pro salute animę meæ et parentum meorum, ut peccatorum nostrorum veniam merea- 1074.

[1] Lisez : *Sagonam.*

mur[1], et ut pro parva et temporali benedictione largam et sempiternam benedictionem Dei omnipotentis accipiamus, et in die novissimo aliquam apud ipsum misericordiam per suffragia sanctorum apostolorum inveniamus. Hanc autem donationem meam si quis violare vel infringere temptaverit, judex supernus et eternus in virga visitet iniquitatem ejus et in verberibus peccatum illius, ut in hoc seculo male se fecisse cognoscat, et prius ad emendationem veniat quam eternam mortem et dampnationem incurrat. Facta est hęc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo LXX° IIII°, indictione XII^a^. S. Bernardi. S. Engelberti. S. Guntardi.

3476.

CHARTA QUA SIMON MEDANTENSIS COMES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ABBATIAM MEDANTENSIS ECCLESIÆ ET ALIAS RES IN EADEM VILLA, ETC.

(B. h. 115, CXVII.)

1074, environ. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Symon, Medantensis comes[2], notum fieri [volumus omnibus] tam presentibus quam futuris, abbatiam Medantensis æcclesie Beatæ Marie, cum omni beneficio pertinente ad eandem æcclesiam, quod Albericus, canonicus predictę æcclesiæ atque omnes canonici ex me retinent, me dedisse Beato Petro Cluniacensis æcclesiæ[3]. Quod factum est in medio crastino Quadragesimę, in domo predicti Alberici, videntibus atque testantibus, videlicet Hugone Stavelo et Hugone Brusta Salicem; Nivardo de Settulleia; Radulfo, filio Radulfi vicecomitis; Uberto de Roseto; Drocone Propinone; Lisiardo, ejusdem æcclesię canonico; atque Alberico jam dicto; Tetbaldo predicti vicecomitis privigno. Addidi etiam huic dono omne quod habui apud Medantam villam, nemus scilicet et prata, et campos et vias; et in unoquoque anno XXX libras nummorum de medietate thelonei Medante castelli, et piscationem loci quem vulgus Glut-

[1] Sous-entendu : *obtinere.*

[2] Cet acte de Simon, dernier comte du Vexin, nommé ici comte de Mantes, a été confirmé en 1076 par le roi Philippe Ier. (*Art de vérifier les dates*, in-f°, t. III, p. 684.) Voyez ci-après, à la date.

[3] On lit en marge, d'une écriture de la fin du XVe siècle : « hodie non subest ».

tonem appellat, cum hospitibus ejusdem loci, æcclesiæ quoque Crispiacensis abbatiam[1], et feodum Arnulfi, armigeri Walterii, Medantensis comitis[2]. Meo etiam exemplo, mei dederunt plura, Radulfus scilicet vicecomes, æcclesiam de Vuascicurte cum decimatione vini et annonę[3]; huic dono addidit Amalricus quoque de Pontesio teloneum salis quod Medantę habuit, videlicet de unaquaque navi dimidiam minam, et de unoquoque modio qui foris in granariis unum nummum; Girardus autem de Limatio, censum octo arpennarum vinearum, quorum IIII^or in villa Medanta jacent, reliqua IIII^or in predicto Limatio, et culturam unam cum sex appendiciis terrę; Adam vero de Busehelio, terciam partem villę quę Gurnaium dicitur, ita dico terciam partem quantum ad annonę reditum, quem vulgariter dicimus campartam, totam vero quantum ad hominum habitationem. Hæc omnia a meis data sive etiam danda libentissime predicto Cluniacensi loco concedo.

3477.

CHARTA QUA SIMON, MEDANTENSIS CASTRI COMES, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DECIMAS VILLÆ MEDANTENSIS FUNDATQUE MONASTERIUM IN VILLA VASZICURTA.

(B. h. 116, CXVIII.)

In nomine sanctæ et individuę Trinitatis. Phylippo, Heynrici regis filio, monarchiam totius Francię regiminis obtinente, ego Symon, Medantensis castri providentia Dei comes, reminiscens meorum genitorumque meorum gravis sarcinę peccatorum, ac meorum antecessorum Walterii ac Dogronis[4], inspirante omnium bonorum inspiratore summo Deo, coram meis obtimatibus, pro remedio animę meæ, necnon genitorum meorum fratrisque ac supradictorum antecessorum, Sancto Petro Pauloque apostolis, ac monachis Cluniensibus Deo inibi militantibus, XXVI libras exeuntes, videlicet de decimis rerum hujus villę ad me pertinentium, tres etiam culturas terrę, et pratum unum 1074, environ.

[1] [Simon était aussi comte de Valois depuis 1074; c'est en cette qualité qu'il fait ici la donation de l'abbaye de Crépi.]

[2] [Sans doute Gauthier III, c^te de Vexin.]

[3] Voyez ci-dessus, n° 3050.

[4] Lisez *Drogonis*, Dreux, c^te de Vexin.

IMPRIMERIE NATIONALE.

apud Medantam villam, boscum etiam de Broilo, ita tamen quod ad mei firmitatem castri licebit inde sumere quę videbuntur utilia; piscationes etiam, hoc est gortos, et omnes piscationes quę sunt comitis, de Gluton et de Bernecuria. Et cum ego supradictis ista dem monachis, construam illis monasterium in villa quę dicitur Vaszicurta[1], ut ibi Deo sedule serviant ac debitas laudes persolvant. Testes Radulfus Malus Vicinus, Rotbertus filius ejus, Radulfus frater ipsius Rotberti, Hugo Estavel, Ascherius filius ejus, Symon senescalcus, Hubertus de Rose, Ubertus filius ejus, Wido de Rupe, Hugo Brostesalz, Drogo filius Walonis, Herius de Medanta, Warnerius de Calvomonte, Ingelrannus de Cars, Helyas de Gebereth.

3478.

CHARTA QUA FRODMALDUS ET DALMATIUS DE GINNIACO, FRATRES, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM CIRCELLIS, IN QUA ÆDIFICATA EST CAPELLA IN HONORE SANCTI PETRI, MANSUMQUE PRESBYTERI.

(Bibl. nat. or. 128; cop. 31-188; B. h. 363, CCCLXV.)

1075 (avant). Postquam Dominus ac Salvator noster Jesus Christus visitare dignatus est hunc mundum per incarnationis suę misterium, ammonuit nobis per exortationem suę predicationis, ut divitias nostras collocaremus in cęlestibus regnis, qualiter[2] consortes essemus ęternę felicitatis. Ait namque : « Date elemosinam et omnia munda sunt vobis »; et iterum : « Teshaurizate vobis thesauros in celo, ubi nec erugo neque « tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt, nec furantur. » Quapropter noverint cuncti fideles sanctę Dei ęcclesię, tam presentes quam advenientes, quod nos duo fratres, videlicet Frodmaldus et Dalmatius *de Ginniaco*[3], reminiscentes peccaminum nostrorum, tradimus ęcclesię sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quę edificata est in loco cui nomen est Cluniacum, pro nostrarum animarum seu parentum nostrorum remedio, villam quandam, quę vocatur Circellis, et est sita inter duas vias, in qua est edificata capella in honore sancti Petri.

[1] [*Sic* pour *Vassicurte*.] — [2] B. *quatinus*. — [3] En interligne dans l'original.

Insuper et ego Dalmatius tribuo supradictę ęcclesię unum mansum[1] qui fuit quondam presbitero, pro quo dedit mihi Cluniaci abbas tres auri uncias. Ut hoc in perpetuum firmiter teneatur, testium testimonio corroboramus. Signum Hugonis, Cabilonensis comitis. S. Rocleni, episcopi. S. Petri, decani de Sancto Gengulfo. Signum Hugonis, filii Frodmaldi, qui hanc cartam firmavit et scribere jussit. Si quis ex nostris heredibus vel malorum hominum aliqua persona, hoc donum infringere voluerit, jaculo feriatur perpetuę mortis.

(*Au dos :*) Carta de Circel.

3479.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DE SUO ET ECCLESIÆ CATHOLICÆ MISERRIMO STATU.

Gregorius, etc. Si posset fieri, ... (*Regest. Greg. VII*, lib. II, ep. 49; Labbe, *Concil.*, t. X, p. 104; Hard., *Concil.*, t. VI, 1re part., col. 1297; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 161.) 1075, 22 janvier.

3480.

CHARTA QUA ROGERIUS COMES ET UXOR EJUS SICARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CASTRUM DICTUM LURDAD ET VILLAS CUM ECCLESIIS IN VALLE SAVARTENSI.

(Bibl. nat. or. 126 ; cop. 31-43 ; B. h. 77.)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Rogerius comes[2] et uxor mea Sicardis, cognoscentes peccatorum nostrorum enormitatem simulque futuri seculi pęnas non ignorantes, sollicite et anxie, preveniente gratia illius qui neminem perire, sed omnes vult salvos fieri, cogitare, et perpendere cępimus si quomodo de nostrorum remissione facinorum quantulamcumque spei fiduciam aliquatenus invenire vel comprehendere divina pietate valeremus. Itaque, quoniam, attestante Scriptura, divitias viri animę ejus redemptionem posse fieri cognovimus, teste Veritate quę dicit : « Facite vobis amicos de facultatibus ves- 1075, 25 janvier (n. s.).

[1] [Il y a ici un blanc dans l'original.] — [2] [Roger II, comte de Foix, et Sicarde, sa première femme.]

tris, ut cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula »; quapropter ipsi Deo omnipotenti cui omnia sunt et a quo cuncta habemus, aliqua de concessis nobis ab eo rebus fideliter offerimus, quatinus ipse qui non propter se, sed propter nos potius hęc misericorditer consuluit, nobis in futuro judicio partem cum electis secum tribuat perhenniter regnaturis. Et quoniam post beatam Mariam neminem nos apud illum melius adjuvare posse credimus, quam beatum apostolorum principem Petrum, sive etiam vas electionis sanctissimum coapostolum ejus Paulum, quibus potestatem ligandi et solvendi in cęlo et in terra contraditam novimus, ipsas res quas offerimus ipsi, sicut suprascriptum est, Deo omnipotenti et jam dictis apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum jure perpetuo possidenda sollempniter contradimus. Sunt autem ęedem res in comitatu Tolosano, in valle Savartensi, quas etiam nominatim sicut sunt per loca singula necessario in hac donationis nostrę carta exprimendas censuimus. Igitur in primis, sicut jam diximus, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo castrum Lurdad, cum castellanis suis ad locum Cluniacum, cui domnus abbas Hugo preest, tam ipsi quam successoribus ejus omnibus, quicquid habemus vel nos vel alii aliqui per nostram manum, infra terminos istos, a Stampa videlicet usque Martemara, sive a Tava usque Bel, necnon et ab Alvers usque Surzen sive etiam usque Stampa, exceptis ecclesiis Sancti Volusiani de Burbre et de Unac . . . .[1] cuncta quę infra adjacentias istas, sicut diximus, vel nos habemus, vel alii per nos tenent, scilicet castrum Lurdad, cum castellanis suis, villamque de Arsaz, cum ęcclesia quę in eadem villa in honore sancti Saturnini necnon et sanctorum martirum Juliani et Basilissę estat consecrata; sed et villam Apinum simili modo donamus, et villam Succunacum et villam de Casaz, et villam de Vernaus, et villam de Podio cum ęcclesia sua, necnon et villam Garanun, simili modo cum ęcclesia sua, et villam de Lusinac, et villam de Unac, et villam de Vestiac et villam de Savenac et villam de Cauzun, et villam de Burbre, et villam

[1] [Il y a ici, dans l'original, un blanc de six ou sept mots.]

de Werz, et villam de Alvers, et apud Fredelezum duos casales quos ego Rogerius comes comparavi, unum de Johanne Bruniolo et alterum de Atmantio. Ista omnia et cętera quę his addendo daturi sumus, proprietatis jure in perpetuum possidenda et tenenda donamus Deo omnipotenti, sicut superius commemoravimus, et sanctę Marię sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniacum, rogantes ut ex eisdem rebus domnus Hugo abbas cum nostro adjutorio et consilio in villa Garanun monasterium incipiat in honore prelibatorum sanctorum, aditis etiam beatis apostolis Symone et Juda, Andrea, Johanne, Jacobo, Philippo, Bartholomeo, Matheo, Thoma et altero Jacobo, atque Mathia, quatinus post Deum ab istis omnibus locus ipse tueatur, custodiatur, muniatur et gubernetur. Et sicut accepta potestate in cęlo et in terra ligandi et solvendi constituti sunt ad judicandum orbem, super sedes duodecim, ita omnibus qui eidem loco consilio et adjutorio fuerint, cum eis qui a dextris statuentur peroptabilem vocem : « Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod « vobis paratum est ab origine mundi, Domino largiente », promant, et malefactoribus et calumpniatoribus, nisi penitendo et emendando satisfecerint, exsecrabilem e contrario sententiam : « Ite, maledicti, in ignem ęternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus[1] », terribiliter intorqueant. De his quoque omnibus privilegium a domno papa fieri approbamus et volumus. Facta est autem hęc descriptionis carta hortatu et consilio domni Isarni, Tolosani pontificis, die dominica, luna IIII, in conversione beati Pauli, anno ab incarnatione Domini millesimo LXX. IIII.[2], indictione XII, tempore domni papę Gregorii septimi anno II papatus ejus, regnante Philippo rege Francorum. Signum Rogerii comitis. Signum Sicardis comitissę. Signum Rogerii abbatis. S. Bernardi. S. Arnaldi Vuilelmi. S. Bernardi Atonis. S. Atonis Arnaldi. S. Willelmi Ratfredi. S. Unaldi, abbatis Mosiacensis. Peracta jam hęc carta, addidimus, sicut supradiximus, molendinum unum in

[1] [*Matth.*, XXV, 41.]

[2] 1075, nouveau style. Cette année, en effet, ayant XII pour nombre d'or, correspond le 25 janvier à un dimanche, et au 4e jour de la lune. Il faudrait lire *indictione XIII* et non XII, qui est celle de 1074.

Avezaco et Silvam Tortam subteriorem et territorium inter Silvam Tortam et Fredelez, quod vocant super Agrerium, totum et integrum sine ulla reservatione, et medietatem de alodio de Cadasurz, et unum casalem in Asinaco . . . . . [1]. Donamus insuper pignora quę habemus de comite Willelmo Tolosano pro septingentis solidis de denariis Tolosanis, de moneta decena, in ipso alodo quod vocatur Sonacus, quod est in pago Tolosano, et pignora similiter quę ego Sicardis comitissa habeo in alodio de Criun, id est decem uncias auri fini ad pondus.

(*Au dos :*) Rogeri[i] comitis, de castello Lurdad, in archiepiscopatu Tholosano.

3481.

CHARTA QUA ENEGO BERMUNDUS HUGONI, CLUNIACENSI ABBATI, ECCLESIAM SANCTI SALVATORIS DE BILARFRIDA CONCEDIT.

(Bibl. nat. or. 127; cop. 283-66; C. 109.)

1075, 31 août.

Sub [2] Christi nomine et individuę Trinitatis, Patris ac Filii ac Spiritus Sancti, qui cuncta ex nichilo excreavit visibilia et invisibilia, cujus regnum et ymperium jugiter permanet in secula seculorum. Magnus titulus est donationis in quo nemo potens est actum largitatis inrumpere, et dignum et pulchrum est ut donatio inter homines fiat, quia per donum tradidit nobis Dominus universa que habemus insuper faciem terrę; et nos de hoc quod nobis Dominus tribuit, facimus. Ego enim, Enego Bermundo conversus non usquequaque fiduciam sanctorum ulla desperatione deitio [3], sed etiam reatus meorum criminum expavesco et ut per sanctos Dei invenire merear remissionem omnium peccatorum meorum, per magnam clementiam suam, extitit in devotionem meam, ut hereditatem omnem meam, scilicet Sanctum Salvatorem de Bilarfrida, quod est constitutum inter Duos Montes : unus dicitur Cirius, et alter Lapidus, et juxta rivolum, quod dicitur Emeñeda, dono ac concedo monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli

[1] [Il y a ici encore un blanc dans l'original.] — [2] [Ce mot est précédé du chrisme.] — [3] Il faut lire *dejicio*. C. porte *dacior*.

loco Cluniacensi, in presentia domni Hugonis, abbatis, similiter et cunctę congregationis, cum omni integritate sua, cum omnibus villis et ecclesiis suis, et cum egressibus et ingressibus suis, et cum omnibus hereditatibus suis, prata, vineas, molendinos, terras incultas et cultas, et queque omnia ad ipsum locum pertinentia; dono et concedo hoc monasterium Sancti Salvatoris, pro remissione omnium peccatorum meorum et pro anima patris mei Vermudo et anima matris meæ Gerbira loco basilicę Cluniacensis, Hugoni abbati et cunctis fratribus suis ad serviendum ipso monasterio Cluniacensi, ut sit semper sub jugo sanctorum apostolorum Petri et Pauli in loco Cluniacensi, et abbati qui ibi preerit, et cui commendaverit, ad defendendum et corrigendum et regulam Sancti Benedicti ad inponendum. Istam seriem testamenti facio et confirmo monasterio Cluniacensi, ut nullus homo presumat aliquid auferre de ipso monasterio; et si quis, quod minime credi potest, hoc bonum mei testamentum infringere voluerit, careat a suis fronte lucernis, et cum Juda traditore inferni lugeat penis. Facta carta testamenti pridie kalendas septembris, era M. centesima tercia decima, regnante rege Ildefonso in Legione et in Castella. Signum roboravimus : Veilla, comes, testis confirmavit. Santio, comes, testis confirmavit. Froila, comes, testis confirmavit. Didago, episcopus in Sancto Jacobo confirmavit. Westrerius, episcopus in Luca, confirmavit. Gundissalbus, episcopus in Menduniensi, confirmavit.

(*Au dos :*) Eneconis Ispani.

3482.

PRÆCEPTUM PHILIPPI REGIS, QUO TERRAS IN TERRITORIO AURELIANENSI MONASTERIO CLUNIACENSI DATAS AB OMNI CONSUETUDINE LIBERAT.

(Bibl. nat. cop. 31-86 v°; B. h. 63.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum fieri volumus cunctis fidelibus sanctæ matris ecclesiæ, tam presentibus quam futuris, quod quidam fratres et monachi Cluniacensis monasterii adiere serenitatem nostram, humiliter postulantes, quod in teritorio Aurelianensi quamdam terram de dominio 1075 (après le mois d'août).

nostro ad Pontem Ossantiæ[1] Cluniacensi ecclesiæ concederemus, et terram illam, cum ea terra quam Ingelbaldus miles, cognomine Mansellus, eisdem fratribus concesserat, et terras illas quas fideles illis largiti fuerant vel largituri erant, aut illi fratres pretio redempturi erant in supradicto Aurelianensi territorio, ab omni consuetudine et exactione, nisi quæ fratribus redderentur, de cœtero liberas et absolutas et quietas esse, pro redemptione animæ nostræ et predecessorum nostrorum, in futurum clamaremus. Quorum petitioni annuendo, prout ipsi fratres postulaverant, concessimus; et ut in perpetuum firmum et inconcussum permaneret, nostri nominis karactere et sigillo nostro inde scriptam kartullam istam firmari et corroborari manu nostra signando præcepimus (*monogramme*). S. Hugonis fratris regis. S. Frederici dapiferi. S. Hervæi magistri[2] pincernarum. S. Hugonis constabularii. S. Hugonis camerarii. S. Hugonis de Pitsiaco. S. Warini de Belismo. S. Wiberti de Loisiaco. Actum publice (*monogramme*)[3] Aurelianis, anno incarnati Verbi MºLXXV, regnante Philippo rege anno XVIº. Godfridus, Parisiorum episcopus, regis cancellarius, relegendo laudavit.

3483.

CHARTA QUA GOSFREDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM IN VILLA BRISEI.

(Bibl. nat. cop. 31-113; B. h. 299, CCC.)

1075. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Gosfredus dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unum mansum in villa vocabulo Brisei, pro redemptione animæ meæ. Annuit hoc et confirmat frater meus Joscerannus et filius meus Wicardus. Et ne

[1] C'est l'origine du prieuré de Saint-Jérôme du-Pont-aux-Moines, sur l'Osance, petite rivière qui forme une partie du canal d'Orléans et se jette dans la Loire près du village de Combleux.

[2] [Il faut lire *magistri* comme dans B. La copie 31, tirée du Trésor de Sainte-Croix d'Orléans porte à tort *magni*. On a d'autres exemples de cet *Herveus magister pincernarum*, notamment dans le *Gallia christ.*, t. VIII, instr. c. 414, et ailleurs.]

[3] Ce signe ⁜ désigne l'église de Sainte-Croix d'Orléans. Lisez : *in ecclesia Sanctæ Crucis Aurelianis.*

hoc donum ulterius infringatur, scripto firmari rogamus, anno Domini M. LXXV, abbate venerabili Hugone[1].

(*Au dos:*) Gosfredi de Brisei.

3484.

CHARTA QUA ARNULFUS MONACHICUM HABITUM SUMENS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM VILLÆ DE NOCLES ET MANSUM DEL PERMAGIER.

(B. h. 324, CCCXXV.)

Dum in hujus seculi salo quisque vivit, cum licet et interim dum 1075.
tempus acceptabile et dies salutis instare videtur, convenit unicuique fidelium, maximeque laicali professione viventium, ut ex rebus sibi celitus collatis operariis in vinea Dei assidue laborantibus aliquod subsidium impertiantur, quatinus a summo Patrefamilias in remuneratione denarii cum eis mereantur munerari. Hujus remunerationis itaque capiendę gratia, ego Arnulfus, Dei inspirante gratia, a seculi hujus vanitate ad sanctæ religionis confugiens habitum, de rebus suis prout ei ad presens facultas fuit, contulit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi sub regula Sancti Benedicti decreverat militare, medietatem scilicet tocius villæ quę di-

[1] La copie du cartulaire offre un texte très amplifié que nous reproduisons en note:

« CCC. Gozfredus mansum in villa Brisei. « Clemens ac largiflua Christi misericordia « multis modis humanę compatitur infirmi- « tati, ut quia homo sine peccati contagio « vivere non potest, in promptu habeat « medicinalem occursum, videlicet ex pro- « priis rebus elemosinę subsidium. Qua- « propter ego Gozfredus, divina gratia me « visitante, cognonscens me in baptismate « fidem Christo spopondisse, eamque per « carnis fragilitatem multis modis post- « modum violasse, idcirco satisfatio, et « dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro « apostolorum principi, necnon et Paulo « doctori gentium et loco Cluniacensi, ali- « quid de rebus meis mihi jure hereditario « pertinentibus, scilicet unum mansum in « villa vocabulo Brisei, pro remedio meę « animę, quatinus hic tutores et defensores, « et in futuro habere intercessores et pa- « tronos apud misericordissimum omnium « Conditorem merear supradictos principes, « annuentibus et confirmantibus hoc do- « num fratre meo Jozeranno et filio meo « Vuicardo; et ne ulterius donum hoc « infringatur, scripto firmari rogamus, « anno Dominicę incarnationis millesimo « LXXV, abbate Hugone prefato loco presi- « dente. »

IMPRIMERIE NATIONALE.

citur Nocles[1] et mansum unum, qui appellatur del Permagier, cum appendente silva. Annuit hoc victricus illius Wichardus et mater ejus Algardis, et frater ejus Sendelinus. Hæc omnia, sicut supradixi, fratribus supradicti cœnobii possidenda concessit; et ne aliquis ulterius infringere aut calumpniari appeteret, propria carta firmari ac roborari petiit. Actum est anno Domini millesimo LXX° V°, indictione XIII, domno Hugone abbate prefato loco presidente.

3485.

DIPLOMA PHILIPPI I, REGIS FRANCORUM, QUO CONFIRMAT DONUM ECCLESIÆ DE BARLY ET RERUM ALIARUM MONACHIS CLUNIACENSIBUS A GUIDONE, PONTIVORUM COMITE FACTUM, ET DE SUO TERRAM IN LOCO QUI DICITUR VETUS CASTELLARIS, AD FACIENDUM MONASTERIUM ADDIT.

1075. In nomine sanctæ, etc. (Sanson, *Hist. de Ponthieu,* p. 300, d'après le cartul. de Saint-Pierre d'Abbeville.)

3486.

CHARTA QUA GERALDUS DE CASTELLO MARINO DAT CLUNIACENSIBUS ET MOISSIACENSIBUS MONACHIS DUOS MANSOS SITOS IN VILLA QUÆ DICITUR BRADIL.

(Bibl. nat. or. 129.)

1075, environ. Ego Geraldus, cognomento de Castello Marino, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro scilicet ac Paulo et sanctis locis ipsius Cluniaco videlicet atque Moysiaco, et monachis ibidem commanentibus, pro anima mea et anima fratris mei Rodberti parentumque meorum, duos mansos superiores, qui sunt in villa quę dicitur Bradil in alodium et fevum, in pignus pro XX solidis et duobus modiis de segel. Si autem ille qui hoc fęvum tenet, redimere voluerit, tenebit illud de manu abbatis ipsius loci in fevum. Vicariam etiam dono propter XIII solidis. Si vero vicarius eam habere voluerit, habeat per manum abbatis. Ut autem hec mea donatio firma permaneat, manu propria firmo

[1] Dans le titre on lit *Noclees.*

et firmare presentes facio. S. Geraldi, cognomento de Castello Marin. S. Ademari de Centarols. Facta carta IIII nonas junii in manu domni Unaldi abbatis, regnante Philippo Francorum rege. Hanc autem cessionem tali convenientia facimus, ut nulli parentum nostrorum neque affinium liceat ullo modo violare. Sane si quis id voluerit instinctu demoniacę persuasionis congredi aud juri suo inique subdere, sit anathema.

3487.

CHARTA QUA HUGO, COMES DE DOMARTIN, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MEDIETATEM VILLÆ DE BRANDALT VILEIR.

(Bibl. nat. cop. 23-47; B. h. 248, CCL [1].)

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Noverint omnes fideles, quod ego Hugo, comes de Domartin[2], pro remedio anime mee et omnium parentum meorum, Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, sancto conventui ejusdem loci, suscepta desiderabili eorum societate, in capitulo donavi de alodo meo hereditario, quicquid habere visus sum in villa Brandalt Vileir, medietatem scilicet totius ville cum omnibus appenditiis in planis, in silvis, in pascuis, in servis et ancillis, ut deinceps ad cameram Cluniacensem pertineat. Hanc donationem, ne quis ulterius infringere presumat, presenti cartula notari petii et propria manu super altare Sancti Petri posui, ubi et testes de militibus meis legalibus adhibui, quorum hec sunt nomina: Wedericus, Adam, Rogerius, Hugo. 1075, environ.

(*Au dos:*) Hugonis comitis, de Brandalt Vileir.

[1] La copie de B. débute ainsi : « Dum « licet, unumquemque oportet fidelem ut « de salute animę suę cogitet, et de rebus « juste adquisitis æternam preparet sibi « domum, ubi cum sanctis regnet feliciter. « Unde ego Hugo, comes de Domartin, « pro redemptione meę animę », etc.

[2] [Cette charte doit être attribuée vraisemblablement à Hugues Ier, comte de Dammartin.]

3488.

CHARTA QUA WIDO, MATISCONENSIS COMES, NOTUM FACIT SE PRIVILEGIUM QUOD ANTECESSORES SUI MONACHIS CLUNIACENSIBUS CONCESSERUNT, UT POSSINT ACQUIRERE TERRAS ET ALIAS RES IN COMITATU SUO, CONFIRMASSE.

(Bibl. nat. cop. 32-217; B. h. 241, CCXLIII.)

1075, environ. Notum sit cunctis fidelibus presentibus et futuris, quod ego Wido, Matisconensis comes, pro remedio animæ meæ et patris et matris, et omnium antecessorum meorum, concedo et annuo Cluniacensibus fratribus soli Deo militantibus, quicquid vel ipsi vel ipsorum homines adquisierunt in toto meo comitatu, vel emendo, vel gratis vel pro Dei amore accipiendo de franchisa a quibuscumque vel de quibuscumque; quod ego confirmo sicut et pater meus et alii antecessores mei fecisse probantur. Quod si quis successorum nostrorum hanc nostram [donationem vel[1]] affirmationem infirmare, diminuere vel infringere voluerit, judicio Dei omnipotentis preventus succumbat, ita ut non possit implere quod male presumserit, insuper etiam judiciaria potestate coactus, v libras auri persolvat, easque abbati et fratribus reddat[2]. [Igitur domnus abbas fratrum consensu dedit ei x uncias auri.]

(*Au dos:*) Karta Widonis comitis, tempore domni Hugonis.

3489.

CHARTA DONATIONIS TERRARUM ET ECCLESIARUM JUXTA CIVITATEM CREMONAM MONACHIS CLUNIACENSIBUS AB ALBERTO DE FONTANELLA ET LANFRANCO FACTÆ.

(C. 80.)

1076, 29 avril. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo sexto, regni vero domni quarti Heynrici regis, Deo propitio, in Italia octavo decimo, tercio kalendas madii, inditione quarta decima. Nos, in Dei nomine, Albertus, filius quondam Adami, qui dicitur de

[1] [Les mots entre crochets sont tirés de B.] — [2] Ce qui suit manque à la copie de l'original et a été ajouté par le rédacteur du cartulaire.

Fontanella, et Imilda, jugalibus, filia Tedaldi, seu Romanus, filius quondam Johannis, atque Angelberga item jugalibus, et Lanfrancus, filius quondam Hugonis, de civitate Cremona, quod professi sumus nos qui supra, Albertus et Imilda, jugalibus, lege vivere Alamannorum, et nos qui supra Romanus et Angelberga, jugalibus, seu Lanfrancus lege vivere Longobardorum; ipsis namque Albertus et Romanus, jugalis nostri et mundualdo meo, quę supra Angelbergę, nobis consentientes et subter confirmantes, una cum notitia Osberti, germani mei, quę supra Angelbergę, et Vuilelmi nepote meo, in quorum presentia et testimonio certam facio professionem quod nullam me pati violentiam ab aliquo homine neque ab ipso jugali et mundualdo meo, nisi mea bonaque spontanea voluntate spospondissem: vita et mors in manu Dei est, melius est nobis cum metu mortis vivere quam spe vivendi morte subitanea prevenire. Ideoque nos qui supra Albertus et Imilda jugalibus, necnon Romanus et Angelberga similiter jugalibus, seu Lanfrancus, volumus et statuimus atque per hanc cartulam judicati et ordinationis nostre confirmamus, ut a presenti die habeat ad proprietatem habitatores monasterii Sancti Petri Cluniacensis, hoc est petiam unam de terra juris nostri, quam haberi visi sumus foris istam civitatem, ibi prope in loco ubi dicitur Sablone et est petia ipsa de terra una cum accessione et ingressu, qui ducit usque ad viam publicam, per mensuram justam perticas legitimas octo et tabulas VI, et uncias IIII; coheret ei a mane Ambrosii et Lanzoni, et in aliquid via ubi pergit predicta accessio, a meridie Fulconi, a sero Rolindis, conjunx Vuazoni, et in aliquid Bonani, a montibus de Busi. Ita ut inibi sit edi[fica]ta ęcclesia et monasterium in honore sancti Salvatoris atque sanctorum angelorum Gabrielis et Raphaelis et omnium sanctorum, et ut ibi fiat officium secundum regulam Sancti Benedicti et consuetudo predicti monasterii Sancti Petri Cluniacensis. Igitur nos qui supra, Albertus et Imilda jugalibus, concedimus per hanc cartulam judicati et ordinationis nostrę ad prefatum monasterium Sancti Petri capellam scilicet unam cum area in qua constructa est, quę est edificata infra jam nominata civitate Cremona; et est consecrata ad honorem supra-

dictorum angelorum Gabrielis et Raphaelis, cum omnibus casis et rebus eidem capellę pertinentibus juris nostri, et petias duas de terra similiter nostri juris : una est arabilis, in qua via percurrit, et jacet ad locum, ubi dicitur Sanctus Michael prope Persico, et per mensuram est justam jugias octo et perticas novem; coheret ei a mane Dalmona, a meridie Sancti Ambrosii, a sero via, a montibus Sancti Gabrielis, Sancti Laurentii. Et alia petia est cum silva, quę est posita in vico et fundo suprascripto Persico, ad locum ubi dicitur Raigade, et est per mensuram justam perticas VI; coheret ei a mane et meridie quod nobis reservamus et in aliquod Sancti Gabrielis, a sero Sancti Gregorii, a montibus similiter ut supra. Similiter nos qui supra, Romanus et Angelberga jugalibus, volumus et statuimus atque per hanc cartulam judicati et ordinationis nostre confirmamus ad prelibatum monasterium Sancti Petri ad proprium mansos quattuor juris nostri de terra qui supra, Romani et Angelberge jugalibus; duo ex ipsis mansis habere visi sumus in vico et fundo Fartifingo, et duo in vico et fundo Grumello, et in eorum territoriis : primum mansum in suprascripto vico Fartifingo et est detentus per Andream Grivaldi et est per mensuram justam inter sedimen et silvam, cum ariis suarum seu terris arabilibus, jugias tredecim et perticas decem; secundus mansus in ipso loco Fartifingo fit detentus per Andream Vualperti, et est per mensuram justam inter sedimen et vites cum areis suis seu terris arabilibus jugias novem; tercius mansus in suprascripto vico Grumello, et est detentus per rusticum, qui dicitur Grata Caput, et est per mensuram inter sedimen et vites seu silvas cum areis earum atque terras arabiles, jugias quindecim et perticas sex et dimidia; quartus mansus in jam nominato loco Grumello detinetur per Albertum Inverardi, et est per mensuram justam inter vites et silvas, cum areis suis seu terris arabilibus, jugias octo et perticas octo et dimidia. Et ego qui supra Lanfrancus volo et statuo per hanc cartam ordinationis mee confirmo in eodem monasterio Sancti Petri ad proprium petiam unam de terra prativa juris mei, posita inter Padum et Pausiolo, in loco ubi dicitur Gambina Lamberti presbiteri, et est per

mensuram justam perticas sex : coeret ei a mane Fulconi, a meridie Laurentii subdiaconi, a sero Adami, a montibus Ildebrandi, et si aliquę alie sunt in his omnibus coherentes; ab hac die in eodem monasterio Sancti Petri nos qui supra, Albertus et Imilda jugalibus, seu Romanus et Angelberga jugalibus, et Lanfrancus, sta[tu]imus per hanc cartulam donationis nostrę et confirmamus in eodem monasterio, facimus legittimam traditionem et investituram per cultellum et festucam nodatam, per vuantonem et vuasonem terrę atque ramum arboris seu vuandilac, et nos ex omnibus jam denominatis postponimus, vuerpimus et absentes nos exinde facimus, et expertes et monasterio ex toto concedimus, ut pars ipsius jure proprio possideat et quicquid voluerint per omnia, absque omni nostra calumpnia liberam habeant facultatem, tantum ad utilitatem monasterii. Si quis vero, quod futurum esse minime credimus, si nos qui supra, Albertus et Imilda jugalibus (quod absit!), aut ullus de heredibus vel de proheredibus nostris, seu qualibet opposita persona, contra hanc cartam judicati ire quandoque temptaverit, ut eam per quolibet ingenium infringere quesierimus, tunc inferamus illi parti, contra quam litem intulerimus, uncias C de optimo auro, et de argento libras CC, et quod repetebamus vendicare non valeamus, sed presens hec cartula judicati diuturnis temporibus firma et stabilis permaneat atque persistat inconvulsa, cum stipulatione subnixa, et ita ut nullus abbas de predicto monasterio Sancti Petri, qui nunc et pro tempore fuerit, neque pars prefati monasterii habea[t] virtutem nec potestatem predicta ęcclesia quę est edificanda submittere alię potestati ullo modo, sed semper permaneat sub regimine predicti monasterii Cluniacensis; neque de predictis rebus, que supra ordinavimus, vel de illis que daturi sumus, habeant potestatem vendendi, donandi, precariandi, commutandi, livellandi, neque in beneficium dandi, nullo modo, ut usus et fructus minui debeat a predicta ęcclesia et monasterio, quod ut supra diximus edificandum; quod si factum fuerit, irritum et vacuum fiat, sed semper ad usum et sumptum fratrum scilicet monachorum permaneat, qui in eodem monasterio habitandi sunt, quia talis est nostra bona voluntas, ut fratribus

constituta annona non deficiat, et insuper animabus omnium parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum in commune proficiat : unde et pargamenum ac atrementarium de terra elevavimus nos qui supra, Albertus et Imilda jugalibus, scilicet Rainerii qui et Paganus, notarius sacri palatii, et sibi tradidimus, et scribere rogavimus, et testibus corroborari et obnixe confirmari; unde quinque cartulę superscripte ordinationis et judicati scriptę et confirmate sunt. Actum insuper scripta civitate Cremona feliciter. Signum manibus istorum Osberti et Vuilelmi, qui eandem Angelbergam, germanam et amitam eorum, interrogaverunt. Ego Giselbertus, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Umfredus, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Albericus, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Johannes, judex sacri palatii, testis interfui et subscripsi. Ego Adam, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Lanfrancus, judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Albericus, notarius sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Erlembaldus, notarius sacri palatii, rogatus subscripsi. Signum manibus Alberici et Vualterii seu Rainbaldi lege viventes Alamannorum, qui testes fuerunt. Signum manuum Alberici et Vualterii seu Raimbaldi, Tedaldi, item Tedaldi, seu Gisleberti, atque Johannis et Adami, necnon et Vuiberti, testium. Signum Vuiberti et Alberti seu Girardi atque Hungari et Tadi et Vuillelmi, seu Omnibene et Petri, qui testes interfuerunt. Ego, que super[1] Rainerius, qui et Paganus, notarius sacri palatii, scripsi, post [t]radita complevi et dedi.

3490.

CHARTA QUA HUGO, CUM CONSENSU WIDONIS, LEMOVICENSIS EPISCOPI, BELLILOCENSE MONASTERIUM MONACHIS CLUNIACENSIBUS DIMITTIT.

(B. h. 91[2].)

1076, avril. Ab exordio nascentis ęcclesię, quam longe lateque dilatari per or-

[1] [*Sic* pour *ego qui supra.*]

[2] Imprimé par Baluze, *Hist. Tutel.*, col. 431, et par M. Deloche, *Cartulaire de Beaulieu*, introd., p. xxiv, en note, d'après une copie communiquée par A. Bernard.

bem universitatis dispositor Dominus voluit, constitutum ac sanctitum est, ut quęque loca sancta ac Deo dicata servis Dei jure ad disponendum atque regendum sint tradita, de quibus Bellilocensis ęcclesię filios esse novimus, qui se ipsos suumque locum Sancto Petro in Cluniaco et venerabili patri domno Hugoni abbati suisque successoribus committunt atque donant in perpetuum, obnixe deprecantes ut deinceps quasi suorum filiorum, curam eorum agat, dicentes se nullum preter eum habere pastorem ultra vel ejus successores. Hujus rei igitur auctores ac laudatores silentio preterire non debemus, sed potius eorum nomina pauperculis prenotare litterulis. In primis domnus Wido, Lemovicensis episcopus, laudat atque testatur[1], et in hoc non negandam suam licentiam esse ore claro proloquitur. Dehinc domnus Froinus, Tutelensis abbas, et illius monasterii decanus[2], laudat atque testatur, et ut fieri debeat ore, corde precatur. Boni vero testimonii fratres ad faciendum clamant; laudat enim strenuissimus miles Archimbaldus vicecomes, et Boso vicecomes, et Bego de Calvomonte nobilissimus miles; ad extremum vero et inprimis laudat vir ille insignis Hugo, scilicet de Castello Novo, qui istius monasterii abbas esse dicitur atque ita affatur : ego igitur Hugo, gravi pondere peccatorum depressus, tali ac tanto honore indignum me judico, et pro Dei amore ac spe veniam consequendi, dimitto Domino Deo et dono beato Petro in Cluniaco, et honorabili viro domno H[ugoni] abbati suisque successoribus istud monasterium Bellumlocum nomine, cum honore sibi pertinenti, preter id quod retinere volo, et hoc tamdiu donec ille qui dedit bone voluntatis inicium, donet et ipse perfectionem. Quin insuper laudatores ex hoc Carbonicences domini Rigualdus videlicet, et Bernardus, frater ejus. Facta carta ista in mense aprilio, anno ab incarnatione Domini M° LXX° VI°, regnante Philippo rege et domno papa Gregorio sacrę religionis monarchiam regente. S. Willelmo, Tolosano comite. S. Rigualdi. S. Hugonis et Hugonis fratrum. S. Geraldi de

[1] [Quelques mots rayés ici dans le ms.]

[2] [Fruin, abbé de Tulle et de Beaulieu, puis seulement doyen de ce dernier monastère, tandis que Hugues de Castelnau en était l'abbé *laïque*. Voir Deloche, *Cart. de Beaulieu*, notes, p. CCLVIII et CCLXVI.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

Betug. S. Geraldi Rotberti. S. Geraldi. S. Petri de Monte Mejano. S. Armanni de Liviniaco. S. Geraldi de Cabra.

3491.

CHARTA QUA HUGO DE CASTELLO NOVO DIMITTIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MONASTERIUM BELLILOCENSE CUM CURTIBUS, ECCLESIIS, CENSIBUS ET REDDITIBUS[1].

(Bibl. nat., or. 142; cop. 40-27; B. h. 92[2].)

[1076, après le mois d'avril.]

Ille qui primum contra Deum erectus, de cęlo, faciente superbia, est projectus, sui non equanimiter solius ferens ruinam, sua effecit astutia, ut, pro[h] dolor! primi cultores paradisi suę sentirent penę dejectionem expulsi : qui quemadmodum totam sibi denegatam spem revertendi persensit, toto malitię suę adnisu instituit ne amplius reverterentur quos sua calliditate decepit. Verum quia non ęquali debuerunt pęna constringi, ille qui sponte et illi qui ceciderunt seducti, ad illorum venit Creator incarnatus redemptionem, ad illius vero perpętuam damnationem. Hęc autem quia ita est facta redemptio, ut redemptorum etiam succurrere debeat bona operatio, ipse jugiter invigilat, ne per virtutum gradus illuc fiat ascensio, unde per mala vitiorum fuit descensio. Verumtamen Deus quos prescivit et predestinavit, illos et vocavit, nequaquam eos maliciosa illius voluntas ab ejus regno retrahere currentes quibit. Evenire autem plerumque occulto Dei solet judicio, in temptatione labi nonnullos quos postmodum tanto robustius Dei resurgentes adjutorio stare contingit, quanto nequius maligni persuasio eos cadere fecit. Quocirca quia solam sibi erectionem ad Deo satisfaciendum pro lapsu non sufficere credunt, multimoda pęnitentię ac satisfactionis remedia exquirunt. Quorum qui in seculari sunt potentiores dignitate monasteria ędificant, et inibi personas Deo servientes die ac nocte deputant, qui non solum suorum existant interventores criminum, sed etiam omnium populorum. Bonas horum in-

[1] Cet acte a été imprimé, d'après la mauvaise copie de B., par Baluze (*Hist. Tutel.*, col. 423) et par M. Deloche à la suite de la précédente (*Cartul. de Beaulieu*, introd., p. xxv).

[2] Cette copie de B. est très abrégée.

tentiones dum bonorum omnium inimicus usquequo ad effectum perveniat abrumpere nequaquam se posse doleat, plerumque dum prę-mia nequeat, ipsa opera inmutat. Nam sepe servientium frigescente in monasteriis caritate, intrante neglegentia servitii Dei atque torpore, Deus domum quam primitus sibi elegit discedendo deserit, ita tamen ut quemadmodum dicitur propter David quęcumque adhuc radix relinquatur, de qua Christus tametsi ad tempus relictam domum visitare dignetur. Sed semel arte maligni seclusum Deum, cui non est pars cum iniquitate, malignus quibus prevalet dolis vel quibuscumque potest versutiis, ne Christo venienti detur aditus intrandi, obsistit. Quemadmodum in monasterio Bellilocensi contigisse manifestum est, quod quidam viri magnates, pro peccatorum suorum remissione, cum magna rerum opulentia dudum ordini monasticę religionis constituerunt, quo dilabente, res etiam vehementer sunt diminutę. Hoc videns et condolens, ego Hugo de Castello Novo, in cujus manum successione parentum venit, quatinus cum Dei servitio res etiam promoveantur temporales, cupio atque desidero illud delegare Sancto Petro et domno Hugoni, abbati Cluniacensi, ad ordinandum inibi Dei servitium, et ordinem secundum regulam Sancti Benedicti tenendum; atque hoc facio cum consilio et laudamento Widonis, episcopi Lemovicensis, atque Archimbaldi et Eblonis atque Bosonis vicecomitum, necnon Girberti ac Bernardi fratrum Carbonicensium. Subjungo etiam donum : curtem et ęcclesiam de Chamairaco et ęcclesiam de Favars, cum ipsa curte, et item aliam curtem de Monte Catfredi, et totum honorem de Essendoneis, quem beatus Petrus habet, et Ensailent[1], et curtem de Adezans[2] et de Beza, atque totum honorem Favarcensem, curtem de Monte et totum honorem quem beatus Petrus habet in Santria et in Rofiacense, et ęcclesiam de Condato cum ipsa curte, necnon ęcclesiam de Stranquillo cum ipsa curte. Hęc omnia supranominata dimitto Deo et Sancto Petro atque absolvo, ac domno H[ugoni], abbati Cluniacensi, atque ejus successoribus. De toto autem alio ho-

[1] Baluze : *en Sailent.* — [2] B. *Adezais.*

nore quem beatus Petrus Bellilocensis habet, absolvo censum et reditiones, excepta illa quam Bernardus episcopus, avunculus meus[1] tenebat in suo dominio, de vino atque cibariis, et receptis[2] illis quę ipse tenebat in suo dominio. Signum ipsius Hugonis. S. Widonis, episcopi Lemovicensis. S. Archimbaldi et Eblonis atque Bosonis, vicecomitum. S. Girberti et Bernardi, fratrum Carbonicensium. S. Rigaldi[3] et Hugonis de Curmontanis. S. Frodini abbatis. S. Willelmi, abbatis Fiacensis[4]. Donum istud laudaverunt et auctoritate firmaverunt omnes terrę nobiliores atque inferiores, et si quid melius posset augeri.

(*Au dos :*) Carta quam fecit Ugo, miles de Castello et alii principes terre ipsius [et] episcopus Lemovicensis, de monasterio Sancti Petri, qui vocatur Belluslocus.

3492.

CHARTA QUA TARASIA COMITISSA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTORUM JOHANNIS BAPTISTÆ, ZOYLI ET FELICIS IN URBE SANCTÆ MARIÆ CARRIONIS[5].

(Bibl. nat., cop. 283-62 ; C. 110.)

1076, 1er août. In[6] nomine genitoris et geniti simulque ex ambobus procedens Spiritus Sancti, qui est trinus in unitate et unus in deitate, per quem universa colligitur creatura, et cui famulantur celestia simul et terrena[7], ad cujus imperium obediunt maria, a quo cuncta sunt omnia mirabiliter operata, qui ominem ab humo plasmavit, et in finem seculorum formam servi adsumens[8] per passionem propriam misericorditer redemit, et ne humanum genus periret. Postea sanctos apostolos suos predicare sanctum Evangelium in universum mundum et confirmare in fide Christi credentes transmisit; hec benigne disponens providentia divina, non quo ipse alicujus egeat[9] dono, qui est omnia in

[1] [Bernard II, évêque de Cahors. Cf. Deloche, *Cart. de Beaulieu, notes et éclaircissements*, p. CCLII.]

[2] *Sic* dans l'original et dans B.; Baluze et M. Deloche ont imprimé *exceptis*.

[3] Et non pas *Giraldi*, comme l'a imprimé M. Deloche.

[4] Comme *Figiacensis*.

[5] C. porte un long sommaire que nous ne croyons pas nécessaire de reproduire.

[6] [Ce mot est précédé du chrisme.]

[7] C. *terrestria*.

[8] C. *accipiens*.

[9] Cop. d'orig. *exeat*.

omnibus, sed ut offerentis placabile respiciat donum et bono desiderio concessionis accipiat sacrificium Deo acceptum. Ideoque ego Tarasia, comitissa, una pariter cum filiis et filiabus meis Fredenando, Pelagio, Garseano[1], Maria, Sancia, Ildontia, Geloysa, prolis comitis Gomis Didas terre Ispaniarum[2], audiens Scripture divine oraculum et adinplendum aliquantulum cupiens bonum, ut tibi omnipotenti Domino Deo, eterno patri, puras mentes de quo nobis tribuisti votum reddere aliquam partem pro remedium anime nostre et parentum et avorum nostrorum, vobis patronos nostros et altare sanctum in honore sanctorum apostolorum Petrum et Paulum Cephas facimus series testamentum exaratum, propriam donationem ad locum Cluniacensem, ubi preest domnus Hugo, abbas, et omnibus fratribus hic Deo servientibus, ad ipsum locum supra prefatum sub norma Sancti Benedicti, id est locum nominatum Sancti Johannis Baptistę et Sancti Zoili atque Felicis martirum; hunc locum esse scitum in urbe Sancte Marie, et rivulo currente secus alveum Carrione, juxta illa pons et serata qui discurrit ad Sanctum Jacobi apostoli, concedimus et offerimus hoc monasterium et ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli et abbati, fratribusque suis qui serviunt in Dei auxilio ubhic[3] sancte regule colla submittunt cum omni [humilitate][4], integritate sua, quantum ad ipsum locum pertinet : hec sunt monasteria, cum villulis suis, cum domis et jacentiis et antiquioris terminis, scilicet montes et colles, fontes, aquis aquarum ductibus, silvas, prata, p[a]ludes, terras, vineas, cultas et incultas, ortos, serricas molinarum, piscarias, introitus et exitus et omnia intrinsecus domorum usque minima re; id est aurum, argentum, vestimentum, munile, ornatum, es, ereum, ferrum, plumbum et libros et calices, et cruces et frontales et turabulis et igipsas et candelabros et lucernis et ceroforarios, et stolis argenteis et fialis et crateris, et signos et arcas ubi tumulati sunt corpus sancti, quicquid ad cultum Dei et totius templi et altaris pertinet, necnon et coronis aureis omnia mirifice sculpta, necnon et opere plumario atque auri texta cum cortinis,

[1] C. *Garsia*.

[2] Ibid., *Hyspaniarum*.

[3] [Lisez *uhic* pour *huic*.]

[4] [Ce mot se trouve dans C.]

multa nimis et vestimenta clericorum, et omnia temporalia multa, id sunt, scifos argenteos, discos, coclearis, salaris, aquamaniles, coccabis ereis, balnearis, ceroferariis ereis, et omnia vestimenta, superlectile multa nimis, oves, bobes, equas, caballos, mulos, mauros et omnia temporalia, quicquid ad opus ominis pertinet, quantum hic habemus vel aduc cum Dei adjutorio aucmentare [vel] proflicare potuerimus, damus vobis abba domno Hugo et fratribus vestris qui in presentiam vestram sunt et post vobis futuri fuerint et ad altare sanctum in honore Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut abeatis illum firmiter et donum Dei et nostri, sicut propheta vult : « Vovete et reddite « Domino Deo vestro »; et in alio loco dicit : « Tua sunt omnia et que « de manu tua accepimus, dedimus tibi »; et neminem pretermittimus qui vobis aliquam disturbationem vel inmodice, faciat, non ego, non filiis, non neptis, non extraneis nec ex propinquis, ne qualibet generis homo, quisquis fuerit qui hunc testamentum nostrum vel scriptum infringere attemtaverit, sciat extraneus, et anathematus ad sancta Dei communione, et cum Juda, Domini traditore, luat penas inferni in eterna dampnatione et pro temporali pena pariet in presentia regis vel judiciaria in dupplo vel tripplo, quantum auferre voluerit et insuper duodecim auri libras fisco exsolvat, et hanc scripturam plenam obtineat firmitatem per secula cuncta. Amen. Si autem, inspirante diabolo, aliquis fecerit injusticiam uhic monasterio, aut fratribus in ipso loco degentibus, non requiratur regis vel alicujus potestatis protectio, sed potius precepto fratrum Cluniacensium adhibeatur ujus supradicte comitisse, scilicet domine Tarasie, defensio filiorum vel parentum. Hanc enim defensionem faciant eo tenore, ut misericordiam delictorum suorum consequantur in districto Christi examine, non ut aliquod seculare dominium super fratres ibi degentes velint habere. Et si (quod absit!) aliquam dominationem, ad malam partem, supradictis fratribus irrogare voluerint sub hanc occasione, omnino careant supradicti monasterii defensione, ut per eandem defensionem malam consuetudinem huhic monasterio nequeant imponere. Facta cartula testamenti ipsius kalendas agustas, era C. IIII X, post

peracta millesima, regnante rex Adefonsum[1] in Legionem et Pelagio, episcopo in sedis Sancte Marie. Ego Tarasia comitissa et filiis et filiabus meis supranominati, quem fieri elegimus et relegente audivimus devota mente manus nostras proprias roboravimus[2]. Hujus carte testamenti hii sunt testes : Didacus episcopus arcis marmarice sancti Jacobi apostoli[3] confirmavit; Bernardus, episcopus Palentine sedis, confirmavit; Scemenus, episcopus Burgariensis sedis, confirmavit[4]. Comite domno Gunsalvo[5], confirmavit. Comite Petro Ansuris, confirmavit. Comite Martino Adfonso confirmavit. Et aliorum nobiliorum multorum confirmans. Alveto[6] hic testis. Godseto[7] hic testis. Annala[8] hic testis. Ariolfus presbiter notuit. Memento mei in bono, si cum Christo regnetis in trono. Amen. Hanc cartam ego Tarasia, comitissa, pono in manibus dilectissimi nostri scilicet nuncii[9] Rotberti, ut ipse ponat in manibus patris nostri domni Hugonis, abbatis, et ipse eam tradat ad altare sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut per hoc donum valeam adquirere regnum Dei. Amen.

(*Au dos :*) Carta de Carrione in Hyspania, era 1114, Kal. Aug.

[1] C. *Aldefonso.* Alphonse VI, roi de Castille de 1065 à 1109.

[2] Suivent huit monogrammes fort singuliers.

[3] [Lisez *arcæ marmoricæ.* Allusion au tombeau de marbre dans lequel la tradition de l'église de Compostelle rapporte que fut trouvé le corps de saint Jacques le Majeur, son patron. C'est une formule souvent employée dans les diplômes des rois d'Espagne. Cf. Florez, *España Sagrada,* t. XX, p. 2 et 8.]

[4] [Ici se placent, dans la copie d'original, les cinq mots ci-après : *et aliorum . . . confirmans.*]

[5] C. *Gunsalbertus.*

[6] C. *Alvetus.*

[7] C. *Gundesteus.*

[8] C. *Annaia.*

[9] C. *domni* au lieu de *nuncii.* [Dans C., les signatures, au lieu d'être lues horizontalement, l'ont été verticalement de la façon suivante :

Première ligne.

Domnus Gunsalbus comes conf. Didagus episcopus arcis marmarice Sancti Jacobi apostoli conf. Alvetus hiis testes.

Deuxième ligne.

Comes Petrus . . . conf. Bernardus episcopus Palatine sedis . . . conf. Gundesteus hii testes.

Troisième ligne.

Comes Martinus Adfons conf. Scemenus episcopus Burgariensis sedis conf. Annaia hii testes.]

3493.

LITTERÆ SIMONIS COMITIS HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, QUIBUS NUNTIAT SE ABBATIAM SANCTI ARNULFI IN CASTELLO CRISPIACO MONASTERIO CLUNIACENSI CONCESSISSE.

(B. h. 48 [1].)

1076 (?), 1er novembre.

Venerando abbati Hugoni et omni congregationi Cluniacensis cenobii, Symon comes, vestrę sanctitatis servulus, salutem. Notum sit vestrę celsitudini, beatissime pater, me vos plus quam omnes homines in carne viventes in Deum diligere atque proficuum et honorem vestrum in quantum valeo querere. Concedo itaque vobis et omnibus successoribus vestris abbatiam Sancti Arnulfi, quę constructa est in castellum qui vocatur Crispi, ut omnino subjecta sit vobis, et ut ibi abbatem de vestris monachis eligatis, qui secundum Deum et secundum regulam Beati Benedicti illud monasterium regere possit. Volo ergo ut sciatis me fecisse cum consilio et cum voluntate meorum hominum scilicet majorum; necnon et regem hanc meo deprecatu firmasse cartulam, Philippo videlicet astante, et concedente Silvanectens pontifice Yvone. Testes Simon, dapifer Simonis comitis, Milo Orfanus. Factum in domo Sanctę Marię Pariensis [2], die festivitatis Omnium Sanctorum. † Signum Philippi regis.

3494.

CHARTA QUA ALBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN QUA ÆDIFICATA EST ECCLESIA IN HONORE SANCTÆ MARIÆ, ET SANCTI JACOBI, IN LOCO PONTIDA.

(C. 102.)

1076, 8 novembre.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septua-

[1] Imprimé par Mabillon, *Acta SS. Bened.*, sæc. VI, part. II, p. 372, et par Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. X, instr., col. 207 (avec la date de 1076). [Bréquigny a cité deux fois cette charte, à la date du 1er novembre 1076, d'après le *Gallia christ.*, et à la date du 1er novembre 1077, d'après Mabillon, *Table chronol. des diplômes*, t. II, p. 153 et 160. Mais, à l'article de l'évêque Yves, le *Gallia* propose de dater cet acte de 1078. T. X, c. 1394, en marge.]

[2] [Il faut sans doute lire *Parisiensis*, comme l'ont imprimé Mabillon et le *Gallia christiana*.]

gesimo sexto, octavo die mensis novenbris, indictione quinta decima, monasterio Sancti Petri de loco qui dicitur Cluniacus. Ego Albertus de loco Praxiate, filius quondam Ariprandi, qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, dono et offero ipsi venerabili monasterio petiam unam de terra aratoria pro anime mee meorumque parentum mercedem, in qua fabricata est ęcclesia ad honorem sanctę Dei genitricis et virginis Marię, et sancti Jacobi apostoli, et sanctorum confessorum Bassiani et Nicholai, ad monasterium faciendum, cum casis et massariciis, vineis, pratis, pascuis, silvis, castanetis, montibus, planis, juris mei, que habere visus sum in comitatu Bergamensi, in loco qui dicitur Pontida : et jam dicta petia de terra ubi monasterium inceptum est, jacet in loco qui dicitur in Ronco de Aldegarno, qui est in Sigina; et est ipsa petia terra aratoria, et habet juge una et perticas II et tabulas undecim : coeret ei a mane Alberti et Arnulfi et Bellonis seu Teudaldi de Besana, a meridie ipsius Alberti, a sero via, a montibus communis mea et de consortibus meis; et si ei alia sunt coerentia, et cum omnibus rebus sibi jure pertinentibus in eodem loco Pontida et in Ronco de Aldegarno vel in ejus territorio, una cum accessionibus et ingressibus seu cum inferioribus et superioribus earum rerum peromnia, sicut superius legitur, totum ab hac die et deinceps dono et offero jam dicto cenobio beatorum apostolorum Petri et Pauli, per presentem cartam, ad habendum et faciendum peromnia quicquid voluerint, vel cui ipsi dederint, sine omni mea et heredum meorum contradictione. Equidem spondeo atque promitto ego qui supra Albertus, una cum meis heredibus, hanc donationem, sicut superius legitur, ab omni homine defendere; quod si facere non potuerimus, vel si exinde aliquid subtrahere vel minuere quoquo modo, tunc omnes predictas res jam dicto monasterio vel cui ipse dederit in duplum restituamus, sicut pro tempore meliorata fuerit aut valuerit, in consimilibus locis. Hanc enim cartam donationis Erlembaldo, notario sacri palatii, tradidi et scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandam. Actum in loco Pontida feliciter. Signum Alberti, qui hanc cartam donationis fieri rogavit. S. Alberti,

IMPRIMERIE NATIONALE.

item Alberti, et Tedaldi, et Alberti, item Alberti, testium. S. Gisleberti, filius Ariprandi, qui ad confirmandum manum posuit. Ego Erlembaldus, notarius sacri palatii, scriptor hujus cartulę, post tradita complevi et dedi.

3495.

CHARTA QUA WILLELMUS, DUX AQUITANORUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM NOVUM PICTAVIS ET EI SIMUL IMMUNITATEM TRIBUIT.

(Bibl. nat. or. 132; B. h. 110, CXI [1].)

1076 (avant le 9 décembre).

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Wuillelmus, dux Aquitanorum seu Guasconum [2]. Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei ejusque in eisdem sibi famulantes beneficia oportuna largimur, pręmium nobis apud Dominum ęternę remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum tam pręsentium quam et futurorum sollertia, quia nos Hugonem [3] venerabilem abbatem ex monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli Cluniacensis, ubi eorum memoria digne recolitur, una cum congregatione ibidem Deo famulante, necnon successoribus eorum concedo monasterium quod facio ędificare juxta civitatis sedem Pictavis, cum ipsis constructuris quas ad pręsens licitum michi non est disserere; sed Dei auxilio gubernante, futuro adveniente temporis spatio, oportunę vel decenter concessurum me affirmo. Et cum expleverim omnia ita ut abbas et congregatio regulariter et honeste vivere possint, supradictus abbas Hugo regulariter secundum pręceptum Domini et sancti Benedicti abbatem ordinet cum monachorum katervis ob redemptionem animę meę et parentum meorum omniumque fidelium. Quapropter volumus et per hoc nostrę auctoritatis pręceptum decernimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate in ęcclesias aut loca vel agros seu

[1] Imprimé par Mabillon, *Annal. Bened.*, t. V, p. 633, *ex veteri membrana*, dans le *Spicilège*, t. III, p. 411, éd. in-fol., et dans le *Gall. christ.*, t. II, instrum., col. 354.

[2] [Guillaume VI, comte de Poitiers et huitième du nom, duc d'Aquitaine.]

[3] Il faut évidemment lire *Hugoni venerabili abbati*.

reliquas possessiones memorati monasterii, quas moderno tempore infra dictionem imperii nostri juste et rationabiliter possidet, vel quę deinceps in jure ipsius monasterii voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut paratas faciendas, vel mansiones aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem monasterii tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes distringendos, nec ulla redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat; vel ea quę supra commemorata sunt pęnitus exigere presumat, sed liceat memorati abbati suisque successoribus res prędicti monasterii sub emunitatis nostrę defensione quieto ordine possidere, et quicquid exinde fiscus sperare poterit tutum, nos pro ęterna remuneratione prefato monasterio concedimus, ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat perhennibus in augmentis. Hæc vero auctoritas emunitatis nostrę ut per diuturna tempora inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem, et ut a fidelibus sanctę Dei ęcclesie et nostris verius, cerciusque credatur et diligentius conservetur, manu propria firmavimus. Anno millesimo LXXVI, pręsidente domno Gregorio Romanę sedis papa, regnante Philippo rege Francorum[1]. Insuper ego W. dux, dono silvam ex campis de Traient usque ad Limuel; ex alia parte de Valent usque ad Uhisel; et in alio loco totam silvam de Boet, sicut eam aqua dividit, et ipsam aquam. Hanc ergo terram percalcaverunt milites : Willelmus Bastart, Wivianus de Mummorlun, Barduns de Beneun et ceteri quamplures; molendinos quoque cum stagno aquę, excepto decimam quę est Sancti Nicholaï, Espaut de Mustero, qui est ultra aquam super viam de Cursai[2].

S. W. ducis Aquitanorum, qui hoc privilegium jussit fieri. S. Joscelini, archiepiscopi Burdegalensis. S. Bosoni, episcopi Sanctonensis. S. Isemberti, episcopi Pictavensis. S. Aymerici, *vicecomitis*[3] Tuarcensis.

[1] [Ici s'arrête le texte dans Mabillon et dans le *Spicilège*. Voyez ci-après un complément de cette donation au 28 janvier 1077.]

[2] [Dans un large intervalle entre ce mot et les signatures il y a une croix qui paraît avoir été tracée par le duc d'Aquitaine.]

[3] Ce mot est écrit en interligne.

S. Savarici, fratris ejus. S. Radulfi. S. Isemberti [de] Castello Allionis. S. Gaufridi de Talniaco. S. Gelduini de Talniaco. S. Ugonis [de] Leziniaco. S. Ugonis de Surgeres. S. Willelmi *Bastart*. S. Petri de Brider. S. Wuidonis de Nevert. S. Normanni de Munt Revel. S. Arnaldi de Montoser[1].

(*Au dos :*) [Carta] Willelmi Aquitanorum ducis.

3496.

LITTERÆ GREGORII PAPE VII, AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, QUIBUS DECLARAT, JUXTA PETITIONEM EJUS ET WILLELMI, COMITIS PICTAVORUM, SUBMITTERE MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM NOVUM IN SUBURBIO PICTAVENSI AB EODEM WILLELMO CONSTRUCTUM.

(C. 41 ; D. 538[2].)

1076, 9 décembre. Gregorius, etc. Supernæ miserationis, etc. (*Bull. Clun.*, p. 20, col. 1.)

3497.

PRIVILEGIUM GREGORII PAPÆ VII, QUO MONASTERIUM GIGNIACENSE MONACHIS CLUNIACENSIBUS SUBMITTIT.

(C. 42.)

1076, 9 décembre. Gregorius, etc. Justa sanctæque religioni, etc. (*Bull. Clun.*, p. 20, col. 2.)

3498.

PRIVILEGIUM GREGORII PAPÆ VII, QUO OMNIA MONASTERIA, BONA ET PRIVILEGIA MONASTERIO CLUNIACENSI ANTEA CONCESSA CONFIRMAT.

(C. 43.)

1076, 9 décembre. Gregorius, etc. Supernæ miserationis, etc. (*Bull. Clun.*, p. 18, col. 2[3].)

[1] [B. *de Monte Orserio.*]

[2] L'original de cette bulle est au Musée britannique. Bull., p. 20, col. 2, dernière ligne *Gregorii VII*, C. ajoute *papæ*.

[3] Nous ne relèverons pas ici les fautes typographiques qu'on a laissé passer au Bullaire, mais seulement les variantes importantes. P. 18, col. 2, ligne 47, lisez :

3499.

CHARTA QUA PHILIPPUS, REX FRANCORUM, CLUNIACENSI MONASTERIO REDDIT ET CONCEDIT OMNE DONUM QUOD SIMON, DUDUM COMES, EI FECERAT, ID EST MEDANTAM, ETC.

(Bibl. nat. or. 130; B. h. 90; E. 161 [1].)

In [2] nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Philippus, rex Francorum, omne donum quod domnus Symon, dudum comes, modo Dei gratia effectus monacus [3], dedit ęcclesiæ Cluniacensi, quod malo consilio sibi abstuli, nunc reddo atque concedo sibi pro amore predicti Symonis et pro fraternitate loci, videlicet Medantam villam atque omnia ad eam pertinencia, scilicet prata, et culturas, et silvas, et totam cultam terram, atque illud totum, quod supradictus vir de eadem villa possidebat. Adhuc concedo atque reddo totam piscacionem cujusdam ville quę Glutton vocatur, et totam terram cum hospitibus, et triginta nunmorum libras de teloneo Medantensis castri [4], et feodum Arnulfi, qui fuit armiger Valterii comitis, et quadrugas tribus vicibus in uno quoque anno de Bovenvilla. Adhuc etiam concedo quoddam torcular, quod Warinus tribuit meus prepositus. Hujus concessionis sunt isti testes, videlicet Albericus de Cuciaco, Adam constabularius, Hugo de Pusiaco, Goisfredus de Calvomonte, Warnerus Silvanectensis, Paganus, frater comitis de Curbulleo, Albericus canonicus, Hubertus et Willelmus de Roseto, Hugo Methlindensis comes, Hugo Stavelus de Medanta. Hęc cartha Medantę est a rege Philippo firmata, videntibus 1076 (?).

« Masilias cum ecclesia, Clarimannum cum ecclesia, etc. » P. 19, col. 1, ligne 17, *Magatro*, lisez *Magabro;* ligne 51, lisez *Lurciacus, quam Frodmundus;* ligne 63, *Berolti*, lisez: *Berolli;* col. 2, ligne 2, *Sanctæ Mariæ de Aurate*, lisez : *Deaurate;* ligne 5, *Valle Javartensi*, lisez: *Savartensi;* ligne 29, *Agapicensi*, lisez : *Gappacensi;* ligne 32, *Montesium* lisez : *Montem Son.*

[1] Publié dans la *Bibliotheca Cluniacensis*, col. 527, d'après la copie de E.

[2] [Chrisme en tête de la charte.]

[3] Cette charte montre que Simon était déjà moine au monastère de Saint-Oyand.

[4] On a gratté ici quelques mots, où l'on peut lire : « Et damus unam ecclesiarum « castri, etc. » Les lignes suivantes ont subi aussi des corrections.

supradictis testibus. Hoc est sinnum † sua manu scriptum regis Philippi regnantis, in XVIII°[1] anno, ab incarnatione Domini M° LXX° VI°[2].

(*Au dos :*) Testamentum Philippi regis de dono quod Symon comes fecit loco Cluniensi.

3500.

CHARTA QUA ROTGERIUS COMES ET UXOR EJUS SICARDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN PAGO LORDACENSI[3], SCILICET ECCLESIAM, TERRASQUE, ETC.

(Bibl. nat. cop. 31-160; B. h. 85.)

1076. Postquam protoparens expulsus est de florigera paradisi sede, et missus est in exilium hujus erumpnosi seculi et cepit genus humanum crescere et multiplicari, ceperunt mores in pejus commutari. Hec et hujuscemodi perpendentes, ego Rogerius[4] comes et uxor mea Sicardis optulimus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo loco Cluniaco quodcumque habere visi sumus in pago Lordacensi, a ponte Pavalagno usque ad Stampam, per cartam firmissimam in manus domni Hugonis abbatis concessimus et donavimus, eo dumtaxat ut quamdiu vivimus in obedienciis[5] ad utilitatem prefati monasterii retinemus. Post obitum vero nostrum, in potestate predicti abbatis et suorum totum ipsum honorem remanere laudamus. Eumdem autem honorem multis notum est, quod ego comes Rotgerius Sicardi uxori mee per cartam desponsalem jam donaveram, quamvis dum vixero cum ea retinere decerneram. Post hec vero, inspirante Deo, in prefato honore ecclesiam opere pulcro construximus, et cum magno gaudio edificare fecimus, et sancto Cluniacensi monasterio stabilientes et firmantes ut debuimus, coram episcopis, domno scilicet Isarno, Tolosano, et Raimundo Ebbo,

[1] Ce nombre d'années du règne ne concorde pas avec le millésime, à moins de faire partir le commencement du règne du 23 mai 1059, date du couronnement. Peut-être faut-il lire 1077 ?

[2] [Le parchemin porte les incisions pratiquées pour un sceau plaqué qui a disparu.]

[3] Voyez au 25 janvier 1075, n° 3480. — Le titre de l'acte ci-joint porte que les biens donnés par Roger et sa femme sont situés *in valle Savartensi*.

[4] Ici B. met *Rotgerius*, et plus bas *Rogerius*, où l'original porte *Rotgerius*.

[5] [B. *in obedientia*.]

Lecturense, et quamplurimis nostris fidelibus, de sepedicto honore quecumque casalia, vineas et terras in circuitu ipsius ecclesie habere visi sumus, ipsi ecclesie et monacho ibi [Deo[1]] servienti donavimus et warpivimus; nominatim autem ista sunt : quecumque in villa Garanone habemus, et que in Pogio Sancti Petri, ubi Bernardus Sigefridus cum suis moratur, et que in villa Siliniaco[2] et villam que Pinus nominatur, et casale unum. Hec autem, ut diximus, donantes et warpientes, hanc cartam fieri jussimus et coram idoneis testibus supradictis manibus nostris adsignavimus et super altare posuimus, ut amodo in antea sicuti nos habuimus et jure hereditario possedimus, ita et ipsam ecclesiam[3] et monachus ejus servitor habeant, possideant atque jure vindicent et contineant. Si quis contra hanc donacionis cartam agere aliquid temtaverit et eam violare vel male ingenuare[4] voluerit, et antequam de hoc seculo exierit, non penituerit, et in omnibus dignissime satisfecerit, habeat sibi contrarium trinum et unicum[5] Deum, et omnes angelos et sanctos ejus, et cum in tremendo judicio ante tribunal Christi steterit, cum diabolo dampnatus, ad infernum descendat, et ibi cum Juda traditore, in sempiternum ardeat. Hec autem donacionis et werpicionis carta nunc et semper maneat in sua plenissima et firmissima firmitate. Acta sunt hec anno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi M° LXX° VI°, regnante rege Francorum Philippo, immo Salvatore nostro Domino Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. S. manus [domni] Rogerii comitis, qui hoc fieri rogavit. S. manu Sicardis, ejus conjugis, qui[6] hec fieri rogavit. S. manus Isarni, episcopi Tolose, [testis]. S. manus Raimundi Ebbo, Lecturensis episcopi, [testis].

[1] [Les mots entre crochets sont tirés de B.]

[2] B. *Lisiniaco*, sans doute pour *Lusiniaco*. Cf. n° 3480.

[3] [B. *ipsa ecclesia*.]

[4] B. *ingeniare*.

[5] B. *unum*.

[6] Lisez *que*.

3501.

CHARTA QUA URSIO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS CLANGEI ET BLANGES, IN EPISCOPATIBUS BELVACENSI ET PARISIACENSI.

(Bibl. nat. cop. 31-167; B. h. 235, CCXXXVII [1].)

1076. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Ursio miles dono Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, et sancto conventui ejusdem loci, de allodo meo quicquid habeo in villa Clangei, quæ est sita in episcopatu Belvacensi, terras, ædificia, servos, ancillas. Addo etiam ut quicquid de parte Sanctæ Mariæ in eadem villa ad censum teneo, ipsi habeant eodem redditu quo ego teneo, si impetrare potuero ab illis ad quos pertinet. Dono etiam supradictis senioribus quicquid habeo in villa Blanges, quæ est sita in episcopatu Parisiacensi. Et ne hanc donationem aliquis ulterius calumniare presumat, propria carta signari petii. Factum est hoc in capitulo Cluniacensi, anno Domini millesimo LXXVI°, indictione XIIII, abbate reverentissimo Hugone [2].

3502.

CHARTA QUA JOSCERANNUS ET FRATER EJUS IMARUS SERVOS MONASTERIO CLUNIACENSI DANT VEL WERPIUNT.

(B. h. 526, DXXIX [3].)

1076. Ego Jocerannus et frater meus Imarus donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum et senioribus ejusdem loci, servos quosdem, scilicet Hildemarum, Rotbertum, Durannum, fratres, cum omnibus infantibus eorum, et Durannum nepotem eorum,

[1] La copie du cartulaire renferme un préambule beaucoup plus étendu que celui de l'original : « Quemadmodum christiana « atque catholica indubitanter fides credit « ac tenet, ita pia Christi benignitas fide- « libus concedit et facit, ut ex rebus tran- « sitoriis, si tamen eis bene utantur, ęterna « beatitudo adquiratur, sicut scriptum est : « Divitiæ divitis redemptio animæ ejus ». « Quapropter ego Ursio miles, Dei gratia « conpunctus, meorum enormitatem pecca- « minum perpendens, dono, etc. »

[2] [B. ajoute *presente*.]

[3] Voyez ci-dessus n° 3437 (1070).

et vuerpimus quicquid in eis calumpniabamur et requirebamus post mortem avi nostri et patris nostri, a quibus se dono accepisse eosdem dicunt. Promittimus etiam Deo et supradictis senioribus, quod hanc donationem sicut modo absque contradictione facimus, ita liberam et quietam ab omnium hominum calumpnia faciemus. Quod totum facimus pro remedio animarum nostrarum et supradicti avi nostri et patris nostri. Et ne ulterius infrangi possit presens carta, manibus propriis eam firmamus. Actum in capitulo Cluniensi, anno Dominicę incarnationis Mº LXXº VIº, indictione XIIII, abbatis venerabilis Hugonis tempore. Testes sunt Wichardus de Cre, Joslenus de Cristuol, Bernardus de Mailei, Hugo de Jullei. Quod etiam si filius filii nostri Pagani annuere voluerit, scamium ei de aliis reddemus ut de istis adquiescat.

3503.

CHARTA QUA JOSFREDUS DE SANCTO NICETIO NOTUM FACIT SE SERVOS ET FAMILIAS MONACHIS CLUNIACENSIBUS WERPIVISSE ET EIS DECIMAM SANCTI NICETII DEDISSE.

(B. h. 614, DCXVII.)

Sciant omnes et sanctę Dei ecclesię fideles, quod Josfredus de Sancto Nicetio, filius Droconis, in manus [domni] Hugonis religiosis[s]imi abbatis, vuerpivit omnes servos et familias quos contra monachos Cluniacenses calumpniabatur, hos scilicet : Bernuinum ex nomine et omnes qui de eo exierunt, homines et feminas, et promisit quod eos legaliter defenderet contra omnes homines ad opus Sancti Petri et Cluniacensium fratrum. Vuerpivit etiam omnia, si qua habuerat ipse vel antecessores sui, in aliquibus eorum obedientiis, servitia vel consuetudinarias exactiones. Dedit etiam eisdem senioribus omnem decimam quę ad Sanctum Nicetium pertinet de suis terris. Predictus vero reverentissimus domnus abbas reddidit ei feudum quem antecessores illius de suis antecessoribus, scilicet Maiolo et sancto Odilone, tenuerunt, hoc interdicto, ut si quid inventum fuerit ad ipsum feum injuste addidisse et usurpasse, sine contradictione dimittat. Facta est hec donatio anno Domini millesimo septuagesimo VI, in cimiterio Cluniacensi, 1076.

IMPRIMERIE NATIONALE.

presente Oddone priore, Pontio, Sinebruno, Jarentone, Jozeranno, monachis; laicis vero presentibus, Lamberto Discalciato, Lietaldo de Ciceio, Dalmatio de Centum Arbenz, et aliis multis.

3504.

CHARTA QUA NOTUM EST OTTONEM DE BERZIACO, MILITEM, MOLENDINUM QUOD VOCATUR DE FIRMITATE MONACHIS CLUNIACENSIBUS DEDISSE, FRATREMQUE EJUS WIGONEM VERRULLUM, QUI CALUMPNIABAT HANC DONATIONEM, EAM CONFIRMAVISSE.

(B. h. 657, DCLX.)

1076, environ. Sacrosanctę Dei ęcclesię Cluniacensi, quę est constructa in honore beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, et est sita in episcopatu Matisconensi, ubi donnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus sub ejus regimine ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, dono ego Otto miles de Bertiaco, ipsi loco jam dicto, pro remedio animę meę, necnon pro omnibus parentibus meis vivis atque mortuis, nullo contradicente, concedo ipsi monasterio molendinum quod vocatur de Firmitate, cum omnibus quę ad ipsum molendinum pertinent, ut rectores Cluniacenses quicquid de eo facere voluerint, sine omni calumpnia, faciant. Si quis vero ex heredibus vel parentibus nostris elemosinę nostrę inferre aliquam calumniam voluerint, veniant super eum omnes maledictiones veteris ac novi Testamenti, nisi ad satisfactionem venerit. S. Ottonis, qui hanc donationem fecit et testes firmare rogavit. S. Artaldi de Bertiaco. S. Wigonis Verrulli, fratris sui. S. Widonis, comitis Matisconensis. S. Wichardi de Mitiaco. Post mortem autem supradicti militis, frater suus Wigo Verrullus, licet jam laudasset ipsum donum, tamen ilico calumpniam fratribus Cluniacensibus intulit, et usque in finem vitę suę calumniam inferre non destitit. In fine vero vitę suę recordatus quod injuste calumniam faciebat de ipso molendino, pro remedio animę suę donum quod frater suus fecerat bono animo laudavit, et filio suo Garulfo laudare fecit. S. Wigonis Verrulli. S. Garulfi filii sui. S. Hugonis, infantis, de Bertiaco.

3505.

CHARTA QUA GERALDUS DE LATUR MILES HABITUM MONACHICUM SUMENS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUARTAM PARTEM ECCLESIÆ SANCTI PARDULFI ET ALIAS RES [1].

(B. o. 86, LXXXIIII.)

Notum sit cunctis fidelibus sanctę Dei æcclesię catholicę, tam presentibus quam et futuris, quod ego Geraldus miles de castro quę vulgaliter nominatur de Latur, et est situs in valle qui vocatur Taleves, quę est in episcopatu Arvernensi; ideoque ego Geraldus supradictus recognosco et timeo judicium Dei supervenientis in me, et propter hoc dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et ad locum Cluniacensem, pro anima mea et anima patris mei et matris meę, et omnium propinquorum meorum, et maxime quia accipio habitum sacrę religionis in loco supradicto, in primis dono in loco jam dicto quartam partem in æcclesia Sancti Pardulfi et merchat de Turre, et campos et duos mansos in ipsa villa quę dicitur Maisnils, et medietatem in æcclesia de Mesces, et decem mansos in ipsa parrochia, et medietatem in æcclesia de Becia, et quattuor mansos juxta illam, et terciam partem de silvam; in villam quę dicitur Prad, unum mansum; in Monte Aolf, omne quod habeo; in Ancia medietatem; in Bosqued, II^os mansos; in Meganicias, II^os mansos; in Noalliac, I mansum; in villa Sotror, I mansum; in Ferrariolas, II^os mansos; in Perpresa, I mansum; et æcclesiam de Castres totam; in Pradas, I mansum; in Bladaned, alium; in Essamad, alium; in Orba villa, alium; in Cocioneria, alium, et villa de Bofau, et Issarz; in Chaldaria, totum; in Monte, I mansum, et villa quę vocetur (*sic*) Vasseria, et Ros Boiso; in Chalcidos, I mansum; in Baionese, alium; in Feleitosa, partem meam, et villa quę dicitur Sal; in Viaria, in Pered, IIII^or mansos, et æcclesia de Cingle, et IIII^or mansos in ipsum locum; in Collezia, II mansos; in Lada Petra, partem meam; in Estalz, I mansum; in Urschas, II mansos, et mansionem Gadannabe; 1076-1096.

[1] [Geraud, seigneur de la Tour, deuxième du nom. Cette charte a été publiée par Baluze, *Maison d'Auvergne*, t. II, p. 483.]

in Teulad, I mansum; in æcclesia de Plauziac, terciam partem; et de omni honore quod habemus inter me et fratres meos extra montes terciam partem. S. Giraldi, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Stephani clerici, fratris sui. S. Bertranni monachi, fratris sui. S. Durandi, episcopi Arvernensis. S. Rotberti, comitis Arvernensis. S. Alterii militis[1]. S. Geraldi, presbiteri, de Sancto Pardulfo. S. Bernardi, presbiteri, de Sancto Gallo. S. Bernardi de Parriniaco.

3506.

CHARTA QUA WILLELMUS, DUX AQUITANORUM, SUBJICIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MONASTERIUM QUOD STATUERAT CONSTRUENDUM PICTAVIS ET LIBERTATES DONAQUE MULTA EI CONCEDIT[2].

(Bibl. nat. or. 133; B. h. 111 et 111 *bis*, CXII et CXIII[3].)

1077, 28 janvier.

Divina pietas et misericordia multiplex ad consulendum, mortalibus dans formam ædificandi æterna et mansura de bonis temporalibus : « Facite, inquit, vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defe« ceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. » Quapropter ego Willelmus, dux Aquitanorum et comes Pictavorum, hæc attendens et Scripturæ dicentis : « Divitię viri redemptio animæ illius » recolens, ob enormitatem meorum facinorum, deliberavi et statui Pictavis in alodio meo construere monasterium ad servicium et honorem Domini Dei omnipotentis, et beatę Mariæ semper virginis, et beati Johannis evangelistę, sanctique Andreæ, atque apostolorum Symonis et Judæ, omniumque sanctorum, quatinus isti eorumdem meorum facinorum et patris ac matris, necnon cunctę meę parentelæ interventores et precatores existant, ut quod nostris non valemus meritis, eorum assequamur patrociniis; quodque, ut stabilius et firmius per succedentia tempora maneat, sub ordinatione et gubernatione domni Hugonis,

[1] [*De castro quod Turris dicitur*. Cf. *Cart. de Sauxillanges*, n° 859.]

[2] Voyez ci-devant les n[os] 3495 et 3496 (1076, 9 déc.). Cette charte confirme et augmente la donation primitive.

[3] Imprimé par Besly, *Hist. des comtes de Poitou*, p. 366, ex tabul. monasterii novi Pictavensis; et d'après lui dans le *Gall. christ. nov.*, t. II, instr., col. 351. Ce texte est beaucoup plus développé que le nôtre.

Cluniacensis abbatis, cunctorumque sui successorum pono ac trado, et dominio eorum per omnia subicio. Statuo autem ipsum monasterium liberum et francum et fundum in quo sedet, et trado ei villam ultra aquam sibi contiguam et stagnum sive piscariam cum molendinis et villam Agriciacum et burgum Sancti Saturnini cum tampnatoribus et villam Jamnuas et revestituram de Mostariolo, sicut determinata est, et revestituram de Ussello, sicut determinata est, et revestituram de Bouet, sicut determinata est, et villam de Bennaco, sicut eam habeo, cum casamentis militum, et quartam partem de Olorun, excepta turre et castro. Trado etiam ei Artigiastrimers[1]. Concedo etiam, laudo et auctorizo quicquid mei milites vel homines, in honore vel de honore meo dederint prædicto loco sive monasterio. Si quis vero regum, comitum, episcoporum, sacerdotum, clericorum, judicum ac secularium personarum, hanc nostræ traditionis et confirmationis cartam quoquo modo calumpniatus fuerit vel perturbaverit, nisi penituerit et emendando satisfecerit, iram omnipotentis Dei omniumque sanctorum incurrat, atque in æterno examine districtę ultioni cum Datan et Abiron et Juda traditore Domini subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia ęternæ pacis inveniant. Facta est quoque hæc carta descriptionis sive firmationis v kalendas februarii, anno ab incarnatione Domini M° LXX° VII°, indictione XV^a, regnante rege Francorum Philippo; pontificatum tenente domno Gregorio septimo papa, anno autem pontificatus ejus quarto. S. Wilelmi comitis, qui hoc donum fecit. S. Oddonis, abbatis Sancti Johannis. S. Ugonis de Lisigniaco. S. Borelli[2]. S. Girberti[3] de Sancto Johanne.

(*Au dos :*) Carta Willelmi comitis Pictavensis.

[1] [Le texte de Besly porte : *Ortigiam extremam.*] Il y a ici un blanc d'environ deux lignes dans l'original. Le rédacteur du cartulaire a divisé cette pièce en deux, plaçant ce qui suit sous un autre numéro avec ce titre : « Auctoritas eidem monasterio contradita. » La première partie porte pour titre : « Fundatio monasterii « Novi Pictavis et libertas ei concessa a « Wilelmo comite. »

[2] [Besly ajoute : *de Mosteriolo.*]

[3] [Besly : *Guiberto.*]

3507.

CHARTA QUA TARASIA COMITISSA CONFIRMAT MONASTERIO CLUNIACENSI DONATIONEM ECCLESIÆ SANCTORUM ZOYLI ET FELICIS QUAM ANTEA FECERAT[1].

(Bibl. nat. cop. 283-69; C. 108.)

1077, 29 janvier.

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, quem jam venisse credimus pro salute omnis perditi [hominis[2]], et iterum expectamus venturum ad judicandum mundum. [Qua de causa] audiant presentes et futuri seriem hujus descriptionis, congruum quippe est et acceptum Deo omnipotenti, ut quamdiu in corpore sumus et a Domino peregrinamur, aliquit operemur pro remedium anime nostre et leti expectemus vitam inmortalem; deficiente corpore, reminisci debemus psalmitte dicentis : « quoniam vanitas est omnis omo vivens »[3], certi que vanitas major esse potest quam vivere cum labore et suo creatori in presenti non obedire, et postea ad inferni claustra descendere? Est etiam alia condicio inter divites et pauperes constituta, quoniam pauperes in sua paupertate deficiunt; de divitibus scriptum est « quia thesaurisant et « ignorant cui congregant ea[4]; » et iterum audivimus : « quia potentes « potenter tormenta patiuntur[5]; » propterea ego Tarasia comitissa, uxor comitis Gomiz Didaz, cum filiis pariter et filiabus meis, quorum nomina sunt Fredinandus et Pelagius adque Garsias; nomina autem filiarum : Maria, Sancia, Erloncia et Gelvira[6], timens damnationem meam, cum omnibus his, facere decrevi hoc quod sequitur. Quoddam monasterium tenebamus jure ereditario in honore sancte Trinitatis et sancti Johannis Babtistę consecratum, et corporibus sanctorum martirum Cordobensium decoratum Zoyli atque Felicis, constructum

[1] Voyez ci-dessus, n° 3492. On lit en marge de cet acte dans le cartulaire : « De « sancto Zoylo prope Carrionem. » Voyez ce dernier mot dans la table des monastères dépendants de l'abbaye, *Biblioth. Cluniacensis*, c. 1746.

[2] [Les mots entre crochets sont tirés de C.]

[3] [*Psalm.* XXXVIII, 6.]

[4] [*Ibidem*, 7.]

[5] [*Sap.*, VI, 7.]

[6] [C. *Gelvira.*]

juxta urbem Sancte Marie que dicitur Carrionensis, fundatum antiquitus juxta ripam ejusdem fluminis, ad ingressum vel exitum pontis[1] quem comes supradictus, Gomiz Didaz, vir meus, hedificavit adhuc vivens, ex maxima parte, et ego cum ipsis filiis meis post obitum ejus quo minus fuerat complevi. Nos ergo positi in Hispania audivimus famam loci Cluniacensis et domni Hugonis abbatis et sancti (*sic*) illius congregationis, qualiter constituti[2], in Dei servitio sub disciplina regulari vivunt et ad celestia sine tedio tendunt; propterea ego jamdicta [comitissa] Tarasia, cum filiis meis et filiabus prenominatis, concedimus monasterium suprascriptum Sancti Johannis cum omni integritate sua et quantum ad ipsum locum pertinet: hoc est monasterium cum villis suis et cum suis antiquioribus terminis, scilicet montes et colles, silvas, pratis, pascuis atque paludibus, terras, et vineas cultas et incultas, ortos, piscarias[3], molendinos, aquas, fontes, rivulos cum suis reductilibus, aquis aquarumque[4] introitus et exitus, et sicut tenemus, ita de nostro jure tollimus et [exinde] cartam testamenti facimus et tradimus sacro altario[5] beatorum apostolorum Petri et Pauli loci Cluniacensis; ita ut nullus ex nobis vel aliquis ex nostra progenie ibi partem aut rationem habeat vel requirat. Hoc vero tantummodo volumus, ut ego Tarasia et filii mei et ceteri parentes nostri, tam presentes quam futuri, qui Deum diligunt atque dilexerint, ipsum locum et servos Dei ibi degentes pro remedio animarum nostrarum pre omnibus hominibus protegamus et defendamus ab omnibus malis hominibus, et semper in quantum potuerimus eis bene faciamus. Adhuc etiam ad[d]imus huic descriptioni, quod si aliquando evenerit, (quod, disponenti Domino, semper absit!) ut moriantur fratres in illa terra, vel si ita fortuitus defecerint, ut non sit aliquis frater de domo Cluniacensi qui locum ipsum teneat, parentes nostri pro remedio animarum [nostrarum et] suarum, non per usurpationem, set per sanctorum apostolorum hobedientiam, tandiu locum ipsum

[1] C. *portę*.

[2] Cop. d'orig., *constanti*. Nous conservons le texte de C. lorsqu'il est meilleur.

[3] Cop. d'orig., *pascarias*.

[4] Ibid. *corumcumque*.

[5] C. *sacrosancto cenobio*.

tueantur et custodiant, donec videant aliquos fratres ex illa Cluniacensi congregatione, quibus sine aliqua contradictione reddant ipsum locum cum omni sua integritate. Si autem aliquando ex nostra progenie surrexerit aliquis et inspirante diabolo servis Dei in ipso monasterio commorantibus aliqua mala consuetudine inmittere temtaverit, ne alii subsequentes malum exemplum capiant ab illo, radicitus amputetur ab omni progenie nostra hujus deffensionis occasio; et ita damus istum locum ut non intret ibi salo[1], pro omicidio neque fosaria, neque pro anuba, neque pro castellaria, neque pro ulla causa [aut] angaria regis; ita damus sacro altario suprascripto et tibi, domne Hugo abbas, et fratribus Deo servientibus ibidem, ut et nos viventis mereamur longevam salutem cum remedio animarum nostrarum, et requiem sempiternam parentes nostri possideant. Vos autem exhortamur, ut ab hodierna die et deinceps istum locum jure hereditario possideatis et habeatis licentiam de illo facere quecumque facere volueritis; quod si aliquis ex nostris aut de extraneis, seductus mala cupiditate, in aliquo tempore, hoc testamentum destruere voluerit, et hanc donationem irritam facere, pereat cum illis qui Dominum glorie crucifixerunt in eterne damnatione, et pro damno temporali c auri libras fisco persolvat, et quod facere ausus est, nullo modo valeat [perficere], et testamentum presens roboretur in secula. Facta series hujus scripture IIII kalendas februarias, era c^a xv^a post millesima, regnante rege Adifonso in civitate Legionensi et usque ad montes Pirineos[2], presidente Pelagio episcopo in eadem civitate, et Bernardo presule, in Palentia; et domno Symeon in Burgos. Ego Tarasia, comitissa, una cum filiis et filiabus meis jam supradictis hanc cartam testamenti, postquam fieri jussimus et legere audivimus, manibus nostris signantes roboravimus [*Trois monogrammes*]. Domnus Gundisalvus, comes, confirmavit. Domnus Martinus, comes, confirmavit. Domnus Fredinandus Veremudis, comes, confirmavit. Gudesto Guttierres confirmavit. Alvito Ramudiz confirmavit. Hi sunt testes : Johannes testis, Veremudo testis, Garsias testis; Arnulfus[3] scripsit [at]que subscripsit.

[1] [C. *saio.*] — [2] La cop. d'orig. porte, à tort, *Primeos.* — [3] C. *Ariulfus.*

(*Au dos :*) Preceptum Tarasie comitisse et filiorum ejus hac filiarum de monasterio sanctorum martirum Zoili et Felicis, quod est constructum prope civitatem Scarrionis, quod Cluniaco donaverunt 4° calendarum februarii era 1119.

3508.

PRÆCEPTUM ADEFONSI, REGIS LEGIONENSIS (POSTEA HISPANIARUM), QUO DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MONASTERIUM SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ QUOD VOCATUR AD HEREMITAS.

(Bibl. nat. or. 134; cop. 283-67; C. 112.)

In nomine Patris, et Filii videlicet et Spiritu Sancti, uni Deo in Trinitate conregnanti per numquam finienda secula seculorum. Amen. Ego Adefonsus, serenissimus princeps, una cum consensu sorores mihi Urraka et Gelvira[1], prolis magni ac gloriosi inperatoris Fredenandi, Deo inspirante, elegi parvum abitaculum pro remedium anime mee ad onorem sanctorum Petri et Pauli et monasterium Cluniaccensis et sancti Benedicti, cujus ordinem volo et confirmo ic permansurum, et aliorum patrocinii beati Jacobi apostoli et frater ejus Johannes, Petri et Pauli, Martini æpiscopi vel ceteri, cujus reliquie ibidem recondite sunt, in locum quod vocitant Eremitas, sub Alpe Cerratos, procul amne Durio, territorio Kastella, regio Legionense, et emi eum de Simeon, æpiscopus Aucense, in alium monasterium Sancto Petro de Campo. Modo concedo eum per manus Uconi, abba, ad ipse frater ejus Renierius, abba, qui eum postulavit vel qui post eum fuerit, cum fratribus suis, ut teneant ibi ordinem et consuetudinem, sicut tenent Cluniaccensis et officium, tam in mea vita quam postea in perpetuum, et nullus omo super eos potestatem abeat, nisi solus abba Cluniaccensis, causam corrigendi et meliorandi, et ego regem ad defensionem. Do et concedo eum per suis terminis antiquis et adjuntionibus[2], ornamentum ecclesie, et cum omnia bona sua vel quo postea ibi Dominus dederit, ut in perpetuum stavilitatem abeat. Et si rex vel potestas, tam de jens mea quam de extraneis vel qualibe generis omo hunc nos- 1077, 22 mai.

[1] C. *Jelvire*, Elvire. — [2] Cop. d'orig., *limitationibus*.

trum factum rumpere vel confringere voluerit, in primis pro temporali damno conponat ipsum locum in triplo et ad liminibus sancte Dei ecclesia extraneus abeatur, et cum Judas traditor, in perpetuum damnetur nisi cicius correxerit. In era I[a] [1] CXV et que dies XI[m] kal. junii.

Ego[2] Adefonsus in hanc testamenti vel donationis sancte regule manu propria roboravi (*Monogramme*). Urraka, prolis Fredenandi principis confirmavit (*Monogramme*). Ausiliante Deo Bernarnardo (*sic*), æpiscopo Palentine sedis, subscripsit. Cum virtute Dei Simeon, Aucense sedis æpiscopus, confirmo (*Monogramme*).

[3] Agnes regina, una cum viro meo, manu propria confirmavi. Gelvira de Fredenande regem filiam testamentum istum conf. (*Monogramme*[4]). Abbas Julianus de sciterio[5] sancti Facundi et Primitivi, conf. Vincentius abba de Sancto Petro de Aslanza, conf. Sesebaldus de Karidigna et similiter abba, manu mea conf.

[6] Comes Gundesalvo Salvatoriz. Alvaro Gundesalviz. Item comes Munnio Gundesalviz. Riderico Didaz. Frenando Petriz. Garsea Muninz. Petro Maurielliz major dommo. Han Hanniz. Rudricu Gunsalviz. Rudrico Ordonniz. Didacu Gutierriz et frater suo Petro. Petro testis. Martino testis. Johanne testis. Fredenando Flaveniz, armiger regis, conf.[7].

[8] Et ego Renierio[9], indigni abba, una cum fratribus, hoc quod mihci Dominus dedit vel dederit, et corpus et anima in subjectionem[10] beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini mei abba Ugoni trado et confirmo, et manu propria rovorem feci more Spaniarum (*Monogramme*).

(*Au dos :*) Preceptum Aldefonsi, regis Hispaniarum[11], de monasterio Sancti Johannis Babtiste, qui vocatur ad Heremitas.

[1] Cop. d'orig., M[a].
[2] Première colonne.
[3] Deuxième colonne.
[4] Ce monogramme porte *Geloira.*
[5] Lisez *de arcisterio* pour *asceterio.*
[6] Troisième colonne.
[7] Cette souscription forme une ligne à part, au-dessous des autres.
[8] Quatrième colonne.
[9] Cette souscription est autographe.
[10] Cop. d'orig., *sublectationem.*
[11] Alphonse VI, roi de Léon, Castille, etc

3509.

PRÆCEPTUM ADEFONSI, REGIS LEGIONENSIS, QUO DUPLICAT MONASTERIO CLUNIACENSI CENSUM QUEM PATER SUUS EIDEM MONASTERIO SOLITUS ERAT DARE[1].

(Bibl. nat. or. 135; cop. 283-73[2]; C. 106[3].)

1077, 10 juillet.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Patris et Filii et Spiritus Sancti cui laudes et gratiarum actiones persolvimus, qui est ubique laudabilis, ubique mirabilis, cui omnes precones jubilant laudem et super omnia gloriosus extat in unitate trinitatis per numquam finienda semper secula seculorum, et cum Patre et Filio et Spiritu Sancto unum possident nomen, quem cerubin et seraphin conlaudant, quem angeli et archangeli adorant, troni et dominationes concelebrant, principatus et potestates exultant, quem viginti et quatuor seniores ter sanctificant et murmure undarum sua voce conlaudant et cuncti sancti ejus ipsum benedicunt et est benedictus in secula. Amen. Ego Adefonsus, gratia Dei rex Leonum, licet indignus, Dei famulus, mole peccatorum depressus, in spe fidutiaque sanctorum non usquequaque disperatione dejectus, set etiam reatu[m] meorum criminum expavesco, ut per sanctos Dei inveniri merear remissionem peccatorum meorum; per sanctam clementiam suam sic fiat, amen. Et ideo extitit in devotione mea, ut aliquantulum de proprietate mea dedissem et concedissem monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in loco Cluniacensi et Ugoni abbati necnon cuncte congregationi sue, videlicet censum quem pater meus illo sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, in diebus vite mee, annuente Deo, duplicatum dabo. Hunc autem censum do et concedo in loco baselice Cluniacensi et Ugoni, abbati, cunctisque fratribus suis, qui vitam sanctam perseverantes, pie et sancte ordinem Sancti Benedicti tenuerint, pro remedio anime mee et pro anima patris mei

[1] Voyez ci-dessus, n° 3441, 1070 environ.

[2] Cette copie diffère en beaucoup d'endroits de l'original qui est aujourd'hui à la Bibl. nat., ce qui semble indiquer qu'elle a été prise sur un autre original.

[3] Cet acte a été imprimé sur la copie défectueuse de C., par Martène, *Thes.*, I, 208.

regis Fridenandi, et pro anima matris mee Sanctie regine, et pro animabus parentum meorum, qui post me venturi sunt, ut habeant vitam et requiem sine fine. Scio illum vere censum, quod pater meus solitus erat dare, causa vestimentorum tribuisse, set hoc quod domnus Robertus die hac nocte mici addere suasit, propter triticum ut venundetur, mando et amoneo, quatinus illa sanctissima congregatio vitam suam sufultire valeat. Et hoc proibeo, ut non mittatur in alio loco nisi in comparatione tritici, sicut supradictum est. Istam kartulam donationis fatio et confirmo et non pretermito de ipso censo ad aliquem hominem aliquid auferre presumat pro nullo reatu. Et si quis ex meo genere, qui post me venturus sit, quod minime credi potest, hunc votum mei testamenti infringere voluerit et qualiscumque fuerit, qui hoc regimen post me gubernaverit et si hunc censum ita duplicatum persolvere non quesierit[1], sicut supra dictum est, in primis suis a fronte careat lucernis, igne cremetur ardente, cum opibus suis et cum Christi proditore permaneat cruciatus. Hoc testamentum[2] scripturę permaneat firmissimo robore hac perpetua firmitate. Facta cartula testamenti VI^to^ idus julii, era M^a^ C^a^ XV; regnante rege Andefonso[3] in Legione et in Kastella et in Pampillone. Petro Asuriz[4], comes confirmavit. Didago Asuriz, comes, confirmavit. Gondisalvo Salvaltoriz, comes, confirmavit. Monin Gonsalviz, comes, confirmavit. Sanctio Ordoniz, comes, confirmavit. Pellagius[5], episcopus in Sancta Maria, hic confirmavit. Petrus, episcopus Astoricense, hic confirmavit. Bernardus episcopus, hic confirmavit[6]. Fridenandus, abbas, confirmavit. Julianus, abbas, confirmavit. Ramirus, abbas, confirmavit. Ego Aldefonsus, rex, uhic serie testamenti signum injexi et propria manu mea roboravi[7].

(*Au dos :*) Preceptum Aldefonsi, regis Hyspaniarum, de censu

[1] Cop. d'orig., *consensierit*.

[2] Cop. d'orig. ajoute *scriptum*.

[3] C. *Aldefonso*.

[4] La lecture serait douteuse si C. ne portait aussi *Asuriz*. Ce mot commence la première colonne des souscriptions.

[5] Deuxième colonne.

[6] Troisième colonne.

[7] Toutes les signatures qui précèdent sont accompagnées d'une croix ou d'un seing en forme d'étoile.

quem pater suus dedit sanctis apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniensem, et quem ipse rex Aldefonsus tempore suo duplicavit.

3510.

CHARTA QUA WIDO DE TILLIACO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM HEREDITATIS SUÆ JUXTA VILLAM PRISCIACUM.

(Bibl. nat. cop. 31-207; B. h. 437, CCCCXL.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Volumus et rogamus ut sciant omnes christiani fideles, presentes et futuri, de ista donatione quam facimus Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et Hugoni religiosissimo abbati, ad opus Cluniacensium seniorum. Ego namque Wido miles de Tilliaco[1], divina inspiratione cumpunctus, per ammonicionem divine Scripture dicentis : « Sicut aqua extinguit ignem, ita « elemosina extinguit peccatum »; dono ad supradictum locum, de mea hereditate, quandam terram in episcopatu Augustodunensi, juxta villam Prisciacum : terminat a pratis usque ad silvam inter duos fontes. Et de alia terra juxta eundem locum, duas condaminas; item duo prata et duas vineas sub castro Tilliaco. In silva[2] accipiant seniores cum indominicata familia ad quodcumque sibi edificare voluerint et ad quodcunque opus habuerint, et pascua ad porcos suos et apes. Alii autem villani, qui in eadem terra sub potestate eorum habitabunt, habeant silvam ad edificandum et ad quecumque opus habuerint, preter pascua porcorum. Hanc donationem facio annuente uxore mea Adela et filio meo Waltero. Testes etiam intersunt milites mei Willelmus de Tilliaco et Hugo. Factum est in capitulo Cluniacensi, anno Domini millesimo LXX° VII°. 1077.

[1] Thil en Auxois, près de Pressy-sous-Dondin, lieu d'origine de la noble famille de Thil. — [2] [B. ajoute *libere*.]

3511.

LITTERÆ THEOBALDI EPISCOPI SUESSIONENSIS « QUIBUS, AD PETITIONEM THEOBALDI, COMITIS TRECENSIS PALATINI, FUNDATORIS ECCLESIÆ CONSIACENSIS, DEDIT EIDEM ECCLESIÆ PRIORATUM DE BAINSONIO, QUEM PRIUS CANONICIS ECCLESIÆ SUÆ DEDERAT, EA LEGE UT XX SOLIDOS ANNUOS CANONICIS SUESSIONENSIBUS PERSOLVAT. »

1077. (Notice tirée de la *Collect. de Bourgogne*, t. LXXXVI, pièce 65[1].)

3512.

CHARTA QUA HUGO STEPHANI, PRESBYTER, DAT CLUNIACENSI CŒNOBIO ET MONASTERIO MOISSIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI IN LOCO SERMUR, SUPER FLUVIUM BIAURI IN EPISCOPATU RUTHENENSI.

1077. Noverint omnes, etc., quod ego in Dei nomine dictus Hugo Stephani, presbyter, etc. (D. Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr., c. 295, *ex cartul. Moisiac.*[2].)

3513.

CHARTA QUA ISARNUS, EPISCOPUS TOLOSANUS, CANONICOS IN TOLOSANA ECCLESIA SANCTI STEPHANI INSTITUIT, PRÆSENTE HUGONE, ABBATE CLUNIACENSI.

1077, environ. Omne quod secundum carnem cogitatur, etc. (Catel, *Mémoires de Languedoc*, p. 869 et suiv.; *Gallia Sammarth.*, t. I, p. 678; *Gallia nova*, t. XIII, instr. c. 7; D. Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr., c. 292, *ex archiv. Moisiac.*)

3514.

CHARTA QUA ISARNUS, TOLOSANUS EPISCOPUS, TRADIT TOLOSANAM ECCLESIAM BEATÆ MARIÆ MONASTERIO CLUNIACENSI, UT MONASTICUS ORDO IBI MANEAT; LOCUM AUTEM IPSUM LIBERUM ESSE CONCEDIT, EXCEPTO CENSU ANNUO ET JUDÆI SERVITIO[3].

1077. Postquam Dominus noster Jesus Christus alta pietate misertus est

[1] L'original de cette pièce, datée de 1077, était aux archives du prieuré de Coincy. Imp. dans le *Gallia*, X, inst. c. 99.

[2] [Le texte porte M L XXXVII, mais il faut certainement lire 1077, comme dans la charte de la vicomtesse de Narbonne, ci-après indiquée.]

[3] Donation de la même église nommée

generi humano, etc. (Catel, *Mémoires de Languedoc*[1], p. 871; *Antiquité de Notre-Dame-de-la-Daurade*, p. 113; *Gallia Sammarth.*, t. I, p. 680, et *Gallia nova*, t. XIII, instr. c. 9.)

3515.

CHARTA QUA GAUSFREDUS, DUX ET PRINCEPS AQUITANORUM, NOTUM FACIT SE VILLAM GARRIGAM MONASTERIO NOVO PICTAVENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. or. 124; C. 131.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, quod ego Gauzfredus, Dei gratia dux et princeps Aquitanorum[2], dono Domino Deo et Sanctę Mariæ Dei genitrici et virgini, sanctoque Johanni euvangelistæ ad Novum Monasterium, quod a me in honore ipsorum constructum est in Pictavensi suburbio, talem villam quę vocatur Garriga, cum omnibus suis appendiciis, sola decima et sepultura excepta, quę pendet ad Ingeriacense monasterium Sancti Johannis Baptistæ; alias ad eandem villam pertinuit et pertinet, quicquid est vel arabilis terrę, vel vinearum, vel silvarum, vel pratorum : infra hos terminos, quibus ab una parte cingitur cum terra Sancti Johannis Baptistæ, ab alia parte cum terra de Lolaio, a tercio latere cum terra de Veza. Sane, ut premissum est, quicquid tenetur infra hos terminos hoc totum dono solidum et quietum ad prefatum monasterium, ut monachi, qui ibidem Deo sunt servituri, perpetuo jure habeant et possideant; preterea eadem conditione dono unum mansum in loco qui dicitur Petescus, iterum cum omnibus suis appendiciis et maxime cum pratis et silvis; item eadem conditione dono burgum de Lolaio, sicut fossa clauditur, sola æcclesia excepta. Dono, inquam, eo tenore, ut nullus mortalium quicquam ibi potestatis habeat, preter soli monachi. Si quis autem hanc donationem meam temerario ausu infringere temp- 1077, environ

plus tard N.-D.-de-la-Daurade, fut faite la même année aux abbayes de Cluny et de Moissac par Foy, vicomtesse de Narbonne, qui la possédait en propre : «cujus «alodium erat locus ipse». D. Vaissète, Ed. Privat, t. V, c. 633 et 634.

[1] [Ce texte présente des lacunes.]

[2] [Gui-Geoffroi ou Guillaume VI.]

taverit, convictus de injusticia, III libras ad fiscum comitis omnino persolvat.

(*Au dos:*) Donatio comitis Willelmi de villa Garriga ad Novum Monasterium.

3516.

CHARTA QUA [HUGO], DUX BURGUNDIÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI POTESTATEM DE MONTELIO.

(B. h. 565, DLXVIII; D. 42 [1].)

1078 (avant). Omnis humana vita semper in decursu est, et cotidie ad proclivia labitur, tam in progressu dierum, qui semper accedendo minuuntur, quam in peccatorum delapsu, quę volentes nolentesve nos semper infestant. Ad mitigandam tantam miseriam, oportet nos aliquid medelę, dum vacat, nobis adhibere. Quod ego Oddo [2], dux Burgundie, considerans, salubre judicavi pro semper permanentibus transeuntia mutuare. Idcirco dono Deo et Sancto Petro Cluniacensique cenobio potestatem juris mei, quę vocatur Montelie [3], et omnia quę ad illam pertinent, pro peccatorum meorum redemptione, et pro genitorum meorum venia culparum, et ut participes fiant omnium bonorum quę fiunt in illo loco et in ceteris locis ad ipsum pertinentibus. Hujus autem donationis laudatores et testes sunt : in primis Sybilla, uxor mea, cui eandem villam in dotalitio dederam, et Heynricus, frater meus [4], et comes Wilelmus, genitor jam dicte uxoris meę; Raynerius seschaldus; Unbertus de Fonvenz; Hugo, vicecomes de Belna, et Rainardus, frater ejus, et Seguinus de Belna; Lithaldus de Ruelea; Landricus de Lanfreicurte, et alii multi de familia mea. Hęc autem potestas sive

[1] Publié par Guichenon (*Bibl. Sebus.*, p. 107), d'après D.

[2] [Lisez *Hugo*. Le nom *Oddo* doit être une erreur; il ressort des termes de l'acte qu'il s'agit de Hugues I[er], mari de Sibylle, fille de Guillaume I[er], comte de Nevers et frère de Henri. Guichenon a imprimé *Hugo*. D. ne porte pas le nom du duc. Cette charte est antérieure à 1078, date de la mort de Sibylle et de l'entrée de Hugues I[er] à Cluny, où il se fit moine.]

[3] En marge : *De Montelerio* (Monthélie).

[4] [Henri, petit-fils de Robert le Vieux, qui fut la souche des rois de Portugal.]

villa in pago Eduensi est sita. Et hoc donum factum est tempore Aganonis, Augustudunensis episcopi.

3517.

CHARTA QUA ROTROCUS, CASTRI MAURITANIÆ COMES, BONA A PATRE SUO GAUFRIDO MONASTERIO SANCTI DIONYSII APUD CASTRUM NOGIOMUM COLLATA CONFIRMAT ET AMPLIFICAT.

(Bibl. nat. cop. 32-1 [1].)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, qui est trinus in nomine et unus in numero. Conditor mirabilis rerum, cum sit omnium dominus, nullaque nisi ab eo pro meritis subjectorum potestas hominibus in hoc salo sit concessa, potentes hujus seculi bonis operibus insistentes a se non abicit, sed uti apostolus ait, « personarum acceptor non est, verum in omni gente qui timet eum « et operatur justitiam acceptus est illi [2] ». Quapropter in hujus mundi pelago homines caducis operum honoribus admodum affluentes, quique nolunt vivere secundum illud apostoli dictum, « tanquam nichil ha« bentes et omnia possidentes [3], » sed easdem opes a Deo sibi concessas male utendo abutuntur, suorumque peccaminum mole graviter deprimuntur, aliquando quidem resipiscentes, divine propitiationis advocata clementia, sedula mente ad eum redire debent, qui mortem non desiderat peccatorum, verum ad se redeuntium culpam non solum misericorditer astergit, sed etiam sua inolite misericordia oblivionis velamine obtegit. Quia vero peccatoribus tante vires non subpetunt, ut absque sanctorum suffragio mereantur adipisci suorum veniam delictorum, gloriosorum patrocinia martyrum ceterorumque sanctorum incessanter opus est implorare, quatinus eorum meritis Deum

1078, 11 janvier.

[1] Imprimé par Gilles Bry, s[r] de la Clergerie, *Hist. des pays et comté du Perche et duché d'Alençon*, p. 147, mais avec des différences considérables. Voyez du reste, sous la date de 1031, n° 2858, ci-dessus, l'acte de fondation de Saint-Denis de Nogent, par Geoffroi, vicomte de Châteaudun, père de Rotrou. Notre acte reproduit presque en entier celui de 1031, mais avec quelques modifications.

[2] [*Actus apostolorum*, X, 34-35.]

[3] [*B. Pauli ad Corinthios*, VI, 10.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

placatum habeant, atque ad eterna mereantur pertingere gaudia seculorum metis nescia. Itaque ego Rotrocus, militari balteo accinctus atque castri Mauritanie comes, eque Dunensis castri[1] vicecomes, notum volo esse omnibus ortodoxe fidei cultoribus, quoniam pater meus, comes videlicet Gaufridus atque vicecomes, tam superbi sanguinis nobilitate, quam mundanarum rerum famosissimus, pro parentum suorum suaque salute, necnon pro suarum sobolum incolumitate, inter Joginie fluvium castrumque Nogiomi, quod situm est in Pertico, in honore pretiosi martiris Dionisii sotiorumque ejus magnifico opere basilice jecit fundamenta. Cujus operis partem peregit non exiguam prefatumque martyrem suis rebus pro tempore honoravit, pollicens post operis expletionem ipsius basilice multo majora dare, ut monachorum ordo ibi militaturus, propulsa omni inedia, pro suo omniumque salute perdia pernoxque cum omni tranquillitate preces Deo fundat. Interea ergo improvisa mors in Carnotina urbe eum ab ecclesia Matris Domini redeuntem atque suorum militum longo ordine circumdatum furtivis anticipavit gladiis, imperfecto opere basilice quam ceperat. Ego vero satis adhuc juvenculus, heres pro eo constitutus, cum inter hujus pelagi procellas multa pertulissem pericula, tandem superne pietatis intuitu, data quiete et otio, ab abbate Landrico, qui tunc cenobii Sancti Petri Carnotensis gubernacula strenue regebat, de suis monachis duos vel tres ut eligeret petii, qui loco a patre meo cepto autentico ritu deservirent. Nam monachos memorati cenobii vivens in corpore plus omnibus aliis pater meus dilexerat. Missi itaque monachi, ut rogaveram, partem rerum illarum quam pater meus ecclesie donaverat, usibus monachorum tradere decrevi, partemque ad peragendum basilice opus amministrari jussit. Expleto cum Dei adjutorio opere, anteque obirem tota intentione totisque nisibus quesivi ut dedicaretur prefata basilica. Accersito denique Gaufrido, Carnotensi episcopo, atque Arnaldo, Cenomannensium presule, necnon Gauscelino Sancti Carileffi abbate, una cum clericorum monachorumque multi-

[1] [Bry, *Castridunensium*.]

moda serie atque innumerosa plebe, XVIII° kalendas januarii, cum magno tripudio celebratur, octoque[1] altaria sacrantur in ea[2]. Tunc inter missarum sacrarum sollempnia coram episcopis omnique plebe, una cum consensu filiorum meorum, videlicet Gaufridi, Hu[gonis], Rotroci, Fulcoisi, Elviseque filie, atque obtimatum meorum, de omnibus rebus quas pater meus vivens ecclesie contulit vel ab aliis hominibus dari concessit, donum super beati Dionisii altare principale posui. Deinde ex mei juris rebus, quas ad opus hoc aliunde emeram, prout potui competenter patris dona auxi : imprecans Ananie et Saphire mortem Judeque proditoris penam omnibus qui diabolica suasione de rebus datis vel concessis ecclesie predicte vel modicum quippiam subripere temptaverit vel minuere. Dedit itaque pater meus sepe nominandus Gaufridus, annuente domino suo Odone palatino comite, vicum ecclesie adjacentem, cum x prati agripennis, totamque in circuitu terram quam in dominicatu habebat super Rodnam fluvium; duos[3] quoque farinarios super eumdem fluvium. Ex altera vero parte fluvii Joginie, dedit ecclesiam Sancti Hylarii, cum sepultura et decima, cum omnibus appendiciis suis. Burchardo quoque avunculo suo exorante, ejus terram ex integro concessit cum brogilo, dedit etiam terram de Belseria. Mortua denique Melesinde matre sua, pro anima ejus dedit quicquid mater in dote vivens post mortem viri sui possederat. In Asconis villa alodium quod ibi jure hereditario possedit, ecclesiam quoque Campi Rotundi cum tota terra de Nigella, cum appendiciis suis atque (*sic*); atque super Heram fluviolum, in loco qui dicitur Vivariis, omnem terram quam ibi possedit, tam cultam quam incultam, tam exquisitam quam inquirendam cum pratis et silvis. Servorum etiam suorum morientium ubique locorum, videlicet tam in Mauritanie comitatu quam in Castri Dunensis sive ubiubi, sicut mos sibi deferebat, subjectas, cum assensu et postulatione ipsorum, tam in edificiis quam in aliis rebus, beato Dionisio martiri fratribusque eidem loco famulantibus

[1] La copie porte *VIII* en chiffres romains.

[2] [Geoffroi Ier, étant devenu évêque de Chartres le 30 juillet 1077, la dédicace de l'église de Nogent ne put avoir lieu, au plus tôt, que le 15 décembre 1077.]

[3] [Bry, *quatuor*.]

concessit. Saltus quoque proprios consuetudinarios usibus ecclesie ediumque monachorum atque hominum suorum edificationibus et focis destinatum fore, excepto Pertico[1]. Sed et in omnibus saltibus suis porcellagium omne remisit porcorum monachorum. Dedit etiam, quod pretermisimus, censum quarumdam arearum urbe in Carnotina juri suo reddendum. In burgo vero Dunensis Castri, postulatione servorum suorum, in honore et rememoratione Domini nostri Jesu Christi Sancti Sepulchri ecclesiam permisit fundari, eo videlicet tenore ut basilice memorate Sancti Dionisii ipsa ecclesia Sancti subjaceret Sepulchri, et monachis ibidem constitutis semper obediat. Addidit etiam hoc ad augmentum ecclesie Sancti Dionisii, ut si quis suorum fidelium sive vivens amore Dei accensus, sive moriens infernorum penis astrictus, aliquid quod ex beneficio ipsius tenere videtur, vellet beato dimittere Dionisio, haberet liberum arbitrium sine contradictione succedentium comitum; et si aliqua prava consuetudo in rebus datis inesse videtur, ita statim ut data fuerint aboleri jussit, tanquam antea non fuerit. Emptiones quoque monachorum, quas ab ejus hominibus facere poterint, omnimodo liberas esse ab omni consuetudine mandavit; et omnia que data sunt ab eo vel danda ab aliis in futuro, ita esset[2] vobis libera ut ei succedentes neque per bannum, neque per theloneum, neque per vicariam, neque per collocationem suorum militum, neque per aliam aliquam quamcumque modicam consuetudinem monachos de Dei servitio disturbent, neque suis hominibus aliquam inferant inquietudinem. In ipso quoque Castro Dunensi consuetudinem quinque stallorum salis ac carnis concessit; atque in loco qui Oratorius dicitur concessit dari terram unius carruce a Viviano filio Otardi atque ab ejus filio, nomine Hugone. Que ergo Rotrocus comes pro anima mea dedi, una cum assensu filiorum meorumque fidelium, licet parva hec sint : in territorio Dunensi, in loco qui vocatur Fracta Vallis decem agripennos vineę beati Dionisii supradicte ecclesie dedi; et in Morini villa terram unius aratri, medietatemque ecclesie de Margone; molendinum

[1] [Cette phrase se trouve plus loin dans Bry, qui a imprimé *Perticulo* au lieu de *Pertico*.] — [2] [Lisez *essent*.]

quoque de Ruitura cum tali molta qualem in manu mea habebat; atque terram de Bremerii Curte cum mediatoria; et item terram Boiniaci cum mediatoria; medietatem etiam Bebanis villa, ac silve que dicitur Ostingavis. Ista omnia dona libera esse volo, sicut et pater meus sua suorumque fidelium dona esse libera stabilivit, domino meo Tetbaldo comite assensum prebente liberalitatis mee dono[1]. Supradictis quoque rebus a me datis addere volui in auro atque argento quatervigiinti uncias auri, et XII ac IIII (*sic*) sciphos argenti, atque quadraginta libras nummorum Pictaviensium ac Cenomannensium. De quibus omnibus donis si quis sacrilegus aut insanus Zabuli instinctu aliquid detrahere vel minuere temptaverit, nisi resipuerit, et ad satisfactionem confugerit, auctoritate omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et apostolorum, martyrum, confessorum, virginum sanctorumque canonum sit excommunicatus et anathematizatus, et a liminibus sancte Dei ecclesie sequestratus, ut non habeat partem cum Deo neque cum angelis neque cum sanctis ejus; sed sit pars ejus cum Sathana et [cum] angelis ejus, si in malitia sua perstiterit, atque in inferno cum Caipha et Pylato, et his qui Dominum Deum crucifixerunt, atque cum iniquo Nerone, qui Dei apostolos, Petrum quidem pedibus sursum positis cruci affixum, Paulum capite truncavit, penis crucietur debitis, tunc veniam habiturus cum diabolo et angelis ejus sint habituri. Sub hac etiam ponimus eos excommunicatione, qui de rebus datis a dominis supradictis, et a nobis minime in hac carta vel tedio laboris vel oblivionis vitio positis quicquam violare aut subripere voluerint. Dimisimus quoque piscatoriam Joginie a vallo Bellivillaris usque ad aquam que Edera dicitur. S. Tetbaldi comitis. S. Stephani comitis. S. Adeladis comitisse. S. Odonis filii ejus. S. Berte comitisse. S. Gausfridi, filii Rotroci comitis. S. Gaufridi Noti. S. Rodulfi Pagani. S. Werrici vicedomini. S. Odonis de Campo Adalelmi. S. Hugonis de Curodlenis. S. Balduini de Grandi Prato, Wilelmi prepositi, Herbaldi senescalli, Bladini, Stephani majoris, Dudonis dapiferi, Alberici de Sancto

[1] [La suite, jusqu'aux souscriptions, manque dans Bry.]

Aniano, Hugonis, Fulconis de Brena, Winemaris de Castello, Vitalis carpentarii, Bovidonis, Rodberti capellani, Ademari presbiteri[1]. Actum est hoc Carnotis publice, III idus januarii, in camera comitisse, juxta portam cinerosam, Philippo rege in Francia, inditione prima. Eam conventionem Ubertus abbas habuit Tedbaldo comiti et sue conjugi et sorori, ut eorum anniversaria fierent, sicut Gaufridi comitis et Rotroci comitis. Hanc cartam scripsit Paulus edituus et notarius Sancti Petri Carnotensis.

(*Au dos :*) Karta quam fecit Routrocus, comes Mauritaniensis atque vicecomes Dunensis, tam de situ monasterii Sancti Dionisii in Pertico a patre suo Gaufrido comite incepti, et ab ipso Rotroco ad perfectionis unguem deducti, quam de rebus et possessionibus datis a se vel ab aliis ecclesie prefati martyris, quam post mortem ipsius filius suus comes venerabilis Gaufridus, cum supradicta ecclesia et cum omnibus ab avo sive a patre datis vel concessis appendiciis, loco Cluniacensi in perpetuum habendam absque omni inquietudine [concessit][2].

3518.

CHARTA QUA HUGO, BURGUNDIONUM DUX, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ IN CASTRO AVALONENSI.

(B. h. 70[3].)

1078, 19 février.

Postquam omnipotentis et æterni Patris unigenitus Filius, eidem

[1] [Les signatures sont différentes dans Bry; les voici : «S. Rotroci comitis. S. Gaufridi venerabilis præsulis. S. Thebaldi palatini comitis. S. Gaufridi, filii Rotroci comitis. S. Hugonis, fratris ejus. S. Rotroci. S. Fulcoisi. S. Eleusiæ, sororis eorum. S. Ingerenni decani. S. Heldigerii archidiaconi. S. Girdergi. S. Rodulphi Pagani. S. Yvonis. S. Hugonis. S. Guillermi. S. Warnerii. S. Garini. S. Ademari presbyteri. S. Guillelmi Mutaldi. S. alii Gŭilelmi, filii Mauheelim. S. Gaufridi senescalchi. S. Gotefridi. S. Richerii.» La date manque.]

[2] [Voir ci-après à la date de 1080 environ.]

[3] Imprimé par d'Achery, *Spic.*, in-fol., t. III, p. 412, et in-8°, t. VI, p. 454. Cet acte se trouve reproduit d'après d'Achery, dans Quentin, *Cartulaire général de l'Yonne*, I, 192, sous la date fausse du 22 mars 1077.

Patri Sanctoque Spiritui coęternus et consubstancialis, humanum genus diabolica fraude deceptum, ac ignorantię tenebris miserabiliter obvolutum, per misterium sue sanctę incarnationis ac salutifere passionis a diabolica dominatione interventu sue mortis redemit, quo scilicet, remota legis umbra, Sancti Euvangelii claritas cunctis per orbem fidelibus per apostolicam predicationem innotesceret, multi potentum ac divitum hujus seculi, divina edocti predicationę, facultates a Domino sibi conlatas, in meliores usus transtulere, exheredantes se in hoc seculo, ut superni regni efficerentur heredes, imitantes scilicet illam Domini vocem que in Euvangelio clamat : « Facite vobis amicos de « Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in ęterna ta- « bernacula »; et alias : « Date helemosinam et ecce omnia munda sunt « vobis. » Nec minus consona his veteris etiam instrumenti nobis hystoria pandit, ubi scilicet et Danihel propheta sanctus regem Caldeorum legitur commonuisse, ut helemosinis redimat peccata sua; et alio in loco voce sapientis viri dicitur : « Redemptio animę viri divitię ejus. » His atque hujusmodi legis divinę informatus exemplis, ego Hugo, Dei gratia Burgundionum dux, dono et concedo omnipotenti Deo ac beatissimis apostolis ejus Petro et Paulo, ad Cluniacense monasterium, ubi domnus Hugo abba preesse pariter ac prodesse videtur, ecclesiam Sanctę Dei genitricis Marię, que sita est in castro Avalonensi, que videlicet ab antecessoribus meis ducibus antiquitus hereditario jure posses[s]a est, cum omnibus rebus ad ipsam ęcclesiam pertinentibus, sanctorum scilicet reliquiis ac reliquis æcclesiasticis ornamentis, que singillatim inferius annotata habentur. Dono etiam et concedo quicquid ex meo dominicatu in exteriori substancia ad ipsam ecclesiam pertinere dinoscitur, in terris scilicet, possessionibus ac prediis, cultis et incultis, silvis et planis, pascuis ac decimis, et preter hæc omnia ex meo jure unam condaminam, que sufficiat ad excercium[1] unius carrucę; ipsam quoque carrucam instauratam et integram similiter do. Concedo insuper ac relinquo eidem ecclesię censum de censualibus terris ad

[1] Lisez *exercitium*.

eandem ecclesiam pertinentibus, et quas milites mei ex mea obtinent largicione, ut deinceps idem census Deo illic servientibus ad corporale stipendium proficiat. Canonici sane numero VIIII in sepedicta ecclesia actenus proprias habuere prebendas, e quibus unus jam vita decessit, alii duo suas prebendas sponte reddiderunt; de reliquis vero qui supersunt, communi consilio definitum est, ut si videlicet in vita sua ipsas prebendas relinquere noluerint, eo tenore quamdiu vixerint eas possideant, ut, cum ab hac luce migraverint, nullus eis alius succedat, set solummodo Cluniacensis æcclesia eas perpetuo possideat. Hæc est autem descriptio ornamenti ipsius æcclesię : cappę XII; casule VIIII; albe XI et una ex auro texta; amicti X aurei et II viliores; cinctoria VI; stole aureę VIII; manipuli VII et tres aurei; dalmatice III; tunicę IIII et una cum auro; vexilla IIII; pallia IIII aurea et XX sine auro; cortine palleę VIIII; fascitergia X et unum cum auro; dorsalia II; tapetia IIII; tersoria III°; bancales III; cortinę linee VI, laneę II; tabula I argentea; cruces aureę II et argenteę II; turibulum unum argenteum; calices argentei III et unus aureus; patene argentee III et una aurea; textus unus aureus et unus argenteus aliusque dimidius; capse argentee V, et una aurea; urceolum mare vitreum I; corona argentea I; baculum sancti Lupi; scrinia eburnea II; tabula eburnea I; bustulę eburneę II; filacteria aurea XXII, argentea XIIII et III de auricalco, cum una capsula; bustulę eburneę VIIII; scripuli tres; calamus unus argenteus; imago sanctę Marię cum aurea corona et armillis aureis; imago sancti Lazari aurea; missalia III; libri simul omnes CXV. Hanc ergo ecclesiam, cum consilio pariter atque consensu optimatum meorum parentumque et omnium amicorum, cum omnibus suis ornamentis, possessionibus vel appendiciis, sicut suprataxatum est, ad integrum trado omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro redemptionę anime meę seu antecessorum meorum, ut pius ac misericors Deus peccata et negligencias meas sua ineffabili clementia remittere dignetur. Facta est autem hæc donatio in castro Avalonensi, XI kalendas martii, presente donno Oddone, Cluniacensium priore, a quo etiam omnes qui hujus doni laudatores extiterunt in fratrum societate admissi

sunt, ut s[c]ilicet in orationibus et elemosinis vel etiam ceteris jam dicti loci benefactis amodo participes existant. Si quis vero, (quod absit!) in posterum contra hujus sanctionem decreti ausu temerario manum improbe contradictionis imferre temptaverit, et hanc nostrę devotionis[1] helemosinam alicujus calumpnię nevo nisus fuerit obfuscare, iram Dei omnipotentis et sanctorum ejus offensam incurrat, nisi cito congrua satisfactionę penituerit. Signum Hugonis ducis, qui hoc donum fecit[2]. S. Oddonis, fratris ejus, qui hoc jurisjurandi sacramento firmavit. S. Rotberti, alterius fratris ejus, clerici. S. Wuidonis, comitis Matiscensis[3]. S. Bernardi de Montfort. S. Heustachii, filii ejus. S. Artaldi de Avalone. S. Girardi de Fonte Vivent. S. Warulfi. S. Rainerii, pincernę ducis. S. Stephani de Noveris. S. Milonis et Jarentonis germanorum. S. Hugonis presbiteri. S. Hugonis prepositi. S. Yvonis et Rotberti, nepotum ejus. S. Aymonis de Divione. S. Oddonis. S. Willelmi. S. Josmari. S. Otberti de la Rocha. Facta est autem hec carta anno ab incarnatione Domini millesimo LXXVIII[4], indictione I, tempore Phylippi regis.

3519.

CHARTA QUA OTTO ET UXOR EJUS BONIZA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM IN LOCO NOMINE VALARIS, IN EPISCOPATU SANCTI ABUNDII, ET ALIAS OCTO PECIAS TERRÆ.

(C. 100.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo octavo, mense martio, indictione prima. Quoniam quidem pius ac creator omnium rerum omnipotens Deus nobis in hoc vitam concessit seculo, semper debemus illud agere unde hic et in futuro plenam apud omnipotentem Deum posimus (*sic*) consequi mercedem et illud continue studiose agere, ut Deo purum et acceptabile munus

1078, mars.

[1] D'Achery, *donationis*.

[2] [Hugues Ier, duc de Bourgogne, et ses deux frères, Eudes dit Borel, duc sous le nom de Eudes Ier, et Robert, clerc, plus tard évêque de Langres.]

[3] [Gui II, comte de Mâcon, fils de Geoffroy et de Béatrix.]

[4] D'Achery, *millesimo septuagesimo septimo*. Mais l'an 1077 ne répond pas à l'indiction I.

IMPRIMERIE NATIONALE.

offerre possimus, ut in hoc seculo incolumes esse possimus, et in futuro, quod melius est, vitam ęternam, eo concedente, possidere mereamur. Quapropter nos Otto, filius quondam Cunitonis, et Boniza, jugalibus, filia Bonizonis, omnes de Insula quę vocatur Cumensis, qui profitemur nos ex natione nostra vivere lege romana, et michi Bonize consentiente jugalis meus et confirmante qualiter hic subtus continuerit[1], pro amore Dei redemptoris nostri et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, suadente Rigizone, presbitero atque professus Cluniacensis monasterii, et germano meo jam dicti Ottonis, devoto corde, pia mente donamus et offerimus ad ęcclesiam Cluniensem, quę est constructa in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et per jam dictum Rigizonem, ejusdem ecclesię professum, in vesturam et cartulam traditam sacrosancto altari legamus, nominative inter campos et prata et silvas et pascualia juris nostri petie novem; et sunt omnes in episcopatu Sancti Habundii et in valle que nominatur Vallis Telina, et sunt posite infra territorium villarum quę nominantur Cose et Roboredum. Prima petia de terra est campus et castagnetum, et pratum et arbores nucum super ea esse videntur, et boscum cum saxo et gerbo, ubi edificium est inceptum in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Maioli, et ad opus ecclesię Cluniensis, et hec petia posita est in monte de Cose, et nominatur Valaris : coheret ei a mane Sancti Abundii, a meridie Eriprandi de Blasonno, et in parte concelibum jam dicte vallis de Cose, a sero concelibum similiter, a septemtrione via quę est ad radicem ipsius montis, et in parte Sancti Ambrosii; et est area jam dicte terrę, cum campo, et silva, et prato, et nuceto, et bosco, et saxo, et gerbo, ubi est jam dictum edificium inceptum, totum insimul tenens jugias decem. Secunda petia est sedimen et campus insimul, et est in villa quę vocatur Roboredum : coheret ei a meridie Romani de Insula, a mane via, a sero Sancti Syri, a septemtrione Andree de Insula; et habet tabulas viginti IIII. Tertia petia est campus, et est in

[1] [Lisez *continetur.*]

Roboredum, et nominatur Stabium : coheret ei a mane de heredibus Attoni Insulani, a meridie de heredibus Alberci et Erlembaldi de Domaxio, a sero quod nobis reservamus, a septemtrione via ; et habet ipse campus tabulas octuaginta. Quarta petia est similiter campus non longe, et dicitur Genevrida : coheret sibi ex omni parte concelibum ; et est area ipsius campi tabulę c septuaginta. Quinta petia est campus similiter ibi prope, et dicitur Campus Siccus : coeret ei a ma[ne] de heredibus jam dicti Attonis Insulani, a sero et septemtrione concelibum ; et habet tabulas triginta IIII. Sexta petia est campus infra territorium de Cose, et dicitur Roncus : a mane et a septemtrione Sancti Habundii, a meridie via, a sero Cumensis vicedomini ; et habet tabulas quinquaginta IIII. Septima petia est pratum in territorium et in monte de Cose, dicitur Messobium : coheret a mane via, a meridie et sero Ariprandi de Blasonno, a septemtrione Sancti Ambrosii ; et habet tabulas sexaginta. Octava petia est pratum, et jacet ibi prope : coheret ei ex omni parte Sancti Ambrosii, et habet tabulas quinquaginta. Nona petia similiter est pratum infra territorium Cose, et dicitur Terminus Longus, quantumcumque nobis pertinet de prato qui fuit quondam Staphixionis, et similiter quantumcumque nobis pertinet de faula[1] illa quę fuit suprascripti Staphixionis in monte et in plano ; et si amplius de nostro jure infra dictas coherentias inventum fuerit, excepto campum quem nobis reservavimus, per jam dictam cartam donationis sacrosancto et venerabili cenobio Sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Cluniessis ecclesię donamus et concedimus, ut ab hac die et deinceps habeant et possideant pro salute animarum nostrarum, qui supra Ottonis et Bonizę et omnium parentum nostrorum, necnon et omnium fidelium defunctorum. Et insuper spondimus atque promittimus nos, una cum nostris heredibus, sacrosanctę Cluniensis ecclesię sicut per hanc cartulam donavimus et tradidimus, et sicut in ea superius peromnia continetur ab omni homine defendere ; quod si defendere non potuerimus juste et legaliter, aut si contra hanc cartam dona-

[1] Du Cange, v° *faulaium*.

tionis agere aut causare vel subtrahere quoquomodo presumpserimus, tunc in duplum omnia sicut superius legitur, jam dicte Cluniacensis[1] ecclesię restituere promittimus, sicut pro tempore meliorata fuerint, sub extimatione in consimilibus locis, pro animarum nostrarum parentumque nostrorum remedio, quia sic decrevit nostra voluntas. Et ne ullo tempore liceat nobis nolle quod volumus, inviolabiliter sub jurejurando conservare promittimus, cum stipulatione subnixa. Actum in Insula feliciter. S. Ottonis et Bonizę, qui hanc cartam fieri rogaverunt, et idem Otto conjugis suę Bonizę consensit. S. Bertarii et item Bertarii patris et filii, Gaufredi, Baldicionis, Lanfranci, romana lege viventium testium. S. Heinrici, Amizonis, Eginonis, testium. Ego Ogerius, notarius sacri palatii, legi et scripsi. Ego Rusticus, notarius sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Albertus, notarius et judex sacri palatii, rogatus subscripsi. Ego Oddo, notarius et causidicus sacri palatii, scr[i]ptor hujus cartulę, post tradita complevi et dedi. Clementiam vestre bonitatis[2] quatinus me peccatorem vestre fraternitatis participem faciatis exposco.

3520.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, UT LEGATO, QUEM IPSE AD REGEM HISPANIÆ MITTIT, AUXILIUM PRÆBEAT, ETC.

1078, 7 mai. Gregorius, etc. Diversarum gentium, etc. (*Regist. Greg. VII*, lib. V, ep. 21; Labbe, *Concil.*, t. X, p. 193; Hardouin, *Concil.*, t. VI, pars 2ª, col. 1391; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 253.)

3521.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, CLUNIACENSEM ABBATEM, ET HUGONEM, DIENSEM EPISCOPUM, QUIBUS MANDAT UT DE REMENSIS ARCHIEPISCOPI QUERIMONIIS COGNOSCANT ATQUE JUDICENT.

1078, 22 août. Gregorius, etc. Quia in sanctæ Dei, etc. (*Regist. Greg. VII*, lib. VI, ep. 3; *Biblioth. Cluniac.*, col. 475; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 259.)

[1] [Lisez *Cluniacensi.*] — [2] [Au lieu de ce mot, le scribe a écrit, à tort, *bonitatin* suivi de l'abréviation *us.*]

3522.

CHARTA QUA ADEMARUS NOTUM FACIT SE SÆCULO RENUNTIAVISSE ET RES SUAS APUD TURCIACUM ET CURTEM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 32-18; B. h. 232, CCXXXIII.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quia ego Ademarus perpendens quam inutilis est omnis honor hujus seculi, immo quam nocivus et illecrebrosus[1] ad eternam dampnationem, misericordiam Christi me visitante et inspirante, pro ejus amore, ex toto renunciavi seculo, et contuli me[2] ad memoriam sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monasterio Cluniaco, ut de cetero ibidem regulari discipline subditus penitenciam agerem peccatorum meorum. Preterea pro meis parentibus et pro me ipso donavi ad eandem memoriam et ecclesiam sanctorum apostolorum ea que infra sunt adnotata, id est apud Turciacum[3] omnia que erant mee partis; apud Curtem similiter ea omnia que erant mee partis. Actum anno Dominice incarnationis MLXXVIII, domno Gregorio VII° apostolice sedi presidente, et Francorum rege Philippo regnante. 1078.

(*Au dos :*) Carta Ademari militis de Carrella, de hoc quod habet apud Turciacum et apud Curtem partem suam de omnibus.

3523.

CHARTA QUA BERNARDUS, COMES BISILDUNENSIS, SUBJICIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS ET MOISSIACENSIBUS MONASTERIA SANCTI PETRI CAMPI ROTUNDI ET SANCTÆ MARIÆ ARULARUM SANCTIQUE PAULI VALLOSÆ[4].

(B. h. 127, CXXIX[5].)

Omnibus in eternum manifestum sit, quoniam ego Bernardus, comes 1078.

[1] [Lisez comme dans B. : *illecebrosus.*]

[2] [Au lieu de ces deux mots, la copie de L. de Barive porte *contumelie,* qui n'a pas de sens.]

[3] [B. porte ici à tort : *apud Tarcia cum omnibus, que,* etc.]

[4] En marge de la copie de cet acte dans le cartulaire on lit, en caractères du xv° siècle : « In regno Arragonum. »

[5] Publié dans *Marca Hisp.,* App. col. 1168, *ex archivo monasterii Campi Rotundi; Gallia christ.,* t. I, pr. p. 39, *ex chartis Moisiac.* et *schedis Colbert.,* et t. VI, col. 484, fragm.

Bisildunensis, videns quędam monasteria quę mihi succedebant ex propinquitate antecessorum et parentum meorum a monastico ordine et regulari vita penitus deviasse, pro remissione peccatorum meorum atque remedio animarum patris mei et matris meæ, in melius ordinare disposui. Hoc igitur salubri consilio accepto, auctoritate meorum hominum, dono sub legali descripto omnipotenti Deo sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo, loco Cluniaco, atque abbati venerando domno Hugoni et omnibus successoribus ejus, quandiu locus Cluniacus in ordine perstiterit, electionem et dominationem monasterii Sancti Petri Campi Rotundi, atque monasterii Sanctæ Mariæ quod dicitur Arulas, simulque monasterii Sancti Pauli Vallosę, ut teneant et ordinent predicta monasteria secundum regulam Sancti Benedicti in perpetuum. Ut autem hęc mea cessio stabilis permaneret, abbatiam Sanctę Marię de Arula ab illis qui in fevum adquisierant redemi, scilicet a Gifredo, Narbonensi archiepiscopo, C. uncias auri[1], et in vita sua dimisi ei de ipso honore capellaniam in ecclesia Sancti Petri de Albaniano, atque omnes fevos militum quos in Bisildunensi confinio Sancta Maria habebat, absque fevo Bernardi Adalberti et Willelmi Segarii; similiter etiam abbatiam Sancti Pauli a Petro vicecomite Fenollensium, quam in fevo adquisierat, redimi C uncias auri, et dum vixerit dimisi ei de ipso honore Sancti Pauli villam quę dicitur Maurius. Insuper omnes malas consuetudines, botaticas, albergas atque traginas, et omnes torturas, quas ego actenus vel omnes antecessores mei in ipsis honoribus predictorum monasteriorum videbamur requirere, funditus dimitto. Istam siquidem meam donationem, sicut jam dixi, ita jure perpetuo tenendam esse volo, ut si quis eam, (quod absit!) violare temptaverit, sub judicio Romani pontificis examinandum esse relinquo. Factum est autem hujus cessionis meæ testamentum in manibus carissimi mei consobrini domni Hunaldi, abbatis Moysiacensis, anno Dominicę incarnationis millesimo LXX° VIII°[2], Gregorio VII pontificatum Romę tenente, Phylippo rege Franchorum re-

[1] [Marca ajoute ici *ac ab Arnallo Arnalli centum uncias auri.* — [2] Marca ajoute : *æra MCXVI.*]

gnante. Testium vocabula qui hoc affirmaverunt subtus sunt scripta. Ego Bernardus comes affirmo et propriis manibus consigno ita✝. S. Pontii Bligerii. S. Adaberti Jozberti. S. Arnaldi Geraldi. S. Jozberti presbiteri.

3524.

CHARTA QUA RAINERIUS DE IGGIACO MILES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CAMPUM ET PRATUM JUXTA RIVUM LANSCIOLATAM.

(B. h. 290, CCXCI.)

Cum omnia orta occidant auctaque senescant, temporalia quoque more fluentis aquę retrorsum non ultra undam dilapsam retorquentis celeri lapsu inreparabiliter decurrant, preclaraque facies, honor mundanæ gloriæ maximeque divitię instabiles, preter hoc vis corporis, alia quoque hujusmodi similia brevi tempore dilabi in dies videntur, opere precium est animam aut eterna exercitatione virtutum aut contagione peccatorum infectam munificentia helemosinarum Deo reddere preclaram, terrena pro celestibus commutare, temporalia pro ęternis, peritura pro magnis dare, sua Christi pauperibus pro desiderio vitę eternę factis relinquere deserendo, quatinus eorum precibus regna celorum cum eis possidere mereatur. Hujus itaque gratia capessende societatis, ego Rainerius miles, de Iggiaco, dono Deo omnipotenti et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo Cluniensique monasterio, aliquid de mea hereditate quę mihi a parentibus jure successionis obvenit, unum scilicet campum qui est situs et terminatur juxta terram Sancti Petri. Et preter hunc, pratum quoddam juxta rivum, Lansciolatam nomine, situm dono post mortem meam, prefato loco, pro animę meę et parentum meorum remedio, et ut [memoria] mea[1] in ipso monasterio inter reliqua fidelium nomina semper habeatur. Est autem ipsa terra in episcopatu Matisconensi. Si quis vero, (quod absit!) in posterum contradicere vel falsare voluerit, iram primitus Dei omnipotentis et beatorum apostolorum incurrat, et nisi cito resipuerit, 1078.

[1] [Le manuscrit porte seulement *mī.*]

eternæ damnationis sententia feriatur. S. Humberti, filii ejusdem Rainerii. S. Ottonis, fratris ejus. S. Hugonis Rebuti. S. Bernardi. S. Hugonis. Facta est autem hæc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo LXX. VIII, indictione I, regnante Philippo rege Francorum.

3525.

CHARTA QUA ROTBERTUS DE LU (LI) ET DURANNUS FILIUS EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS VINEAS IN VILLA BURZIACO ET APUD REZINZ.

(B. h. 313, CCCXIIII.)

1078. Dum in hujus vitę exilio temporaliter vivitur, studendum est unicuique fidelium maximeque laicali professione viventium, ut de rebus a Domino sibi conlatis operariis Christi jugiter in ipsius vinea laborantibus aliquod subsidium impertiantur, ut a superno Patrefamilias in retributione denarii cum eisdem remunerari mereantur. Hujus itaque muneris capiendi gratia provocatus, ego Rotbertus miles, de Lu[1], simulque filius meus Durannus, donamus et concedimus omnipotenti Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad Cluniacense monasterium, cui domnus Hugo abba preesse pariter et prodesse videtur, duas vineas optimas, unam scilicet apud Burziacum villam, aliam vero apud Rezinz. Hoc vero facio pro salute animę meę ac filii mei, et pro requie conjugis meę defunctæ, ut Deus omnipotens nostri misereatur. Si quis autem hoc donum (quod absit!) ausus fuerit calumpniari, anathema sit. S. Rotberti, qui hoc donum fecit. S. Duranni, filii ejus. S. Bernardi. S. Constancii prepositi. Facta est autem hæc donatio cum carta, anno ab incarnatione Domini millesimo LXX. VIII, indictione I, regnante Philippo rege Francorum.

[1] Les chartes nos 352 et 639 de B. que l'on trouvera ci-après, portent : *de Li, in episcopatu Cabilonensi.* [Ce nom paraît devoir être identifié avec Lys, h. cne de Sassangy, Saône-et-Loire, arr. Chalon-sur-Saône, con Buxy.]

3526.

CHARTA QUA SEGUINUS SÆCULO RENUNTIANS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM APUD CASSANIAS.

(B. h. 403, CCCCVI.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Seguinus, perpendens quam inutilis est omnis honor hujus seculi, immo quam nocivus et illecebrosus ad eternam dampnationem, misericordia Christi me visitante et inspirante, pro ejus amore, ex toto renunciavi seculo, et contuli me ad memoriam sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monasterio Cluniaco, ut de cetero ibidem regulari disciplinę subditus penitentiam agerem peccatorum meorum. Preterea, pro meis parentibus et pro me ipso, donavi ad eandem memoriam et ecclesiam sanctorum apostolorum apud Cassanias unum mansum et cetera omnia quę ibi habebam in alodo[1]. 1078.

3527.

CHARTA QUA ADVINUS SÆCULO RENUNTIANS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MANSUM APUD KALENDINIACUM.

(B. h. 404, CCCCVII.)

Simili modo et ego Advinus, eadem fide ac devotione conferens me ad serviendum Deo in prefato monasterio Cluniaco, donavi ibi unum mansum apud Kalendiniacum. Actum est anno Dominicæ incarnationis millesimo LXX.VIII, domno Gregorio septimo æcclesiæ Romanę presidente, et Francorum rege Philippo regnante. 1078.

[1] Pour la date, voyez la pièce suivante qui semble n'être que la suite de celle-ci.

IMPRIMERIE NATIONALE.

3528.

CHARTA QUA WIDO, COMES MATISCONENSIS, MONASTERIO CLUNIACENSI IN QUO FACTUS ERAT MONACHUS, MULTA PRÆDIA CONFERT.

(B. h. 564, DLXVII [1].)

1078. Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Wido, aliquando comes Matisconensis, perpendens quam inutilis est omnis honor hujus seculi, immo quam nocuus et illecebrosus ad ęternam dampnationem, misericordia Christi me visitante et inspirante, pro ejus amore, ex toto renuntiavi seculo, et contuli me ad memoriam sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in monasterio Cluniaco, ut de cetero ibidem regulari disciplinę subditus, penitentiam agerem peccatorum meorum. Preterea, pro meis parentibus et pro me ipso donavi ad memoriam et ęcclesiam sanctorum apostolorum omnia quę infra sunt annotata; id est has villas : Blandens et omnes clausos et clausarios, silvas et aquas et pascuaria et omnia appenditia; Doblens[2] et quicquid ibi appendit, mansos et omnes consuetudines quę in aliis villis sunt huic appendentes; Lammura et quicquid ibi appendet; Planneisel, et servos qui ibi morantur et quicquid appendet; Levoretum[3] et omne quicquid ei appendet; Vernedum et silvas et prata et omne quicquid appendet. Venda[4], quam dominici asini[5] persolvebant apud Lodons, data est et condonata, et omnimodis interdictum ne ulterius persolvatur; Osan et mansos et silvas et aquas et omnem usuarium fructum qui appendet : hęc omnia donavi et delegavi potestiva[6] manu, absque omnium hominum contradictione, Deo et sanctis ejus apostolis,

[1] On lit en marge : « Sepelitur in ca« pella Sancti Petri Veteris. » — Cet acte a été publié par d'Achery, *Spicil.*, t. III, p. 413, in-f°; t. VI, p. 457, in-4°.

[2] [Guy II s'était emparé, paraît-il, par violence de la prévôté de Domblans, au préjudice de Saint-Étienne de Besançon, et la donna à l'abbaye de Cluny, qui ne la garda que quelques années. Rousset, *Dictionnaire du Jura*, III, 4.]

[3] D'Ach., *Lenoratum.*

[4] D'Ach., *Vendam.*

[5] Il y a ici la place d'un mot en blanc par suite d'une coupure du parchemin, mais il ne manque rien.

[6] D'Ach., *potestativa.*

ad usum servorum Dei in prefato monasterio Deo servientium, videlicet perpetuo jure tenenda et possidenda. Et si quis in predictis calumpniam vel molestiam ullo modo intulerit, durissimam virgam et disciplinam Dei omnipotentis in hoc seculo exp[er]iatur, quia non est dignum optare cuiquam ut in perpetuum dampnetur. Actum Dominicę incarnationis anno M.LXX.VIII, donno Gregorio VII apostolicę sedi presidente, et Francorum rege Philippo regnante.

3529.

CHARTA QUA ARTALDUS, COMES FORENSIS, NOTUM FACIT SE MEDIETATEM PEDITURÆ CIVITATIS LUGDUNENSIUM MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 65.)

Noverint cuncti presentis temporis et futuri, utriusque sexus et ætatis, quod ego Artaldus, comes Forensis, pro salute ac remedio animę meę omnisque proprie parentele, cum consensu et laudatione domni Willelmi, comitis Burgundionum, dono Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ac Cluniacensi monasterio, medietatem pediture Lugdunensium civitatis, ea conventione ut predicti cœnobii fratres cum inde aliquid deduxerint vel advexerint, nichil omnino ulli de medietate sicut de propria re persolvant. Et ut hoc donum firmum et inlibatum deinceps permaneat, ego Willelmus, filius ejus, una cum matre mea Raymode[1], laudamus et corroboramus, anatematizantes omnes quicumque tam laudabilis doni contradictores, calumpniatores et infractores extiterint; et hoc totum per manus Wigonis monachi et decani de Masiliis factum est, ita ut michi Artaldo, qui primum hoc donum feci, quinquaginta solidos persolveret, michique Vuillelmo, filio ejus xx^ti solidos pro consensu et laudatione hujus rei.

1078, environ.

[1] [Artaud V, comte de Forez, 1078-1085, eut pour fils Guillaume III, mais Raymonde fut la femme d'Artaud IV, qui mourut en 1076, et qui n'eut aucun fils du nom de Guillaume, d'après l'*Art de vérifier les dates*. Il est assez difficile de décider auquel des deux se rapporte cette charte, qui n'est pas datée.]

3530.

CHARTA QUA HUGO, CABILONENSIS COMES, MONASTERIO CLUNIACENSI CONCESSIT UT OMNES MONACHI OBEDIENTIÆ CARMESÆ HABERENT USUARIUM IN SILVA BRENNIACO.

(Bibl. nat. or. 123 A. [1]; B. h. 575, DLXXVIII.)

1078, environ (?).

Ego Hugo, Cabillonensis comes, ad memoriam reducens me multis modis carnaliter peccasse, et multa in Deum commisisse, antecessores etiam meos divino auxilio plurimum indigere, memor insuper et juditii futuri et penę non temporaneę, sed miserabilis et eternę, ad remedium anime meę et Tetbaldi, patris mei, comitis supradicte civitatis, et ad salutem ceterorum parentum meorum, beatis [apostolis] Petro et Paulo, et domno abbati Cluniacensi Hugoni, in silva mea Brenniaco, concessi ut omnes monachi, qui apud Carmesam [2] beatorum apostolorum obedientiam custodirent, ligna ad ignem faciendum, ad reficiendas domos, ad clausuras faciendas, ad omnia etiam sibi necessaria acciperent, porcos in ea quotquot haberent et quandiu vellent enutrirent, nemini tamen extraneo darent de ipsa aliquid vel venderent. Quod in ea silva monachis concessi, hoc idem ejusdem ville rusticos super terram Beati Petri demorantes habituros laudavi. Factum est hoc et concessum, mediatore Petro monacho, qui tunc temporis supradictę villę obedientię preerat, quique mihi pro ea concessione octoginta solidos dedit, uxori meę xx^ti^, prepositis meis Siguino et Rocleno xv^cim^. Ut hec concessio firma in posterum haberetur, testes qui concessioni intererant, quilibet videat subnotatos. Testis Roclenus episcopus. Testis dux Oddo [3]. Testis Siguinus prepositus. Testis Roclenus prepositus. Si quis de hac concessione beatis apostolis

[1] Cette charte est opisthographe.

[2] [Hugues, comte de Chalon, étant mort en 1075, et Eudes n'étant devenu duc de Bourgogne qu'en 1078, on se demande comment ils peuvent avoir participé au même acte. On peut répondre que la charte a sans doute été confirmée après la mort de Hugues qui, en effet, ne figure pas aux souscriptions.]

[3] Voyez ci-dessus, n° 3403.

vel abbati, vel monachis suis injuriam fecerit, subjaceat judicio Dei, et cum Datan et Abiron perpetuę dampnationi.

(*Au dos et de la même écriture :*) Carta Hugonis comitis Cabilonensis, filii Tetbaldi, quam fecit fratribus Cluniacensibus et Petro monacho, decano de Carmesa, de boscho Brenniacho.

3531.

CHARTA QUA NOTUM EST ODDONEM, DUCEM BURGUNDIÆ, PRECANTE FRATRE SUO HUGONE, DONATIONES, QUAS SUI HOMINES MONACHIS CLUNIACENSIBUS FACERENT, LAUDAVISSE.

(B. h. 566, DLXIX; D. 288.)

Jam dictus autem dux Oddo fecit aliam donationem Cluniacensi monasterio, quod videlicet ipse concedebat et laudabat, si quis suorum hominum de beneficiis quę de illo habent velit dare Sancto Petro Cluniacensi, tali tenore ut de fidelitate et servitio suo non se subtraheret. Et hoc fecit rogatu donni Hugonis, fratris sui, jam tunc monachi, sed ante ipsum ducis. Cui donationi presentes et testes fuerunt : Wido de Grancie, Tiezelinus li Sor[2], Seguinus de Voldonai, Rainerius sescaldus[3]. Qui etiam jam dicti interfuerunt et testes extiterunt donationi de potestate Montelie, quę ego in proprios usus retinebam.

1078-1079, environ[1].

[1] [La date de cet acte exige quelques observations. Il a été placé dans le cartulaire B. à la suite d'une charte du duc Eudes, qui est en réalité de Hugues Ier, comme nous l'avons expliqué ci-dessus, n° 3516. Mais il semble résulter de notre charte que Eudes fit lui-même une donation de Monthélie, qu'il avait peut-être retenu malgré la donation de son frère. C'est ce qui a pu amener une confusion dans le nom de l'auteur de la première charte. En second lieu, dans D., n° 288, cet acte a été placé à tort à la suite de celui de Eudes III, de 1194, puisqu'il s'agit certainement de Eudes Ier, comme le prouvent les noms des témoins; ce qui avait conduit A. Bernard à le reporter à l'année 1194. M. E. Petit a publié cette charte, *sans date*, dans son *Histoire des ducs de Bourgogne*, I, 394, d'après le ms. latin 17087, Bibl. nat., qui est une copie de D., mais il n'a point connu le texte de B., qui est préférable. Hugues étant désigné comme moine, l'acte doit être au plus tôt de la fin de 1078, ou du commencement de 1079.]

[2] D. *Dichelinus*. Il s'agit ici de Tecelin li Sors ou le Roux, le père bien connu de saint Bernard. (E. Petit, *l. c.*)

[3] M. Petit propose avec raison de lire

3532.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, DE MISERIIS ET PERICULO ECCLESIÆ; IN QUA REPREHENDIT EUM QUOD HUGONEM, BURGUNDIONUM DUCEM, IN MONACHORUM NUMERUM ASCISCENDO, ECCLESIIS, VIDUIS, ET PUPILLIS DEFENSOREM ERIPUERIT.

1079, 2 janvier.

Gregorius, etc. Si Romani ad vestras partes... (*Regist. Greg. VII*, lib. VI, ep. 17; Labbe, *Concil.*, t. X, p. 210; Hardouin, *Concil.*, t. VI, col. 1409; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 271.)

3533.

CHARTA QUA URRAKA, REGIS ADEFONSI FILIA, DOMINA GALLETIÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CŒNOBIUM DE PALOMBARIO.

(Bibl. nat. or. 137; cop. 283-75; B. p. 32.)

1079 (?), 22 février[2].

In[1] Dei nomine. Ego infanta donna Urraka, regis domni Adefonsi filia, et totius Galletie domina, vobis abbati domno Ugoni et omnibus monacis Cluniacensibus, in Domino Deo salutem. Amen. Placuit michi liberali animo, nullo cogente imperio, sed mea propria voluntate atque consilio patris mei, imperatoris domni Adefonsi, facere Domino Deo et Sancto Petro Cluniacensi, et vobis, dompno abbati Ugoni et omnibus monacis ejusdem monasterii hanc cartulam donationis de illo monasterio de Palombario cum omnibus ajunctionibus, tam ecclesiis quam etiam laicalibus sibi pertinentibus. Ego infanta domna Urracka suprascripta dono atque offero vobis illud monasterium suprascriptum pro anima mariti mei comitis domni Raimundi et pro remedio animę

senescaldus. Il s'agirait de Raynald, ou plutôt Régnier de Châtillon, sénéchal sous Hugues I[er] et Eudes I[er]. (*Ibidem*.)

[1] Ce mot est précédé du chrisme.

[2] [Telle est la date qui correspond à l'ère d'Espagne MCXVII, mais si l'on considère que Urraca, fille d'Alphonse VI, roi de Léon, est née seulement en 1081 et épousa Raymond de Bourgogne en 1090, ne doit-on pas conclure qu'il y erreur dans l'acte et que le chiffre 1117 pourrait se rapporter à l'année de l'Incarnation? Il serait ainsi en accord avec les synchronismes des évêques.]

meę et parentum meorum, ut habeatis et possideatis et secundum vestram voluntatem de eo faciatis. Ita de hodie die vel tempore de juri meo ablato vestro dominio sit tradito ęt concesso ; habeatis vos illud et omnes successores vestri evo perenni et secula cuncta. Amen. Si quis tamen de meis posterioribus, tam propinquis quam extraneis, aliquid contra vos dixerit, vel vobis de illo monasterio auferre voluerit, quod minime fieri credo, imprimis duplicet quantum calumpniaverit et insuper decem auri talenta. Post hæc sit excommunicatus in secula seculorum, donec ad emendationem veniat. Facta cartula donationis sub era millesima c^a x^a vii^a et que est viii kalendas marcii. Ex omni gente regali, infanta domna Urraka totius Galletie domina et imperatoris domni Adefonsi filia et Constantię reginę nata, hanc cartulam fieri jussi, et hoc meum signum facere precepi. (*Monogramme.*)

Didacus Conpostellane sedis et ęcclesię beati Jacobi apostoli episcopus secundus confirmavit. Mauricius Bragalense sedis episcopus confirmavit. Didacus Auriense sedis episcopus confirmavit[1]. Abbas Petrus Celle Nove confirmavit. Petrus notarius infante domine U. confirmavit. (*Monogramme du notaire.*)

(*Au dos :*) Ponlouberio[2]. Carta de abbatia quam dedit infanta Urraca.

3534.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, CLUNIACENSEM ABBATEM, CUI PRÆCIPIT UT BONA QUÆDAM LANDERICO, MATISCONENSI EPISCOPO, RESTITUAT, AUT LITEM COMPONENDAM [HUGONI] EPISCOPO DIENSI ET ABBATI SANCTI PAULI PERMITTAT.

Gregorius, etc. Landericus Matisconensis... (*Regist. Greg. VII*, lib. VI, ep. 33; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 281.) 1079, 14 avril.

[1] Les synchronismes de ces trois évêques autoriseraient à dater l'acte de 1117 de Jésus-Christ. En effet, d'après Gams, il s'agit ici de Didacus Gelmirez, évêque de Compostelle en 1101; de Mauritius Bordinho, évêque de Braga en 1111; et de Didacus III d'Orense en 1100.

[2] Ce mot est d'une main plus récente.

3535.

CHARTA QUA ARRICUS DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS IN OBEDIENTIA GRACIAGO CABANNARIAM IN VALLE RANCONIS, TERCIAMQUE PARTEM MANSI DE BOSCHIT, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-49.)

1079, 8 mai.

Ego[1] Arricus considerans quia omnes homines moriuntur, et nemo de rebus suis aliquid secum portare potest, nisi hoc quod pro Dei amore tribuerit, dedit (*sic*) pro anima uxoris mee defuncte, nomine Agnes, in obedientia Sancti Petri Cluniacensis que dicitur Graciago, domno abbati Ugoni et monachis suis, cabanariam unam in valle Ranconis, ut habeant et possideant jure perenni, ut Deus omnipotens michi et uxori mee et filiis meis et parentibus meis mise[re]ri dignetur in regno suo. Ego Arrico dedi et firmavi, et Bernardus filius meus, et alius filius similiter. S. Raneonis. S. Vilgelmi. S. Petri Iterii. S. Arnaldi Bladini. S. Armanni Vaca. De hac valle accipiebat Petrus Relatinus decimum et ideo qui fecit homicidium dedit predicte ecclesie hunc decimum; ipsum quem occidit Aloardum vocabant, et hoc donum laudavit frater ejus Bertrannus. Arricus, qui fecit donationem que superius scripta est pro anima uxoris sue, veniens ad mortem cogitavit de semetipso, et pro redemptione anime sue et remissione peccatorum suorum, dedit in predicta obedientia Sancti Petri domno abbati Ugoni Cluniacensi et monachis suis, terciam partem mansi, que est sita in territorio Singaudensi, in loco qui dicitur de Boschit, prope villam Vesciliacipti, ut habeant et possideant jure hereditario. Firmatores sunt isti : S. Bernardi, filius ipsius defuncti. S. Ranconis. S. Wilgelmi. S. Petri Iterii. S. Arnaldi Bladini. S. Armanni Vaca. Est autem facta hec carta aput Graciagum, VIII idus madii, anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo nono, indictione tercia[2], regnante Philippo rege Francorum. Si vero aliquis homo fuerit, qui hanc cartam falsare voluerit, non prevaleat, sed componat in vinculo pro hac

[1] [Ce mot est précédé du chrisme.] — [2] L'indiction 3 répond à l'an 1080.

contradictione auri libram unam, atque sit excommunicatus de omnibus maledictionibus, ita ut in inferno semper cum predictis maneat, nisi resipiscat et ad emendationem perveniat.

(*Au dos :*) Carta de valle. — De valle Ranconis et de Boschit.

3536.

CHARTA QUA GISELBERTUS, COMES BERGAMENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PECIAM TERRÆ IN LOCO ET FUNDO MUNTICELLI, AD MONASTERIUM CONSTRUENDUM.

(Bibl. nat. or. 138; cop. 283-76; C. 89 [1].)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo nono, quarto decimo kalendas junii, indictione secunda, monasterio Sancti Petri, quod nuncupatur de Cluniago. Ego in Dei nomine Giselbertus, comes comitatus Pergamensis, et filius quondam Maginfredi, qui fuit comes, qui professus sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, offertor et donator ipsi monasterio, presens presentibus dixi : quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contullerit rebus, justa Auctoris vocem, in hoc seculo centuplum accipiet, insuper, et quod melius est, vitam possidebit ęternam; ideoque ego, qui supra Giselbertus, comes, dono, offero a presenti die in eodem monasterio Sancti Petri, pro annime mee conjugisque mee Mattildis ac meorum parentes in mercede, peciam unam de terra cujus pars est silva et frondaria, gerbus atque pratum sive collis, omnia in unum tenentia, per quam viam in parte curit, juris mei, quam habere viso sum in loco et fundo Munticelli, ipsius comitis, justa munta Montem Argoni, et jacet a locum qui sic nominatur Vooplano, et sunt ipse res inter omnes per mensuram justam jugera viginti legitima jugialia; coeret ad super totum ab una parte flumen, ab alia parte mihi reservo muntes isti Argon, a tercia parte Sancte Marie et

1079, 19 mai.

[1] Nous nous sommes aidé, pour la restitution de l'original de cette pièce, pleine de barbarismes et d'abréviations inusitées en France, de la copie qui s'en trouve dans C., au moins pour la première moitié; la seconde moitié a été fort abrégée par le scribe, à partir des mots : *Item juris mei, si ibi co*, etc.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Sancti Allexandri, ibique alii sunt coerentes. Super ipsam autem terram edificaturum vel constructurum est monasterium ad onorem Dei et beatorum apostolorum Pauli atque Petri, ad effundendas orationes pro annimabus omnium vivorum et mortuorum; atque etiam dono ac offero in ipso monasterio de teris arabilis juris mei, quas abere visus sum in loco et fundo Villa, et sunt per mensura justa jugera sedicim legiptima jugealiis; sive etiam dono et offero in prefacto monasterio decimam portionem de pascuis atque silvis communi, cum areis in quibus estant, item juris mei, quas abere visum sum in isto loco Munticelli, vel ad ipsa curte pertinet, omnia ipsa, decimam portione de predicto pasculo et silva in integro. Similiter dono et offero in eodem monasterio Sancti Petri manso uno in loco Camissiano, cum omnibus jure et usibus, et cumdiciis que ad ipsum mansum pertinet, similiter juris mei; et est ipso manso in una sorte conputum juges legiptimas decem. Sive etiam dono ego qui supra Giselbertus, comes, ad ipsum monasterio capella una, cum area et cimiterio et mansoras tres, et decima et omnia que ad ipsa capella pertinet, item juris mei, quas abere visi sum, in loco et fundo Umbriano, et est ipsa capella consecrata in honore sancti Petri, infra castro qui fuit de Umbriano, et est area ubi ipsa capella Sancti Petri, cum cimiterio insimul per mensura justa tabulas legiptimas octo. Similiter dono et offero ad ipsum monasterio, si amplius de jure quod nunc ipsa ecclesia Sancti Petri pertinet inventum fuerit, in isto loco Umbriano, in eadem offersione subjaceat. Atque etiam dono et offero ad ipsum monasterio servos quatuor, quorum nomina sunt : Petrus Bernacio dicitur, et Johannes, filio ejus, seu Martinus Infantulo, atque item Johannes de loco Paradego. Item juris mei, si ibi co[1] ipsi ali nomine no[n]cupantur natione eorum Italie, ut ita ipsa capella Sancti Petri dicitur, que est infra castro de isto loco Umbriano, sit in potestatem Sancti Pauli ad ordinamdum a parte ipso monasterio Sancti Petri de Cluniago, ut dictum est, ipsa pecia de terra in qua ipsum monasterium beatissimorum Pauli et Petri apostoli esse de-

[1] [Lisez : *si ibi ipsi alico nomine.*]

bet consecratum vel edificatum, sive ordinatum, seu cum capella, cum area, et cimiterio, siu cum silvis majoribus et minoribus, pratis, pascuis, ge[r]bis, seu terris arabelis, sive colle, rivis, rumpinis ac paludibus et piscationibus, coltis et incoltis, divisis et indivisis, una cum finibus, terminibus, accessionibus et usibus aquarum, aquarumque deductibus, cum omni jure et jacentiis et pertinentiis erarum per locas et vocabolas ad ipsas res pertinentibus, una cum ipsos servos et predictam decimam legitur in integrum. Quę autem ista pecia de terra cujus pars est silva et frondaria, ge[r]bis atque pratum sive tollas omni uno tenente, per qua via percurrit super ipsa, esse debet predicto monasterio Sancto apostolo Pauli et Petri, sive jam dictis omnibus rebus juris mei in easdem locas Munticelli, Vooplano villa, seu in Camisiano atque in Umbriano, vel in eorum territoriis supra nominatis, una cum accessionibus et ingresibus, seu superioribus et inferioribus earum rerum qualiter supra vel una cum prædictos servos et decimas in integrum, ab ac die in eodem monasterio Sancti Petri dono, cedo, confero, et per presentem cartam offersionis ibidem abendum confirmo, faciendum exinde a presenti die pars ipsius monasterii proprietario nomine ad eorum usu sunt, ut in ipsum monasterio Sancti Pauli monachi ordinatis fiant et fatias quę voluerit, sine omni mea et eredum meorum contradictione, atque per mercedem annime mee ęquidem, et espondeo atque promitto me ego qui supra Giselbertus, comes, una cum meis eredibus, a parte ipsius monasterii aut cui pars monasterio dederit, ista donatio qualis supra legitur in integrum ab omni homine defensare : quid si defendere non potuerimus, aut si pars ipsius monasterii exinde aliquid per covis ingenium subtragere quesierimus, tunc in duplum eadem res omnes a parte jam dicti monasterii aut cui pars ipsius monasterii dederit restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis aut valuerint sub estimatione in consimilibus locis. Anc enim cartam offersionis pagine Erlembaldi, notarii sacri palacii, tradidit et scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque obtoli roborandum. Actum infra castro Sintino feliciter. Signum manus isto Giselberti, comes, qui anc cartam offersionis fieri

rogavi, ut supra. Signum manibus Lanfra[n]ci et Alberici seu Ambrosii testes. Ego Petrus judex interfui et subscripsi. Ego qui supra Erlembaldus, notarius sacri palacii, scriptor hujus carte offersionis, post tradita complevi et dedi.

(*Au dos :*) Carta Gisleberti comitis Pergamensis, de Longobard[ia].

3537.

CHARTA QUA JOSCERANNUS ET UXOR EJUS ODILA, MONACHICUM HABITUM SUSCIPIENTES, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS VARENNAS, VARENETIS, ETC.

(B. h. 331, CCCXXXII.)

1079, 25 mai (?).

Notum sit presentibus et futuris [1], quod ego Jodhserannus et uxor mea Odila, audientes Dominum dicentem in Evangelio : « Date helemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis »; et in alio loco : « Nisi « quis renunciaverit omnibus quę possidet, non potest meus esse disci« pulus [2] »; renunciamus mundo et omnibus pompis ejus, reminiscentes enormitatem peccatorum nostrorum et suscipimus gaudentes sanctæ religionis habitum, secundum regulam Sancti Benedicti, in loco qui dicitur Cluniacus, ubi domnus Hugo abba preesse et prodesse pariter videtur. Ideoque concedimus et tradimus Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et fratribus in predicto loco Deo servientibus, aliquid de hereditate nostra, pro remissione peccatorum nostrorum seu parentum nostrorum vivorum ac defunctorum. Volumus autem notificare quod ipsa hereditas accidit nobis ex parte uxoris meę, quam sibi dedit pater suus Oddo et mater sua Engelburda hereditario jure. In episcopatu vero Lugdunensi hæc hereditas habetur, videlicet in villa Varennas vocatur; damus quicquid ibi habemus in ecclesia, sive in terra, sive in servis et ancillis; similiter in Varenetis quicquid ibi habemus, sive in terra, sive in servis, seu in molendinis; in Mastriniaco vero quicquid ibi habere videmur; in Bosserolas quic-

[1] [L'épacte, l'indiction et l'année du règne se rapportant à l'année 1079, nous sommes obligé de corriger l'année de l'Incarnation et de dater la charte de 1079.]

[2] [*Evang. sec. Lucam*, XIV, 33.]

quid ibi habere videmur; in alia villa quę vulgo dicitur Fores mansum Tettardi; in villa quę Altus Mons dicitur mansum unum; item in villa cui dicitur Vilared duos videlicet mansos et unum molendinum, et quicquid ibi habemus, sive in campis, sive in silvis. Itidem in villa Domni Martini, mansum Oldefredi et quicquid ibi habemus; mansum vero de Vilare Puteth; in territorio vero Vensonticensi[1] terciam partem æcclesiæ, in villa quę dicitur Alfey. Filii Jozeranni, Jozerannus videlicet et Guido, Dei, et sancti Petri et domni Hugonis abbatis potestati se attribuerunt, eo videlicet tenore, ut si uterque vel eorum alteruter sine filio moreretur, hereditas Dei et Sancti Petri post eorum discessum haberetur. Ut hoc inconvulsum et firmum maneat in perpetuum, confirmamus testificatione testium. S. Jozeranni, qui hoc donum fecit, et uxoris ejus Odile. S. Jozeranni, filii ejus. S. Vuidonis. Si quis autem huic dono calumpniam inferre voluerit, iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli super se provocet, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit. Actum est hoc apud Cluniacum VIII kalendas junii, anno incarnationis Dominicæ M LXX VIII, æpacta XV, indictione II, presidente romanæ ecclesiæ apostolico domno Gregorio VII[2], regnante Francorum rege Philippo, anno XVIIII regni ejus.

3538.

CHARTA QUA SIGALDUS, FILIUS NARDUINI DE SARERAS, SUMENS HABITUM SANCTI BENEDICTI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS MICIACO, CHLIGER, ETC.

(B. h. 505, DVIII.)

Notum sit presentibus et futuris mortalibus, quod ego Sigaldus, filius Narduini de Sareras, reminiscens enormitatem peccatorum meorum, et audiens Dominum dicentem in Evangelio : « Date elemosinam « et ecce omnia munda sunt vobis », et alibi : « Nisi quis renuntiaverit « omnibus quę possidet, non potest esse meus discipulus »; ideo ego renuntio mundo et omnibus pompis ejus, et gaudens suscipio sanctę 1079 (?), 28 juillet.

[1] *Vesontinensi.* — [2] [Le manuscrit porte, à tort, *VIIII.*]

religionis habitum secundum regulam Sancti Benedicti, in loco qui vocatur Cluniacus, ubi donnus abba Hugo magis videtur prodesse quam preesse; ideoque concedo et trado Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et fratribus in predicto loco Deo servientibus, aliquid de hereditate mea, quę obvenit mihi ex parte matris meę Eufemie : hoc est in villa Miciaco unum mansum et omnia quę ad ipsum pertinent, in vineis, campis, pratis, silvis; in villa Chliger unum mansum in loco qui vocatur ad Fontana Oisaini et omnia quę ad ipsum pertinent; in villa Bruelis unum mansum et omnia quę ad ipsum pertinent; similiter in ipsa villa medietatem unius prati quod habebam cum Sigaldo consobrino meo; in eadem villa, terra de Labalosa, et boscum de Tremblet, meam partem; in villa Montari unum mansum et omnia quę ad ipsum pertinent; in boscum de Grangas meam partem quam ibi habebam; in boscum de Cenva omnia quę ibi habebam. Firmatores istius cartę sunt fratres mei Stephanus et Gausmarus. Et ideo ego Sigaldus consentio eis duos manso[s] de hereditate mea in villa Sareras in vita illorum, et post mortem eorum revertantur ad sanctos apostolos Petrum et Paulum et ad locum Cluniacum. In tali ergo tenore consentio eis istos duos mansos, ut omnia quę suprascripta sunt ore laudent et manibus confirment. S. Sigaldi, qui donavit et ipse firmavit. S. Stephani et Gausmari, fratrum ejus. S. Gausceranni avunculi ejus. S. Rannaldi consobrini ejus. S. Arlebaldi, prepositi de Cavinias. S. Udalrici Barbut prepositi. S. Sigaldi consobrini ejusdem[1]. S. Arduini consobrini ejus[2]. S. Hysnardi. S. Nazareę, uxoris patris ejus[3]. S. Udalrici, matricularii ęcclesię de Gliget. S. Ildini et Heldradi de Buchec. Si quis autem huic dono calumpniam inferre voluerit, iram omnipotentis Dei incurrat, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit. Actum apud Cluniacum, v kalendas augusti, anno incarnationis dominicę MLXXVIII[I][4], epacta XV, indictione II, presidente in ęcclesia

[1], [2], [3] Il y a dans le manuscrit un signe qui renvoie à la première signature, celle du donateur, afin qu'il n'y ait pas de confusion dans la qualité qu'on donne à ces trois signataires. Les deux premiers sont les cousins, et la troisième est la belle-mère du donateur.

[4] Le cartulaire porte 1078; mais l'épacte

romana apostolico donno Gregorio VII[1], regnante in Fra[n]cia rege Philipo, anno XIX regni ejus. Omnia hęc quę in ista carta scripta sunt, sita sunt in episcopatu Matiscensi.

3539.

PRÆCEPTUM PHILIPPI, REGIS FRANCORUM, QUO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI LOCUM SANCTI MARTINI AD CAMPOS.

(Bibl. nat. or. 139; B. h. 71, E. 178[2]; lat. nouv. acq. 1359, f° 5 v°[3].)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Noverint cuncti fideles sanctæ Dei æcclesiæ, quod ego, gratia Dei rex Francorum, Phylippus nomine, dono et concedo Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, in manu domni Hugonis abbatis et omnium abbatum qui in eodem loco futuri sunt post eum in æternum, locum qui dicitur Sancti Martini ad Campos, quem pater meus Hainricus[4] fundavit, ut habeant et possideant in perpetuum cum omnibus apendiciis ad eundem locum pertinentibus, [id est terris, vineis,][5] sicut Engelardus abbas possedit

1079, avant le 29 août.

et l'indiction prouvent qu'il faut lire 1079. La date du règne concorde aussi, si on le fait partir du 29 août 1060.

[1] Le manuscrit porte par erreur *VIIII*.

[2] Cet acte a été imprimé dans plusieurs ouvrages, particulièrement dans la *Bibl. Clun.*, p. 527, mais d'après la copie défectueuse de E. — M. Delisle qualifie notre texte de «ancienne copie». On en trouve une autre copie insérée dans une lettre d'Alexandre IV, datée de Latran le 21 janvier 1256. (Bibl. nat., fonds latin 17088, n° 1. Delisle, *Fonds de Cluni*, p. 248.)

[3] Ce précieux manuscrit, du milieu du XIII[e] siècle, est orné de curieuses miniatures, il renferme les chartes de fondation du prieuré de Saint-Martin-des-Champs, auquel il appartenait; la Bibliothèque nationale l'a acquis, par échange, de la bibliothèque de Copenhague, en 1878.

[4] La première lettre de ce mot a été figurée après coup sous forme d'accent dur. B. et 1359, *Heinricus*.

La charte originale de la fondation de S[t]-Martin-des-Champs par le roi Henri I[er] en 1060, a été imprimée plusieurs fois et notamment par D. Marrier, *Martiniana*, Paris, 1606, fol. 10-12, et dans l'ouvrage intitulé : *Monasterii regalis S. M. de Campis Par. ordin. Cluniac. historia*, par le même, p. 4. Il y en a une copie imprimée dans la collection de Bourgogne, t. LXXXVI, p. 3.

[5] Les mots placés entre crochets ne sont pas au n° 139 où on a effacé quelques mots, mais ils sont dans B. et 1359.

in vita patris mei et in tempore meo, salva subtectione[1] debita sanctę matris æcclesiæ Parisiacensis. Facio autem hanc donationem pro remissione peccatorum meorum et genitoris genitricisque meę et omnium regum Francorum antecessorum meorum, ut cum omni libertate et quiete absque ulla calumpnia alicujus viventis personę vel potestate prefatus locus Cluniacus possideat, ut Deus omnipotens, intervenientibus beatis apostolis suis Petro et Paulo, regnum et vitam nostram cum pace et tranquillitate disponat in presenti seculo, et in futuro sempiterna gaudia concedat. Ut autem hec donatio firma et stabilis atque inconvulsa permaneat, hoc preceptum manu propria firmo et corroboro ac sigillo proprio sigillare precipio testibusque firmandam trado. Signum Phylippi regis Francorum. Si quis autem hoc donum vel preceptum calumpniari temptaverit, iram omnipotentis Dei et omnium sanctorum ejus incurrat, et insuper regia potestate constrictus, vendicare nequeat quod reppetit, usque dum a calumpnia recedat. S. Aguanonis, Eduhensis episcopi. Signum comitis Rainaldi de Nivernis[2]. S. Rotberti de Alliaco. S. Gautheni[3] de Clamiciaco. S. Ebonis de Montecelso. Hujus ręi testes sunt et confirmatores canonici ipsius loci : Gausfredus[4] prior, Eustachius, Gislebertus, Daimbertus, Gauterius II[5], Minardus, Guoisbertus, Malfredus, Bernardus, Ugo, Rotbertus, Araudus[6]. Hactum publice apud Sanctum Benedictum de Floriaco, anno incarnati Verbi millesimo LXX VIIII, anno regni nostri XVIIII[7]. Ego Gislebertus, ad vicem Rotgerii cancellarii, relegendo subscripsi. (*Chrisme. — Monogramme du roi.*)

[1] Le cartul. porte *subgectione*. Sur le n° 139 on a corrigé la quatrième lettre pour y substituer un *t*. 1359, *subjectione*.

[2] La *Bibl. Clun.* ajoute ici : *S. Rotberti dapiferi*, qui ne se trouve ni dans le n° 139, ni dans B., ni dans E.

[3] [1359. *Walteri*.]

[4] [*Goisfredus*. 1359, *Goitfredus*.]

[5] [Lisez *Gauterii II*ᵃ comme dans B. 1359, *Walterii II*°.]

[6] [B. *Arraudus*. 1359, *Arraldus*.]

[7] E. porte XVIII, mais à tort.

3540.

PRÆCEPTUM ADEFONSI, HISPANIARUM REGIS, QUO MONASTERIUM SANCTÆ MARIÆ DE NAZARA MONACHIS CLUNIACENSIBUS CONFERT.

(Bibl. nat. cop. 283-83; C. 107[1].)

In nomine Patris et Filii videlicet et Spiritus sancti, uni Deo in Trinitate conregnanti, per numquam finienda secula seculorum. Amen. Dum homo in interioribus archana[2] cogitans quatenus agere studeat unde omnipotentem Dominum sibi placari queat, illi soli gratię referende sunt, a quo omne bonum collatum esse dignoscitur, dum licuerit cuilibet perficere quod recto animo cogitaverit, videat homo et solerti mente evigilare procuret, ne de factis pravis suis elationis ruinam incurrat, aut, quod deterior est, deficiens penitendo quod fecit et pro benedictionem duplicem animę suę adquirat condempnationem, quoniam non inchoantibus sed perseverantibus coronam bone retributionis adtribuitur. Nunc denique cognoscendo hec, ego Aldefonsus[3], divina gratia imperator totius Hispanię, elegi, inspirante Deo, ex quo accepi a Domino pro salute anime meę, ut humiliter offeram Domino, non ut rem infringam quod feci, quod nefas est dicere, sed pravitatis mee factis in cunctis decerno munere stabilitum ut in exitum premium[4] obtineam beatum; et ideo ego jam dictus Adefonsus imperator, sicut dixi, propter ęternam retributionem, facio vobis patronibus meis, sanctis videlicet Petro et Paulo gloriosissimis apostolis, quorum reliquię[5] recondite esse creduntur in locum quorum basilica cernitur esse fundata, quod dicitur Cluniacus et domno Hugoni, abbati et fratribus qui sub ejus regimine constituti sunt, tam etiam his qui hic sunt per-

1079, 3 septembre.

[1] La copie de l'original est si barbare et renferme tant de mots illisibles que nous croyons devoir donner ici la copie de C., modernisée, il est vrai, mais exacte au fond. Nous signalerons seulement les différences sensibles.

[2] [Cop. d'orig., *arcanibus* pour *arcanis*.]

[3] Cop. d'orig. *Adefonsus*, ici et plus bas.

[4] Ibid., *eternum premium*.

[5] [Une note en marge du manuscrit indique que ces reliques furent visitées, lors de la réparation du grand autel, en présence de l'abbé Odon II ou Ode de la Perrière, l'an 1451.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

mansuri, quam etiam aliis qui regulam Sancti Benedicti observaverint, concedo atque offero unum monasterium meum, quod mihi ex parte antedecessorum meorum hereditario jure et juste usque ad me descendit[1], et vocitatur Sancta Maria in Nazara, subter illum castrum quod est juxta ipsam viam que ducit apud Sanctum Jacobum. Et iterum illi offero ex hoc quod habeo[2] accepi, sicut propheta nos ammonet dicens : « Vo- « vete et reddite Domino Deo vestro »; iccirco offero per hujus testamenti vigorem jam dictum monasterium Sanctę Marię, ut dehinc cum omni quiete possideatis cum omnibus villulis vel villas, tam eremas quam et populatas; sicut sonant vel continentur in susscriptis, ex integro, tamquam Ganabit usque Moeriam, et[3] Ganaberit vobis offero. Ita concedo vobis ipsum monasterium jam dictum Sanctę Marię cum omnibus adjacentiis vel adprestationibus suis, domos videlicet, vineas, terras cultas vel barbaras, montes, aquas cum aqueductibus[4] suis, cum exitibus et regressibus earum rerum, per suis locis, tam antiquioribus terminibus, seu cum omni sua pertinentia, cum hominibus ibi habitantibus vel qui ibi habitaturi sunt et qui ad vestram concurrunt ordinationem, et qui in cunctis vestram[5] adimplent jussionem, et non permitto scurro fisci regali[6] qui ibidem disturbationem faciat, nec modice, nec contaminetur eorum januas, non pro rausso[7], non pro homicidio, non pro fossadaria, non pro ullo usu[8] vel regali calumpnia aut servitio, sed liberum et intemeratum eum vobis concedo propter remedium animę meę vel parentum meorum, ut Dominus tribuat nobis beatam vitam et requiem sempiternam. Hec omnia quidem offero per hujus testamenti vigorem atque possidendum esse concedo pro victu atque vestitu servorum Dei in ipso monasterio Deo servientium vel in elemosinis pauperum ospitumque et

[1] Cop. d'orig. : « ex parti meum . . . per chalengum ex successione abiorum meorum. »

[2] [Lisez *ab eo*.]

[3] Cop. d'orig. ajoute ici : « qui post mo « dum . . . »

[4] Cop. d'orig. *eductibus*.

[5] Ibid., *usitatam*.

[6] Cop. d'orig. *scuiro ficxi rekali*. *Scurro*, comme *Scurra*. Voy. Du Cange, hoc verbo.

[7] Voy. Du Cange au mot *Rausus*.

[8] Cop. d'orig. *jussu*.

peregrinorum. Et nunquam hoc factum meum a me vel ab aliquo meorum sit violatum, disruptumve aut contaminatum, ita ut ab hoc die et tempore ipsum monasterium cum omnia bona sua, sicut suprascriptum est, de meo jure regali sit deletum [1], et in vestro dominio redactum et confirmatum, et quicumque post me in hoc regno successerit, et istum testamentum infringere temptaverit [2], sive rex, sive comes, aut qualibet potestas, quecumque sit, sit ille Deo reus et a communione omnium fidelium extraneus et a corpore Domini nostri privatus per longum tempus, id est per omnia secula et cum Juda Domini proditore, simili dampno et pena multetur, et hoc meum [testamentum [3]] semper maneat firmissimum. Factum seriem testamenti paginolam sub die quod est [4] III° nonas septempbris, era T C XVII [5]. Ego Aldefonsus, divina gratia imperator Ispanię, vobis patronibus meis P[etro] necnon et P[aulo] sive domno Hugoni [6] abbati et cuncte Cluniacensi congregationi, in hoc testamento quod fieri jussi et relegente audivi, manu mea signum injeci (*Monogramme* [7]). Sub Christi nomine, Ielvira [8], proles magni imperatoris Fredenandi et gloriosi principis et Sanctię regine filia, confirmavi (*Monogramme*). Ranemirus [9], Garsie regis filius, confirmavi. Sub Dei timore, Ermensinda [10], G[arsie] regis filia, confirmavi. Sub ejus auxilio, Scenna [11], soror ejusdem, confirmavi. Ineffabilis misericordia Christi Pelagius, Legionensis episcopus, confirmavi. Sub Christi timore, Bernardus, Palatine [12] sedis episcopus, confirmavi. Sub Dei nomine, Scenerus [13], Burgensis episcopus, confirmavi. Comes Moninus Gunsulbiz [14] confirmavi. Comite Gunsalbus Sal-

[1] Cop. d'orig., *rekale abraso.*

[2] Ibid., *de meo jure conaberit.*

[3] [Mot fourni par la copie d'orig.]

[4] [C. porte *eri.*]

[5] [Lisez Mª CXVII. Cf. 2891.]

[6] Cop. d'orig., *Hugonius.*

[7] [Ces monogrammes ne sont figurés que dans la copie de L. de Barive.]

[8] Elvire, fille de Ferdinand et de dom Sanche, et sœur du roi Alphonse.

[9] Ce signataire a été omis dans la copie d'original; mais il s'y en trouve un autre avec lequel il a peut-être été confondu, à cause de la ressemblance du nom : « Adefonsus Ramirus notuit (?) et confirmavit. »

[10] Cop. d'orig. *Ermesindu.*

[11] Ibid., *Scemena.*

[12] Ibid., *nomine. . . Palentine.*

[13] Ibid., *amore Scemenus.*

[14] [Ibid., *Monino Gonsalvis.*]

vatoriz confirmavi. Comes Petrus Asuriz[1] confirmavi. Senior Didacus Albarez[2] confirmavi. Senior Sceneno Furtunionis[3] confirmavi. Didagus Gunsalbiz[4] confirmavi. Rodericus Gunsulbiz confirmavi[5]. Comes Didagus Assuriz[6] confirmavi. Comes Martinus Adfonsa[7] confirmavi. Fredinandus Verenadiz[8] confirmavi. Pelagius[9] Gomiz confirmavi. Item Pelagius Vellidiz[10], major in domo regis, confirmavi. Petrus Johannes, majorinus hic in Nazara, et Locronius[11] et Calagorra, confirmaverunt[12].

3541.

CHARTA QUA RAIMUNDUS FULCONIS VICECOMES [CARDONENSIS] ET FRATER EJUS FULCO ARCHIDIACONUS, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM CASTRI NOMINE SERRIS.

(B. h. 86.)

1079, 25 novembre.

In nomine sanctę et individue Trinitatis. Ego Raimundus Fulconis, fraterque meus Fulco archidiaconus, uxor etiam mea Ermesindis, notum fieri volumus tam presentibus quam futuris omnibus sanctę Dei ęcclesię cultoribus et catholicis viris, quod ea quę in transitoria et seculari vita gesseramus recolentes, et ut quemque fidelem decet christianum ad memoriam reducentes, intelleximus nos in multis graviter deliquisse et eum, cui a nobis de omnibus male gestis districto judicio ratio erat reddenda, modis pluribus offendisse; communi igitur consilio volentes illatas ei offensiones placare, constituimus ei de nostro communi partem aliquam exhibere. Habebamus autem ęcclesiam in loco qui dicitur Castrum Serris, quam ad salutem animarum nostrarum et ad peccatorum nostrorum remedium, in honore a nobis offensi creatoris beatis apostolis Petro et Paulo, domno etiam Hu-

[1] Cop. d'orig., *Assuris.*
[2] Ibid., *Didago Alvares.*
[3] Ibid., *Scemeno Fortunionis.*
[4] Ibid., *Didago Gonsalvis.*
[5] Au lieu de cette signature, nous trouvons celle-ci dans la copie d'orig., mais avant celles des comtes : « Rodrigo Gonsalvis, armiger regis. »
[6] Cop. d'orig., *Asturiis* (pour *Assuris?*).
[7] Ibid., *Muretino Adfonsis.*
[8] Ibid., *Verenadis.* On a vu ci-dessus n° 3507, *D. Fredinandus Veremudis.*
[9] Ibid., *Pelaio Gomis.*
[10] Ibid., *Pelaio Vellidis.*
[11] [Ibid., *Locronio.*]
[12] [Lisez *confirmavit.*]

goni, abbati Cluniacensi, ejusque successoribus, fratribus insuper Cluniaci Deo servientibus, cum omnibus ejus apendiciis, cum eis videlicet quę tunc temporis habebat, quęque in futuro adquisitura erat, concessimus, ut haberent et in perpetuum, absquę ullius successoris nostri calumpnia, tenerent, eo videlicet tenore, ut fratres ibi aliquod ponerentur qui monachorum regulam observarent et ordinem Beati Benedicti et Cluniacensis ęcclesię pro fratrum modulo tenerent, pro nobis etiam Deum aliquando, ut nobis misereretur, pro posse interpellarent Ut ergo ista donatio rata et sine termino inconvulsa habeatur, subscripsimus utrumque et donationis testes et de donatione facti privilegii idoneos corroboratores. Privilegium factum corroboravi in primis manu mea signum meum inscribens, ego Raimundus Fulconis vicecomes; corroboravit et frater meus Fulco archidiaconus; uxor etiam mea Ermessindis, punctum laudationis imprimens corroboravit; apposuit et signum Berengarius, Ausonensis episcopus. Super his aposuerunt corroborationis signa amici et fideles nostri, clerici et laici. Actum est hoc apud Cluniacum, VII kal. decembris, anno incarnationis Dominicę M LXX VIIII, indictione II, epacta XXVI[1], regnante rege Philippo anno XX. Fulco archidiaconus †. Raimundus vicecomes †. Ermessindis vicecomitissa †. Ego Wilelmus diaconus precepto Fulconis archidiaconi scripsi et subscripsi.

3542.

CHARTA QUA WIGO, ALBIONIS COMES, CONCEDIT MONASTERIO CLUNIACENSI ET LOCO MANTUÆ CAPELLAM DE MURATIO ET ECCLESIAM SANCTI PREJECTI IN CUMBIS.

(Bibl. nat. or. 140; cop. 283-82; B. h. 126, CXXVIII.)

Notum sit omnibus fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Wigo, Dei indultu, oppidi Albionis comes, capellam de Muracio et ecclesiam Sancti Pręjecti, que sita est in Cumbis, omniaque ad illas intus vel foris pertinentia [cum[2]] vineis, terris, pratis, aquis et silvis, 1079.

[1] Cette épacte correspond à l'année 1080. — [2] [Ce mot se trouve dans B.]

culta et inculta, quę huc usque jure hereditario posidere videor, beatorum apostolorum Petri et Pauli ecclesię Cluniacensi, ad locum Mantuę[1], cui donnus abba Ugo non tam preesse quam prodesse videtur, pro remedio animę meę parentumque meorum, in posterum abendum concedo, et in potestatem ipsius predicti Ugonis abbatis transfundo. Si quis autem huic meę oblationi in aliquo contradixerit, æterni regis iram incurrat, et in igne diabolo et angelis ejus preparato sine fine ardeat. Facio autem hoc astipulacione et auctoramento fratris mei Guigonis, cognomento Raimundi, Richardi, Armannique, qui per me tenere videbantur, parentumque eorum et ali[or]um legalium virorum meorum, quorum hęc sunt nomina: Gosfredus de Murencio, Artaldus de Roscilione, Bermundus de Orel, Atenus de Toli, Eitur de Cassanalio, Antelmus de Muracio, Elisiardus, Garnerius. Anno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi millesimo[2] septuagessimo nono, indictione IIª.

(*Au dos:*) Carta Wigonis, comitis Albionis, de ecclesia de Muratia.

3543.

CHARTA QUA PETRUS DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE GRACIAGO QUARTAM PARTEM VILLÆ QUÆ DICITUR LACHALM.

(Bibl. nat. cop. 32-53.)

[1079], octobre.

Sacrosancta Dei ecclesia, que est constructa vel edificata in pago Velavense[3], in aice Bassense, in villa que vocabulum est Gra[ciago], quia ipse est ecclesia constructa in onore Domini nostri Jesu Christi et beati Petri apostoli, hubi monachi Cluniacensi serviunt Deo. Ob hoc igitur ego, in Dei nomen, Petrus, cogitans [de Dei misericor]dia, pro amore Domini nostri Jesu Christi, et pro redemptione anime mee, et patrem meum et matrem meam vel parentorum meorumque, ut Dominus noster Jesus Christus peccata nostra dimittere [dignetur]... de ereditate mea que mihi legibus obvenit, quia ipsa est hereditas in

[1] *Mantula* et *Menthula. Bibl. Cl.*, c. 1283 et 1727. Vulgo *Menthe* ou mieux *Mantoz.*

[2] [La lettre M° a été ajoutée après coup.]

[3] La copie porte *Utlavense.*

pago Velavense[1], in aice de Lapte[2], in villa que dicitur Lachalm : hoc est quarta parte de uno masso dono ad Sancto Petro et ad altare de Cluniaco et ad monachos de illo loco, de bona voluntate. Sane et si ullus homo est, qui carta ista inquietare vel presumsere voluerit, non vindicet, sed cum ira Dei omnipotentis incurrat; et cum Datan et Abiron participationem abeat, et cum Juda traditore Domini in infernum sit demergatus, et a memoriam non perveniat ante Dominum. Facta carta ista die sabato, in mense octuber, tempore regnante Filipo rege. S. Petrus, qui carta ista fiere et firmare in presente rogavit manu sua firma. S. Renconi. S. Silvioni et alius Silvius[3].

(*Au dos :*) Carta in villa que dicitur Lachalm.

3544.

CHARTA QUA WILLELMUS DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE GRACIAGO CABANARIAM QUÆ EST IN FAGETA.

(Bibl. nat. cop. 32-55.)

Quoniam remissio peccatorum in elemosinis constat, dicente Do- 1079.
mino : « Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis », et quia : « Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum »; ego Wilgelmus a vitiis cogitans et de peccatis meis, ut Deus omnipotens indulgeat mihi in futuro seculo, in obitu meo, dedi in elemosinam in monasterio Cluniaco, in obedientia Sancti Petri que dicitur Graciago, domno abbati Ugoni et monachis suis, ut habeant et possideant usque in finem sine ulla querela, cabanariam unam in villa que vocatur Fageta, prope castrum Sexagum, in presentia domni Martini decani. Sane si quis homo hanc donationem contradicere voluit, non valeat, sed componat in vinculo pro hoc libram auri unam; et insuper sit excommunicatus et condempnatus in infernum, cum Datan et Abiron et cum Juda traditore Domini, nisi resipiscat et ad emenda-

[1] L. de Barive a lu *Ullavense.*

[2] [L. de Barive a lu, à tort, *de Capte.*]

[3] La date de cet acte est établie d'après celle des deux pièces suivantes, qui étaient du même temps, suivant l'appréciation de Lambert de Barive.

tionem perveniat. Wilgelmus Aiton firmavit, alius Wilgelmus scraor[1] castri firmavit, Bertrannus firmavit, Ebraldus firmavit. Est autem scripta hec carta in predicta obedientia Sancti Petri Graciago, anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo nono, indictione tercia[2], regnante Philippo rege Francorum.

(*Au dos :*) Carta de cabanaria que est in Fageta.

3545.

CHARTA QUA GERINUS ET GUILLELMUS ACULEUS DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DE GRACIAGO VILLAM QUAM VOCANT FABRIGAS.

(Bibl. nat. cop. 32-57.)

1079. Omnis[3] qui vult res suas in alterius transducere potestatem, debet hoc facere aut jurecessione aut stipulatione aut censu voluntario. Quapropter ego Gerinus cogitans de salute anime mee, dedi jure hereditario in monasterio Cluniaco domno abbati Ugoni et monachis suis, partem meam, id [est] dimidiam villam, que vocatur Fabrigas, ut habeant eam et possideant ipsi et successores eorum, sine ulla interpellatione hominum usque in finem seculi. Census autem ipsius ville talis est : in Kalendis, sex denarii et unam optimam primam de carne, et unum panem segalacium, et unum sextarium de vino, et unum sextarium de civada; in quadragesima vero incohenda, unum caponem; in madio, sex denarii et duos agnos; in messionibus, sex denarii et unum porcum de sex denariis, et quartum de terra et prandium plenum quando accipient ipsum quartum. Firmatores : S. Autei et nepotis ejus. S. Amicus. S. Wido Arbertus. S. Stephanus. Alius vero miles qui erat heres ipsius ville, nomine Guilgelmus Aculeus, similiter dedit aliam dimidiam partem pro remedio anime sue predicto monasterio Cluniaco, domno abbati Ugoni et monachis suis in eadem conventione; de que[4] parte talis census exit qualis de altera. Firmatores fuerunt isti : S. Arnaldi canonici. S. Joceranni, nepotis ejusdem Wil-

[1] [Mauvaise lecture : *Senior?*]
[2] [Il faudrait *secunda.*]
[3] [Ce mot est précédé du chrisme.]
[4] [Lisez *qua.*]

gelmi. S. Wilgelmi Aitomi. Hec autem carta servata est in obedientia Sancti Petri, qui vocatur Graciago, anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo nono, indiccione tercia[1], regnante rege Philippo Francorum. Qui eam laudaverit, benedicatur a Domino; qui vero contradixerit, sit maledictus et excommunicatus, et perveniat usque in profundum infernum, et maneat cum Datan et Abiron atque cum Juda, traditore Domini, habeat porcionem, nisi ad emendationem perveniat.

(*Au dos:*) Carta de Fabrigas.

3546.

CHARTA QUA HUGO, TRECASSINENSIS EPISCOPUS, NOTUM FACIT SE, PRECANTE FREDERICO MILITE, ECCLESIAM DE WAIA MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 30[2].)

Ego, in Dei nomine, Hugo, Trecassinę ęcclesię nominatus epi- 1079.
scopus[3], atque universus clerus ejusdem ęcclesię, sub nostro ducatu cęlesti regi militans, omnibus ubique fidelibus, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus, quia Fredericus miles presentiam nostram adiit, postulans quatinus ęcclesiam Waię[4], quę nostrę dioceseos erat atque altare Cesannę, quantum ipse in dominio habebat, seculari conditione liberaremus, et ad serviendum inibi Deo monachis ęcclesię Cluniacensis tranquilla et quieta redderemus. Nos vero communi utilitati consulendo et in posterum previdentes, adquievimus saluberrimę peticioni ejus, cupientes beneficiorum Sancti Petri atque elemosinarum justorum fieri participes, redditis prius nobis quęcumque supradicti militis juris fuerant, salvis quoque omnibus quę sunt pontificalis dictionis, synodis dico et paratis, cęterisque nihilominus quę antecessores nostri ęcclesiastico jure tenuisse noscuntur; et ut monachi inibi servientes aut servituri subjectionem katholicę debitam episcopis red-

[1] [Même remarque qu'au numéro précédent.]

[2] Publiée dans le *Gall. christ.*, t. XII, instr. col. 253.

[3] [Hugues II, de la maison de Dampierre.]

[4] C'est l'acte de fondation du prieuré, depuis doyenné, de Notre-Dame de Gaye.

IMPRIMERIE NATIONALE.

dere procurarent. Igitur concessimus eis totam supradictam ęcclesiam, excepta sexta parte corporis ęcclesię, annuentibus dominis Ansoaldo scilicet atque Galgero, quorum beneficium erat; reliquam vero partem itidem donare molimur, si prius pacifice adquirere poterimus. Altaris vero supradicti illud totum quod in Domino presentialiter habemus perpetua largitione tradimus, annuentibus dominis Warnerio et Gotifrido, de quibus tenere videmur; cęterum quod restat, si possibilitas adquirendi fuerit, similiter donamus. Istis denique ego Fredericus addo etiam totam medietatem prediorum meorum. Denique pro talibus donis ego Hugo episcopus, consentiente toto clero nostro, ęcclesiam supradictam et monachos in ea habitantes ab omni laica inquietudine inmunes fore sancimus, atque anathemate prohibemus, ita ut nulli mortalium obnoxii maneant, nullumque carnale servicium exhibeant, preter orationes et elemosinas et ea quę ad salutem animarum pertineant. Actum Trecis publice, in capitulo Sancti Petri, ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M et LXX nono anno, regnante in cęlis Domino nostro Jesu Christo, sedente Gregorio papa in Romana cathedra, incubante Phylippo rege in Gallia, tenente Tetbaldo comite Trecas[1], Hugone secundo ejusdem urbis episcopo. Sunt autem testes hujus cautionis, Gosbertus archidiaconus, Nocherus archidiaconus, Stephanus prepositus, Arnulfus cantor, Winencus prepositus, Hugo et Petrus servientes, Hildebertus decanus, idem Fredericus, cujus fuit donum. Ego Giraldus propria manu scripsi. S. Hugonis episcopi. S. Odonis decani.

3547.

CHARTA QUA RAIMUNDUS, ANNUENTE RAINERIO AURELIANENSI EPISCOPO, DIMITTIT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAS CANNAVERIAM ET MANSIUMCELLAS, QUAS AVUNCULUS SUUS INGELBALDUS MONACHIS PONTIS UNSANTIÆ ET CLUNIACI DEDERAT.

(B. h. 93 [2].)

1079-1080. In Christi nomine. Ego Raimundus, qui benefitium ex rebus Sanctę

[1] [Thibault I, comte de Champagne.]

[2] Une copie de cet acte, tiré du cartulaire de Sainte-Croix d'Orléans, se trouve dans la Collection des chartes et diplômes, t. XXXI, f° 86. Nous indiquons ci-dessous les variantes qu'elle offre.

Crucis per largitionem domni Rainerii, episcopi Aurelian[ens]is, teneo, notum esse volo cunctis fidelibus sanctę Dei ęcclesię curam gerentibus, quia postulaverunt me monachi Cluniacensis monasterii, ut eis terram quę dicitur Cannaveria et aliam terram quam Mansiumcellas[1] vocant, quas avunculus meus Ingelbaldus Sancto Petro Cluniacensi et monachis qui in loco qui dicitur apud Pontem Unsantię deserviunt, cum omnibus apendiciis suis, reliquerat[2], pro redemptione animę ejusdem avunculi mei et matris suę et meę, et ut domnum Girardum monacum faciant concedo, et concedente domno R[ainerio], Aurelianensi episcopo, cujus largitione prefatum benefitium habebam, ceterisque parentibus et amicis meis concedentibus, sicut petierant, voluntati eorum concessi, eo pacto ut uno quoque anno, in festivitate Sanctę Crucis, quę est in maio, prefati monasterii monachi episcopo Sanctę Crucis[3] libram unam cerę pro recognitione exsolvant. Quod si in prefata cera reddenda tardi extiterint, postmodum reddant, et rem suam non perdant. Hęc vero cartula, ut sit firmior, manu propria subterfirmavi. S. Rainerii, Aurelianensis episcopi. S. Hilgodi decani. S. Hugonis precentoris. S. Renchonis subdecani. S. Mauritii archidiaconi. S. Johanni[4] archidiaconi. Datum Aurelianis publice, anno Philippi regis xx°. S. Odonis cancellarii.

3548.

CHARTA QUA ALBERTUS, FILIUS QUONDAM ARIPRANDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PECIAM DE TERRA IN QUA ÆDIFICIUM EST INCEPTUM AD MONASTERIUM FACIENDUM, IN VILLA FONTANELLA.

(Bibl. nat. cop. 32-249; C. 83[5].)

Anno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo, terciodecim[o] die mensis januarii, indictione tercia, monestério Sancti Petri qui dicitur de Cluniaco. Ego Albertus, filius quondam 1080, 13 janvier.

[1] Sainte-Croix, *Masiumcellas.*

[2] [Cf. n° 3482, la confirmation de cette donation par Philippe Ier.]

[3] [Sainte-Croix, cathédrale d'Orléans.]

[4] Dans le cartulaire de Sainte-Croix, les trois mots précédents manquent.

[5] La copie de C. diffère sensiblement de celle de l'original.

Ariprandi, qui fuit de loco Presiate, qui professus sum ex nacione mea lege vivere Longobardorum, offertor et donator ipsius monasterii. Apostolus dixit: « Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis « aliquit contulerit rebus, justa Octoris vocem, in hoc seculo centuplum « accipiet, insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. » Ideo ego qui sum Albertus, dono et offero pro anime mee et Teiperge et Isengarde seu Johanni mercedem[1] : hoc est pecia una de terra in qua edificium est inceptum ad monasterium faciendum, in honore sancti Egidii, et omnia que ad ipso monasteri pertinent juris mei, quam habere visus sum in loco Monte qui dicitur Vergese[2]; et jacet allocus qui dicitur Fontanella. Simulque per hanc cartam offersionis dono ego qui sum Albertus, in eodem monasterio Sancti Egidii[3] sive cum omnibus rebus ad se pertinentibus, una cum finibus, terminibus, accessionibus et usibus aquarum aquarumque deductibus, cum omni jure, acjacensiis et pertinenciis earum, districtis et condiciis, omnia in omnibus. Que autem istis rebus omnibus juris mei supradictis, una cum accessionibus et ingressibus earum, qualiter superius decernitur in omnibus, ab hac die in eodem monasterio Sancti Petri dono et offero et per presentem cartam offersionis ibidem abendum confirmo, faciendum exinde a presenti die a parte ipsius monasterio, aut cui pars monasterio dederit jure proprietario nomine quicquit volueritis, sine omni mea et heredum meorum contradictione. Quidem et spondeo atque promitto me ego, qui sum Albertus, una cum meis heredibus, a parte ipsius monasterio Sancti Petri, aut cui pars ipsius monasterio dederit istis rebus omnibus qualiter supra legitur in omnibus, ab omni homine defensare; quit si defendere non potuerimus, aut si a parte ipsius monasterio exinde aliquit, per quodvix ingenium, subtraere quesierimus, tunc in duplum eadem offersio, ut supradictis

[1] Ce mot est remplacé par toute une périphrase dans C. : « Ut pius Dominus absolutionem nobis nostrorum faciat peccatorum. »

[2] C. *Vergesen.*

[3] C. : « Petri, id est omnia quecumque mihi pertinent et quocumque modo mihi advenit de rebus ipsius monasterii Sancti Egidii, omnia ex toto una cum confinibus, terminibus, etc. »

rebus omnibus a parte ipsius monasterio restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis aut valuerint sub estimacione in consimilibus locis. Hanc enim cartam offersionis pagine Einrici, notarii sacri palacii, tradidit et scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque obtoli roborandam. Actum foris civitate Laude, infra monesterio Sancti Marci, feliciter. Signum manu istius Alberti, qui ac carta offersionis fieri rogavit, ut supra. Signum manuum Anselmi et Enrici, seu Johanni testium. Ego Erlembaldus, notarius sacri palacii, rogatus subscripsi. Ego Enricus, notarius sacri palacii, scriptor ujus carte offersionis post traditam complevi et dedi.

(*Au dos:*) Iste debent ire Cluniaco.

3549.

CHARTA PETRI, ALBANENSIS EPISCOPI ET CARDINALIS ROMANI, QUALITER AUCTORITATE APOSTOLICA LOCA MONASTERIO CLUNIACENSI CONJACENTIA INTRA QUOSDAM TERMINOS MUNIVERIT, ETC.

(C. 9; D. 251; E. 156.)

Ego, Petrus, etc. (*Bibl. Clun.*, col. 511[1], et *Bull. Clun.*, p. 210, d'après la *Bibl. Clun.*) 1080, 6 février.

[1] Ce texte est emprunté à E., et il est plus complet que ceux de C. et D. Voici toutefois quelques variantes importantes fournies par ces derniers. Col. 511, lig. 7 et 8, lisez: *duxi. Domnus Hugo...*; lig. 12 (dernière), il faut lire: *domnum Oddonem priorem...*; col. 512, lig. 19, lisez: *cujuscumque dignitatis*; lig. 32 et 36, lisez: *Salnai*; lig. 34, lisez: *per Jos*; lig. 60 et 61, *anno sequenti*, lisez: *Ansæ* (*a*). Av. dern. lig. lisez: *fra*, c'est-à-dire *feria* au lieu de *Franc.* Cette correction permet de dater rigoureusement l'acte comme je l'ai fait (*b*). C. et D. portent même M LXXVIIII à la dernière ligne: c'est 1080 nouveau style. Col. 513, lig. 31, *fiat*, lisez *fieri*; lig. 49, *obstinentia*, lisez: *obstinatia*; lig. 63, ajoutez *domnum* avant *Lugdunensem*; lig. 65, *auctoritati*, lisez: *formæ*; col. 514, lig. 16, *eorum*, lisez: *earum*. Dans C. il y a à la fin de la pièce un espace blanc d'une colonne et demie, qui était destiné sans doute à recevoir un complément.

(*a*) Il y a *Anse* dans E. On a cru devoir lire ANNO SEQUENTI, ce qui est tout à fait inexact, car il s'agit toujours de l'an VII du pontificat de Grégoire VII (qui s'étend du 30 juin 1079 au 29 juin 1080), la chose est parfaitement claire; c'est le 2 février (jour de la Purification) 1080 (an VII du pontificat) que le légat Pierre est venu à Cluny et a levé l'interdit lancé par l'évêque de Mâcon contre les églises et les chapelles du lieu Cela fait (*hoc peracto*), il a réuni

3550.

CHARTA QUA GIRALDUS DE VILAR ET FRATER EJUS RODULFUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI OMNE ALODIUM DE VILAR, ID EST ÆCCLESIAM SANCTÆ TRINITATIS, ETC.

(Bibl. nat. cop. 32-137; B. h. 44.)

1080, 18 février.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Giraldus de Vilar[1] et frater meus Rodulfus clericus, recognoscentes enormitatem peccatorum nostrorum, patris et matris, parentum nostrorum[2], et pompam hujus seculi pro nihilo habentes, donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et loco Cluniaco, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, et fratribus in superdicto cenobio Deo servientibus; ego G.[3] suprascriptus et frater meus R.[4] donamus omnem alodium quem habemus in villa Vilar, vel in episcopatu de Lausana[5]: id est æcclesiam in honore Sancte Trinitatis constructam et omnia que habemus in eadem villa sive in aliis locis, hoc est in servis, ancillis, in pratis, in vineis, in campis, in silvis, in molendinis, in piscariis, in arboribus, sive cultis, sive incultis, totum ab integro donamus supradicto loco, extra novem diurnales boum, et unum casalem. Facimus autem istud donum tali tenore, ut si voluntas nobis venerit derelinquindi seculum, recipiant nos ad habitum Sancti Benedicti; tamen si non venerimus, donum nostrum firmum sit et stabile in perpetuum. Mittimus autem

à Saint-Bernard d'Anse (*Ansæ, apud Sanctum Bernardum*), un certain nombre d'évêques pour traiter de l'affaire des vexations de l'abbaye de Cluny, pour laquelle il avait été envoyé par le pape, et cette réunion eut lieu le 6 février.

(*b*) Il faut rétablir ainsi tout le passage: «Tandem, post festum Beatæ Agatæ, VIII idus februarii, illucescente feria V, anno ab incarnatione Domini MLXXVIIII.» C'est-à-dire: «après la fête de Sainte-Agathe, le jeudi 6 février 1079 (1080)».

[1] Variantes fournies par une copie prise sur l'original par P. J. de Rivaz. Cf. *Diplomatique de Bourgogne*, analyse et pièces inédites par U. Chevalier, p. 43, n° CVII. L'acte a été publié dans *Mém. Suisse Rom.* I, 156. — R. *Vilars* et de même ci-dessous.

[2] Il faut sans doute lire comme dans B.: «*peccatorum nostrorum, parentorum nostrorum, patris vel matris*». R. *parentorum*.

[3] R. *Giraldus*.

[4] R. *Rodulfus*.

[5] B. *Losana*.

duodecim denariorum censum solventes. Si quis autem hanc nostram donationem infringere voluerit, nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranata. Facta sunt autem hec apud Cluniacum, XII kalendas marcii, gubernante romanam ecclesiam domno Gregorio septimo, regnante rege Philippo in Francia anno XXII°[1]. Testibus his Rodulfo de Curgivuol, Burcardo de Crissei, Turumberto et Anselmo fratre eorum. Anno Verbi incarnati millesimo LXXX^{mo}, indiccione III^{a}.

(*Au dos*[2]:) Charta Giraldi et Radulfi fratris sui, de ecclesia Sancte Trinitatis, que est in villa que vocitatur Vilar, in episcopatu Lausonense.

3551.

STATUTA IN CONCILIO GENERALI LATERANENSI, PRESIDENTE DOMNO GREGORIO PAPA VII, SUPER EXEMPTIONE MONASTERII CLUNIACENSIS CONDITA.

(Bibl. nat. cop. 283-39.)

Domnus ac beatissimus papa Gregorius VII anno pontificatus sui septimo, etc. (*Bull. Clun.*, p. 21, c. 2[3].) 1080, 7 mars.

3552.

PRÆCEPTUM PHILIPPI, REGIS FRANCORUM, QUO DONATIONEM ECCLESIÆ SANCTÆ MARIÆ DE PITUERIS A WIDONE LARGO ET CETERIS MONASTERIO CLUNIACENSI FACTAM, CONFIRMAT.

(Bibl. nat. or. 141; B. h. 120, CXXII; E. 144[4].)

Dominus Deus cęli et terrę, maris et omnium quę in eis sunt creator et rector, sub cujus potestate universa consistunt, super homines quos ad imaginem suam formavit, reges et duces ceterasque potestates constituit, ut ipsi factorem suum super se recognoscant, et prout pos- 1080, 7 avril.

[1] La copie de Lambert de Barive porte à tort *XII*, il faut XXII comme au cartulaire, ce qui oblige à compter les années depuis 1059 pour arriver à 1080.

[2] De la même main que l'original.

[3] C'est par erreur que le Bullaire donne à cet acte la date de 1077; la septième année du pontificat de Grégoire VII s'étend du 30 juin 1079 au 29 juin 1080 de Jésus-Christ.

[4] Imprimée dans la *Bibl. Clun.* (col. 529), d'après le cart. E., pièce 144 et dans le *Gall. christ. nov.*, t. VIII, col. 496 instr. d'après le cart. B.

sunt specialiter ei deserviant, ab ipso quoque pro perituris ęterna recipiant. Quapropter ego Philippus, gratia Dei Francorum rex, cum ex nostra regali liberalitate omnibus rationabiliter petentibus inpertiri debeam, illis tamen vehementius concedere debeo, quos constat religiose petere et divinis cultibus devotius inservire. Si enim pie voluntati hominum prebuerimus assensum, nos cum eis remunerandos in superna retributione procul dubio credimus. Idcirco noverit universitas sanctę matris ęcclesię, tam presentis quam futurę ętatis fidelium, quod quidam nobiles viri, videlicet Hadericus clericus, sanctę Aurelianensis ęcclesię filius, et frater ejus Isembardus miles, et nepotes eorum quidam, videlicet Cluniacensis monachus nomine Wido, abbas Sancti Benedicti super Padum, et fratres ejus Gaufridus et Gibaldulus, et Oudalricus[1] miles, cum fratre suo Walterio, et Wido Largus, atque filius ejus Tetbaldus, necnon etiam Albertus, filius Tescelini Felicis, cum uxore sua Belina et filiis suis, nostre serenitatis adierunt presentiam, rogantes et obnixe postulantes, ut de quibusdam suis terris Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, loco Cluniaco religioso monasterio, cui donnus Hugo venerandus abba preest, aliquid darent[2], et in ipsa possessione super Wadum Pitueris ęcclesiam ad predictum monasterium pertinentem, in honore Dei omnipotentis ac beatę Marię semper virginis, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli constructam, per nostrum regale preceptum firmaremus, ut diutius atque constantius suę voluntatis persisteret effectus. Quorum petitioni libenter annuimus. Obtinuerunt etiam idem ipsi nobiles viri, quos supra memoravimus, apud Raynerium Flandrensem, qui tunc temporis Aurelianensis ęcclesię episcopus habebatur, ut eis liceret eandem ęcclesiam suo consensu fundatam de alodis suis et beneficiis quę in predicto episcopatu sunt dotare. Que autem sunt illa quę huic devotioni annuerint, ita distincte et quasi propriis nomi-

[1] Les deux premières lettres de ce mot sont liées, c'est-à-dire que l'*u* en forme de V est inscrit sur l'*O*, comme nous en avons vu d'autres exemples.

[2] Voyez n° 3438 (1070 environ) l'acte primitif dont celui-ci n'est que la confirmation. Ici les années du roi paraissent comptées depuis 1061.

nibus annotari placuit: alodum videlicet de Sinaquis, cum vineis et virecto[1], terris cultis et incultis, alodum de Gannonis Villa cum culturis et quicquid ibi adquisivit Wido Largus servitio vel peccunia sua, et grangiam unam Pitueris. Cum his etiam dedit ibi Hadericus domum suam quę est Aurelianis in alodo suo, cum alodo et cum vasis omnibusque rebus suis quę ibi erant, necnon etiam partem sui alodi de Monte Barresio; insuper etiam omnia sua aloda ubicumque sunt, cum consensu parentum suorum supradictorum. Concedo etiam predictę ęcclesię ospites omnes quicumque inibi hospitari voluerint, necnon omnia quecumque nunc habet et adquirere poterit juste. Et ut hęc carta stabilis et firma permaneat[2], eam caractere nostri nominis et sigillo nostro firmari et corroborari precipio. Quod a nobis sancitum, si quis in posterum violare vel permutare presumpserit, centum libras auri persolvat. Signum Ade dapiferi. S. Simonis. S. Waleranni camerarii. S. Alberti, filii Tescelini. S. Walterii de Sancto Salomone. S. Maynardi, nepotis Walterii. S. Beline, uxoris Valterii. S. Hugonis de Stulviaco. S. Johannis militis. S. Widonis Largi. S. Letaldi. S. Herberti de Gironis Villa. S. Aderici. S. Fulconis, filii Letaldi. (*Monogramme du roi et sceau plaqué.*) Data per manus Rotgerii cancellarii, VII idus aprilis, anno incarnati Verbi M. octogesimo, indictione III, epacta XX^{a} VI^{a}, regnante Philippo rege anno X^{o} VIIII°. Signum + Phillippi regis.

(*Au dos:*) Carta de Pitueriis.

3553.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM, CLUNIACENSEM ABBATEM, DE ROBERTO MONACHO, SIMONIACO, EXCOMMUNICANDO; DE REGE QUI ILLIUS FRAUDE DECEPTUS FUERAT, MONENDO; DE MONACHIS CLUNIACENSIBUS IN HISPANIÆ PARTIBUS DISPERSIS AD PROPRIUM MONASTERIUM REVOCANDIS, ET UT IBIDEM NULLA ORDINATIO VIRES OBTINEAT NISI A LEGATO APOSTOLICO COMPROBATA.

Gregorius, etc. . . . . Quanta impietas, etc. (*Regist. Greg. VII,* 1080, 27 juin.

[1] Ce mot n'est pas dans la *Bibl. Clun.* — [2] Ce qui suit est d'une autre écriture.

IMPRIMERIE NATIONALE.

lib. VIII, epist. 1; Labbe, *Concil.*, t. X, p. 252; Hardouin, *Concil.*, t. VI, col. 1454; Mansi, t. XX, p. 315.)

3554.

CHARTA QUA ADALET GUADALDIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI PETRI DE CLERANO, IN COMITATU BARCINONENSI.

(Bibl. nat. cop. 283-85 ; B. h. 148, CL[1].)

1080, 3 ou 11 déc.

Si famulorum meritis juste compellimur debite compensare lucra mercedis, quanto jam pro remediis copiosius animarum divinis cultibus æterna debemus impendere et impensa legum soliditate servare. Quapropter quęcumque res sanctis Dei basilicis aud per principum aud per corumlibet fidelium donationes collatę reperiuntur[2], [bene et utileter ad posteritatis memoriam litteris transmittitur]. Igitur, in Dei æterni nomine, ego Adalet Guadaldis, filia Arsindis, donatrix sum Domino Deo et Sancti Petri Cluniegi æcclesiam meam, que dicunt Sancti Petri de Clarano[3], et dono jam dicta ecclesia ad jam dictum cenobium, cum omnia que habet, [et] habere debet, et quod Deus daturus est ad jam dictam æcclesiam, et in nostro honore et in alia[4]. Est autem predicta æcclesia in comitatu Barchinonense[5], in terminio de castrum Sancti Vincenti de maritima, circa castrum Duriciorum[6]. Susprescripta quoque æcclesia, cum omni que habet et habere debet, sic dono Domino Deo et ad jam dictum cœnobium Sancti Petri Cluniacensi potentialiter et votive ad suum plenissimum proprium, propter Deum et remedium anime mee et parentorum meorum, et de meo jure in suo trado dominio et potestate, sine ullo ingan. Et precipio ad filiis meis et filie et ad omni genere meo, ut hoc donum confirment

[1] La copie de B. diffère considérablement de la copie de l'original, du moins pour la forme, qui y a été complètement retouchée.

[2] Ce qui suit entre crochets manque dans la copie d'original, sans doute par inadvertance.

[3] [B. *Clerano.*]

[4] B. rend ainsi cette phrase obscure : « quod Deus in antea vel in nostro honore vel in alio, bonorum hominum largitate aut helemosina donaturus est. »

[5] [B. *Barcinonensi.*]

[6] [B. *Durivorum.*]

et observent. Quod si ego donatrix, aud ullus homo, haud femina, hanc donationem disrumpere voluerit, nil valeamus, sed in duplo componamus et inantea ista donacio firma permaneat omni tempore. Actum est III idus[1] decembris, anno XX° I° regni Philippi [Franchorum] regis, [et tempore domni Hugonis Cluniacensis abbatis.] Signum † Adalet Guadaldis, qui ista donacione feci et firmavi et testes firmare rogavi. Petrus levita, qui hoc rogatus scripsi, in die et anno quo supra (*Monogramme*).

(*Au dos :*) Carta Adalet Guadaldis, de ecclesia Sancti Petri de Clarano, que est in comitatu Barchinonensi.

3555.

CHARTA QUA BERNARDUS DE GLANA, ANNUENTIBUS FILIIS SUIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS HISTRINIACO ET CHAMLOCO.

(Bibl. nat. cop. 32-156 1°; A. b. 63.)

In Christi nomine. Ego Bernardus miles, cognomento de Glana, dum infirmitate gravi laborarem, venire feci ad me monachos de Cluniaco, et petii ab eis misericordiam, ut me reciperent in suam societatem; quod et ipsi gratanter et honorifice fecerunt. Ego quoque donavi eis aliquid de hereditate mea, annuentibus filiis meis Berengario, Humberto et Bernardo[2]. Est autem hoc quedam vinea que est sita in parrochia Sancti Johannis, in villa que dicitur Hestriniacus, in pago et in diocesi Cabilonense. Jacet autem ipsa vinea in colle montis predicte parrochiæ, in superiori parte predicte æcclesie; et terminat a mane terra Sancti Petri, a duobus autem partibus, sicut jacet in longum, terminatur duabus viis publicis, superiori et inferiori; nam a quarta parte terminatur terra francorum. Continet autem ipsa vinea duas raissias. In alio quoque loco, in parrochia scilicet de Chamloco, donavi eis illam partem quam habebam in prato qui est juxta pontem posito super rivum Grisonem, quod erat in medio prati eorum, sci-

1080, environ.

[1] B. porte *nonas*.

[2] Voyez ci-dessous, cop. 33-22, une charte de ce *Bernardus de Glana*, de 1100 environ, du temps de saint Hugues.

licet octavam partem et novenam, quam ego habebam; juxta eundem quoque pratum unum campum donavi illis, qui terminatur ab una parte via publica, ab alia terra francorum, a tercia terra Sancti Petri. S. Bernardi, qui hoc donum fecit, hanc cartam fieri rogavit. S. Berengarii, filii ejus. S. Humberti, filii ejus. S. Bernardi, item filii ejus[1].

(*Au dos :*) Carta Bernardi de Glana et Carta Bernardi presbiteri dEstriniaco in Chamloco[2].

3556.

CHARTA QUA BERNARDUS, PRESBYTER, DE ESTRINIACO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM RES IN VILLIS ESTRINIACO ET CHAMLOCO.

Bibl. nat. cop. 32-156 2°; A. b. 64.)

1080, environ. Notum sit cunctis fidelibus christianis, tam presentibus quam futuris, quod ego Bernardus presbiter de Estriniaco donavi aliquid de hereditate mea Domino Deo et sancto Petro, et ad locum Cluniacum,

[1] « Nous n'avons aucun monument pour « fixer exactement la date de cette dona- « tion. Les seigneurs de Glana nous sont « connus par quelques actes que Dom Plan- « cher a rapportés dans son *Histoire de « Bourgogne,* et principalement par celui « de la fondation de l'abbaye d'Hauterive, « publié par Dom Martène (*Veterum scrip- « torum collectio,* t. VI, p. 311). Cette fon- « dation fut faite le 3 avant les kalendes de « mars 1137, par Guillaume de Glana, de « la famille des comtes de Vicane, qui y « fit venir des moines de Charlieu en Bour- « gogne. L'acte fut approuvé par Guy, « évêque de Lausanne, et par Amédée, « comte de Genève, pour tout ce qui avait « été donné mouvant de son fief. On y voit « encore l'approbation de Rodolfe, comte « de Gruyère, d'Ulrich, seigneur d'Arcon- « ciel, et d'Ulrich, comte de Neuchâtel, « neveu dudit comte de Glana par ses « sœurs. Ainsi Guillaume était le dernier « de sa famille à cette époque, puisqu'on « ne voit paraître que les fils de ses sœurs « et aucun agnat. Nous pouvons conclure « de là que la donation faite par Bernard « de Glana était antérieure à l'an 1137 au « moins de cinquante ans, puisque ses trois « fils : Bérenger, Humbert et Bernard, « dont il y est parlé, étaient déjà tous dé- « cédés lors de la fondation d'Hauterive. « Cette abbaye est située dans le canton de « Fribourg, à deux lieues de cette ville. « Schöpflin (*Hist. Zaringo-Badensis,* t. V, « p. 106) a publié une charte de l'an 1157, « par laquelle Berthold, duc de Zähringen, « exempte cette maison de tout péage. »

(*Communication de M. de Gingins.*)

[2] Ce titre se rapporte, comme on voit, à cette charte et à la suivante.

et monachis ibi habitantibus, scilicet unum campum in quo oritur fons quæ dicitur ad Naves. Villa dicitur Chastanedus; terminatur ab uno fronte via publica, ab aliis partibus terra francorum. In alio quoque loco aliud campum, quod dicitur ad Pomeria, et salzedum, quod ipsi campo adheret, et est vicinum jam dicto alio campo; terminatur a duobus frontibus via publica, ab aliis duabus partibus terra francorum de ipsa hereditate. Isti duo campi sunt in parrochia Sancti Johannis dEstriniaco. In parrochia de Chamloco donavi aliud campum, qui vocatur antiquitus ad Chasnum; terminatur ab una parte rivo currente, et ab uno latere via publica, et a tercia parte terra francorum. In Varennas de Chamloco habentur tres campi, de ipsis campis dono similiter Sancto Petro et monachis illam partem quæ michi jure hereditario advenit; aliud quoque campum ipsi loco Cluniaco dono, quod vocatur Mereleda; in alio loco qui est predicto campo vicinus, aliud campum quod terminatur ab una parte terra Sancti Petri et ab alia terra francorum. Forestem quoque, que vocatur Bruiroles, simili modo dono Deo et sancto Petro et loco Cluniaco. Cuidam autem cleri[co], cognomine Dodoni, qui et nepos meus esse videtur, donavi sive reliqui aliquam partem hereditatis mee, ea convenientia ut quamdiu vixerit teneat de Sancto Petro et de monachis, et nulli homini vendat aut donat vel quocumque modo impactet, sed in vita sua teneat et serviat; post decessum vero suum quieta et solida ad jam dictum locum Cluniacum et monachos ibi habitantes ex integro et absque ulla calumpnia revertatur. Donavi quoque eis aliud donum quod non est pretermittendum, scilicet pratum de Ponte, sicut ego habui, tenui et possedi in vita mea.

3557.

CHARTA QUA TETBALDUS, FRANCORUM COMES, ET UXOR EJUS ADELAIDIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM COSSIACUM.

(Bibl. nat. or. 105; cop. 35-93; B. h. 31 [1].)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis et sanctorum apostolorum 1080, environ.

[1] Imprimé par d'Achery (*Spic.*, éd. in-4°, t. VI, p. 449, et in-f°, t. III, p. 408), et

Petri et Pauli, Hugoni venerabili abbati et Cluniaco monasterio, atque Cosseiensi, domnoque Gozechino[1], reverentissimo ejus loci preposito, eorumque successoribus, Tetbaldus, Dei gratia Francorum comes[2], et uxor ejus Adelaidis, cum filiis suis in perpetuum. Quotiens omnipotenti Deo bonorum omnium largitori quædam, licet pauca, laudis sue usibus profutura conferimus, sua sibi reddimus, non nostra largimur, quatinus hæc agentes simus non de nostris muneribus elati, sed acceptis ab eo muneribus non ingrati. Nichil quidem magis ingratum, et a christiana pietate constat penitus alienum, quam ei non saltem in minimis pro parte aliqua ministrare, a quo non solum presentibus temporalium rerum copiis sumus effecti sublimes, verum futurorum bonorum per ipsius largissimam misericordiam in æternum fieri optamus heredes. Scientes ergo, quia fidutia magna est apud Deum elemosina omnibus facientibus eam, eo inspirante et donante, amicos nobis in presenti facere cogitamus, a quibus post hanc vitam in æterna tabernacula recipi mereamur. Quapropter ego T. et A., uxor mea, sanctitatis et religionis quæ penes sanctum collegium vestrum nostris temporibus divina gratia largiente potior celebriorque habetur, fide et devotione permoti, immo Dei inspiratione commoniti; Oddonem filium nostrum sacrę regenerationis misteriis innovandum a vestra paternitate destinavimus, rati superna dispensante clementia sibi non inane futurum religiosores quam ditiores in Christo habuisse parentes. Ad cujus gratiæ et devotionis nostræ propensiorem effectum efficatioremque profectum, nostrorum etiam redemptionem peccatorum, in servitium et

par Mabillon (*Ann. Ben.*, t. IV, p. 678), extraits d'après la copie de B. Cf. H. d'Arbois de Jubainville, *Hist. des ducs et des comtes de Champagne*, I, 394. Nous croyons devoir réimprimer ici, d'après l'original, cette charte qui a été seulement indiquée ci-dessus, par erreur, sous la date de 1070 environ. Le prieuré de Coincy existait déjà en 1077, mais cette donation, qui le suppose fondé, peut être un peu postérieure.

[1] Sur ce personnage, voyez *Bibl. Clun.*, col. 448 C, où il est nommé *Cozichinus.* Si nous ne nous trompons, c'est ce même personnage qui était devenu prévôt du prieuré de Coincy.

[2] Thibaut I[er], comte de Champagne, et sa seconde femme Alix ou Adèle, fille de Raoul, comte de Crépi. Voyez l'*Art de vérifier les dates*, 3[e] édit., t. II, p. 615, où cette charte est citée, mais sans date.

gloriam Domini nostri Jesu Christi sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, sanctæ paternitati vestrę et monasterio Cluniaco, voto ac tradictione solempni, perpetualiter concedimus et donamus quandam in nostro allodio villam, quæ Cossiacus dicitur, cum ipso allodio, eo per omnia quo nos eam actenus jure et potestate tenuimus, ab omni scilicet aliquorum hominum servitute et ditione immunem, cum omnibus omnino ad eam juste pertinentibus, id est, terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis aquarumque excursibus, circumquaque de jure ipsius potestatis existentibus, servis quoque et ancillis capite censis vel aliter se habentibus, ceterisque redditibus cunctis atque consuetudinibus justis et actionibus; nullo prorsus ad nos respectu consuetudineve retenta, aut debitę servitutis aliqua pensione sive exactione modo quolibet exhibenda : quatinus universa tam a nobis quam a ministerialibus et servientibus nostris, in tota illa possessione, cujuslibet et oppressionis aut inquietudinis occasio modis omnibus amputetur; Deo autem inibi militantes cum omni pace et tranquillitate libera Domini servitute fruantur. Quibus insuper auxiliarem manum nostram ubicumque, et adversus quoscumque indiguerint, vel ratio postulaverit, tam presentissime quam humanissime semper promittimus affuturam.

(*Au dos :*) Tetbaldus comes, in Cossiaco

3558.

CHARTA QUA WILLELMUS DE VARENNA ET UXOR EJUS GUNDRADA NOTUM FACIUNT SE ECCLESIAM SANCTI PANCRACII IN ANGLIA MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. or. 121-1°; cop. 34-102-1°; B. h. 108, CIX; D. 311; E. 237[1].)

Notum sit omnibus fidelibus, quod ego Villelmus de Varenna[2] et — 1080, environ.

[1] On lit au dos de l'original conservé à la Bibliothèque nationale le titre suivant, qui ne se rapporte qu'à la seconde pièce : « Testamentum Vuillelmi regis Anglorum, de ecclesia Sancti Pancracii in Anglaterra. » — La copie de cette pièce, prise par Lambert de Barive sur un autre original, porte pour titre : « Vuillelmus et uxor ecclesiam Sancti Pancracii cum appendiciis in Anglia. » Ces deux actes sont imprimés dans la *Bibl. Clun.*, col. 532, d'après E.

[2] Guillaume I[er] de Varenne c[te] de Surrey.

Gundreda, uxor mea, pro redemptione animarum nostrarum, consilio et assensu Domini nostri regis Anglorum Guillelmi, donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi preest domnus Hugo abbas, in eadem Anglorum terra, ecclesiam Sancti Pancracii cum his quę ad eam pertinent, et terram duarum carrucarum in proprio in Svamberga, cum villanis ad eam pertinentibus et unius in terra quę nuncupatur [1] et villam Falemelam, ubi sunt tres carrucę proprię, cum his omnibus quę ad eam pertinent, sicut tenebat eam supradicta uxor mea.

3559.

CONFIRMATIO DONATIONIS PRÆCEDENTIS WILLELMI DE VARENNA A GUILLELMO, ANGLORUM REGE, FACTA.

(Bibl. nat. or. 121-2°; cop. 34-102 2°; B. h. 109, cx; D. 311; E. 237 [2].)

1080, environ. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Guillelmus, Dei gratia rex Anglorum, inspiratione divina compunctus, pro incolomitate regni mei et salute animę meę, rogantibus etiam et obnixe postulantibus Willelmo de Varenna et uxore ejus Gundreda, hanc inscriptam donationem quam faciunt sanctis apostolis Dei Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, sigillo nostro signatam confirmo, et regali auctoritate corroboro, ut in perpetuum firma et inconcussa permaneat. Hanc donationem ita concedo, ut habeam eandem dominationem in ea quam habeo in ceteris elemosinis quas mei proceres faciunt meo nutu, et hoc in ista elemosina habeam quod habeo in aliis. † S. Willelmi, regis Anglorum, † S. M[athildis], reginę Anglorum. † S. Willelmi, comitis, filii regis. † S. Rotberti de Bello Monte. † S. Henrici de Bello Monte. † S. Rotberti Gifordi. † S. Rogerii de Mortuo Mari. † S. Goiffridi de Calvo Monte. † S. Radulfi dapiferi. † S. Mauricii cancellarii. † S. Willelmi de Warenna. † S. Gundredę, uxoris W. de Warenna.

[1] [Le nom manque dans l'original.]

[2] La copie de cette pièce, prise par Lambert de Barive, porte pour titre : « Auctoritas confirmationis Vuillelmi, Anglorum regis, de eodem monasterio, » et débute ainsi : « Ego Vuillelmus, » etc.

3560.

LITTERÆ WILLELMI, REGIS ANGLORUM, LANFRANCO ARCHIEPISCOPO, ET OTTONI, BAJOCENSI EPISCOPO, QUIBUS NUNCIAT EIS SE DONATIONEM TERRÆ FALEMELÆ MONACHIS CLUNIACENSIBUS A WILLELMO DE VARENNA FACTAM CONFIRMAVISSE.

(B. h. 6.)

Wuillelmus, rex Anglorum, Lanfranco archiepiscopo[1] et Ottoni Bajocensi, salutem. Sciatis quia concedo ut Sanctus Petrus de Cluniaco habeat illam terram quam Willelmus de Warenna suaque femina ei tribuunt, scilicet Falemelam, et super hoc tantum unde habeant VI carrucas in dominium cum hominibus qui ad VI carrucatas terrę pertinent, tali pacto ut abbas predicti loci Willelmo suęque feminę faciat hoc quod eis propter hoc pepigit, et ego inde habeam quod ad me pertinet, scilicet meum wergeldum, nisi indulsero. 1080, environ.

3561.

CHARTA DUPLICATA WILLELMI DE VARENNA ET UXORIS EJUS GUNDRADÆ DE FUNDATIONE PRIORATUS SANCTI PANCRACII LEWIARUM.

(Bibl. nat., or. 122[2].)

In nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti. Amen. Ego Willelmus de Warenna et Gundrada, uxor mea, volentes peregrinationem facere ad Sanctum Petrum in Roma, pereximus per plura monasteria que sunt in Francia et Burgundia, causa orationis; et cum venissemus in Burgundiam, didicimus quod non potuimus secure transire propter guerram que fuit tunc inter papam et imperatorem[3], et tunc divertimus 1080, environ.

[1] [Lanfranc, archevêque de Canterbury de 1079 à 1089. Cf. *Gallia christ.*, t. XI, p. 74, où il figure avec son titre de *Cantuariensis*.

[2] Ce n'est qu'un vidimus de 1407. Nous en supprimons les formules. Le vidimus constate que l'acte était encore scellé du sceau pendant en cire blanche de Guillaume II, comte de Varenne et de Surrey.

[3] [Il s'agit de la lutte entre l'empereur Henri IV et le pape Grégoire VII, causée en partie par la querelle des investitures et qui avait recommencé après la soumission de l'empereur à Canossa, en 1077.]

ad Cluniacum monasterium, magnam et sanctam abbatiam in honore sancti Petri, et ibi adoravimus et requisivimus sanctum Petrum. Et quia invenimus sanctitatem et religionem et caritatem tam magnam ibi et honorem erga nos a bono priore et a toto sancto conventu, qui receperunt nos in societatem et fraternitatem suam, incepimus habere amorem et devocionem erga illum ordinem et illam domum super omnes alias domos quas videramus. Sed dominus Hugo, sanctus abbas eorum, tunc domi non fuit. Et quia longe ante et tunc magis habuimus in proposito et voluntate per concilium (*sic*) domini Lanfranci, archiepiscopi, quod ego et uxor mea faceremus aliquam domum religionis pro peccatis nostris et salute animarum nostrarum, tunc visum fuit nobis quod de nullo alio ordine tam libenter quam de Cluniacensi eam facere vellemus. Et ideo misimus et requisivimus a domino Hugone abbate et a tota sancta congregatione quod concederent nobis duos, vel tres, vel quatuor monachos de sancto grege suo, quibus daremus ecclesiam unam quam de lignea lapideam fecimus sub castro nostro Lewiarum, que fuit ab antiquo tempore in honore sancti Pancracii, et illam daremus eis, et tantum in principio terrarum et animalium et rerum, unde duodecim monachi possent ibi sustentari. Sed sanctus abbas prius valde nobis fuit durus ad audiendum peticionem nostram, propter longinquitatem aliene terre et maxime propter mare. Sed postquam nos perquisivimus licenciam a domino nostro rege Willelmo adducendi monachos Cluniacenses in Anglicam terram, et abbas ex sua parte requisivit voluntatem regis, tunc tandem donavit et misit nobis quatuor de monachis suis, dominum Lanzonem et tres socios suos, quibus donavimus in principio omnia que eis promisimus et confirmavimus per scriptum nostrum quod misimus abbati Cluniacensi et conventui, quia noluerint nobis ante monachos mittere quam haberent confirmacionem nostram et regis, quam eis perquisivimus[1] de omnibus rebus quas eis donavimus, et sic dati sunt michi et uxori mee monachi Cluniacenses in Anglicam terram. Post

[1] [Mon. Angl. *promisimus*. Voy. ci-après, p. 696, note 1.]

mortem vero domini Vuillelmi regis, cum filius suus Vuillelmus venisset in Anglicam terram propter regnum, et multa fuisset discordia de regno et dubitatio de fine, et ego in multis periculis cotidie, monstraverit dominus Lanzo, prior, et monachi mei quod apud Cluniacum esset confirmatio mea, quam feceram de rebus quas illis dederam in principio, et quod ipsi inde nullum munimentum haberent, et quod propter dubia et futura tempora deberem eis omnem securitatem facere de meis donis et concessis; quod feci libenter consilio fidelium meorum per hanc alteram cartam meam. Volo ergo quod sciant qui sunt et qui futuri sunt, quod ego Vuillelmus de Warenna, Surreię comes, donavi et confirmavi Deo et sancto Petro et abbati, et conventui de Cluniaco ecclesiam Sancti Pancracii, que sita est sub castro meo Lewiarum et eidem Sancto Pancracio et monachis Cluniacensibus quicumque in ipsa ecclesia Sancti Pancratii Deo servient in perpetuum. Donavi pro salute anime mee et anime Gundrade, uxoris mee, et pro anima domini mei Vuillelmi regis, qui me in Anglicam terram adduxit, et per cujus licenciam monachos venire feci, et qui meam priorem donacionem confirmavit, et pro salute domine mee Matildis regine, matris uxoris mee, et pro salute domini mei Vuillelmi regis, filii sui, post cujus adventum in Anglicam terram hanc cartam feci, et qui me comitem Surreie fecit, et pro salute omnium heredum meorum et omnium fidelium Christi vivorum et mortuorum, in sustentacionem predictorum monachorum Sancti Pancracii, mansionem Falemelam nomine, totum quicquid ibi in dominio habui cum hida terre quam Eustachius in Burgemela tenet, et ad ipsam mansionem pertinet; mansionem quoque Carlentonam nomine, quam domina mea Matildis regina dedit Gundrade, uxori mee, et michi, et hoc concessit et confirmavit dominus meus rex Vuillelmus in auxilium ad fundandum novos monachos nostros, totum quod ibi habuimus. Et in Swamberga quinque hidas et dimidiam; terram eciam que vocatur Insula, juxta monasterium, cum pratis et pascuis, totam etiam terram quam ego in dominio habui intra Insulam in qua monasterium situm est, cum molendino supra stagnum quod ibi juxta

est posito, et cum uno suburbano ibi juxtaposito, Lewino nomine. In Tuniaco terram que fuit Normanni, virgam terre que vocatur Redrewoll[1] et alteram virgam que vocatur Stanfordo; in Wistedena, duas hidas cum quatuor villanis et uno prato; decimas quoque terrarum mearum et illas nominatim quas Richardus presbiter tenet et tenebit in vita sua, ita quod post mortem ejus monachis remanebunt. Concessionem feci eciam omnium decimarum quas homines mei ibi dederunt vel postea daturi sunt; postea vero donavi eis Vualtonam cum omnibus liberis hominibus quos Gundrada cum ipsa mansione ibi de me tenuit, quicquid ibi habui tunc inter duas aquas de Luna[2] et Wellestream in terris et marisiis et pascuis et aquis cum hominibus et omnibus eorum serviciis et cum omnibus rebus, ita quod duo hospicia michi et heredibus meis ibi per annum retinui, unum in eundo in Everwykesyre et alterum in redeundo, pro omnibus serviciis que mihi facere solebant homines de marisio in vecturis et summagiis, per terram et aquam, huc et illuc, et pro omnibus aliis serviciis : unde volo quod liberi et quieti sint erga me et heredes meos de omni servicio in perpetuum. Et si ibi hospitamur plus quam bis in anno, totum quod ibi de suo vel nos, vel homines nostri quicumque illuc per annum per nos venerint, super duo predicta hospicia expendimus, computabunt et reddemus eis de nostro in fine anni super periculum animarum nostrarum. Sic facio ego et sic faciam, et sic volo quod faciant heredes mei, ne propter hanc causam vertant elemosinam meam et suam in servitutem et rapinam, sicut volunt salvari in die judicii. Preterea donavi eis ecclesiam de Acra cum duabus carrucis terræ, ubi ego et Gundrada adhuc vivens proposuimus facere monasterium et domos et ponere monachos de monachis nostris Sancti Pancracii, de quibus etiam posuimus primo in ecclesia castelli nostri de Acra, et hoc promisit mihi dominus Lanzo quod faceret, sic tamen quod prior et monachi de Acra semper subditi sint et in libera ordinatione prioris Sancti Pancracii. Et prior et conventus Sancti Pancracii habeant et dis-

[1] [Mon. *Redrewell.* — [2] Mon. *Limea.*]

ponant domum de Acra sine omni contradictione sicut proprios monachos suos de claustro suo, et sic faciam, si Deus servaverit mihi vitam et sanitatem, et si non possum perficere, volo quod heres meus perficiat. Et si heredes mei post me in suo tempore aliquam elemosinam fundaverint, volo quod eam Sancto Pancracio submittant, et semper Sanctum Pancracium capud honoris sui habeant, et ibi se mecum reddant ubi jacet Gundrada, uxor mea, et ego cum ea reddidi corpus meum et ipsi similiter mecum faciant. Omnes has antedictas res dedi Deo et sancto Pancracio et monachis ibi Deo servituris, vivente et volente Gundrada, uxore mea, et Willelmo et Reynaldo, filiis et heredibus meis; sed post mortem Gundrade feci eis hanc cartam, post cujus mortem donavi etiam eis pro anima illius et mea et omnium heredum meorum mansionem in Norfolk, Hercham nomine, totum quod ibi habui, cum terra Pagani prepositi, et cum omnibus liberis hominibus, quorum censum idem Paganus ibi recipiebat. Et hanc donationem meam volo quod heredes mei concessam et firmatam habeant, quia eam concessit et confirmavit dominus meus rex Vuillelmus, sicut alias fecerat pater suus. Has omnes supradictas res donavi monachis ad habendum in perpetuum tam liberas et quietas ab omnibus causis et custumis et serviciis, sicut eas liberas habui et sicut aliquis liber homo habet vel habere potest suum dominium vel dare suam elemosinam. Et si eveniat quod rex terre aliquid inde querat vel hysagium vel danegeldum vel qualecunque geld vel servicium vel quamcunque rem, ego quandiu vivam eas liberatas vel acquietatas faciam sicut meum dominium et heres meus post me et sui post eum similiter in perpetuum faciant de omnibus rebus quecunque solent vel poterunt vel unquam contingent in posterum ab aliquo domino vel homine requiri erga regem et omnes homines, ut monachi semper sint in pace et sui omnes et omnia sua. Pro qua re volo quod si aliqua contencio vel dissensio vel lesura vel aliqua injuria surgat inter homines Sancti Pancracii et me vel meos, unde forisfactura eveniat, prior Sancti Pancracii semper capiat et habeat per me forisfacturam et emandacionem de hominibus suis, ne per hanc causam possint qui

venturi sunt ledere et confundere homines sancti[1], et sic volo quod faciant heredes mei. Et si ego aliqua adhuc addidero vel heredes mei post me, volo quod illa omnia tam libere donentur et habeantur sicut ego ista omnia donavi, et quod ipsi similiter velint et faciant; et volo quod sicut ego cresco, crescant et res monachorum, et sicut crescunt res et bona eorum, quod crescat munus eorum, et sic volo et laudo et precipio quod velint et faciant et servent heredes mei et firmum et stabile habeant quod ego feci et ego stabile et firmum habeo quod ipsi facturi sunt; et qui contra hanc meam donacionem venerit, vel eam in aliquo minuerit, vel in pejus mutaverit, iram et maledictionem Dei omnipotentis et celerem vindictam in corpore et in anima in hoc mundo et in die judicii incurrat, et tota maledictio quam pater potest dare malis filiis suis ex parte mea super illum veniat. Fiat. Fiat. Et quicumque hanc meam donacionem servaverit, et defenderit et accreverit, benedictionem omnipotentis Dei et gratiam in hac vita et in alia, in corpore et in anima super se habeat, et tota benedictio quam pater potest dare bonis filiis suis ex parte mea super illum veniat et maneat sine fine. Amen. Amen. Similiter precor Dominum, ut eveniat si heres meus post me vel suus post eum, vel quicumque ex successoribus meis aliqua bona addiderit ad ea que ego donavi, quicunque post eos contra illorum donationem venerit in malum, veniat Deus contra illum in malum et quicumque eam defenderit et servaverit, defendat eum Deus ab omni malo. Preterea volo quod sciant monachi mei et heredes mei, quod quando ego et Gundrada perquisivimus a domino Hugone abbate, qui venerat ad loquendum cum domino meo rege in Normannia, quod redderet nobis dominum Lanzonem, priorem nostrum, quem toto anno apud Cluniacum retinuerat, unde tam commoti fuimus quod pene proposuimus dimittere inceptum nostrum vel auferre eis et dare ecclesiam nostram Majori Monasterio, tunc etiam concessit nobis et promisit abbas ad multam deprecacionem, quod si Deus cresceret domum nostram, faceret eam sicuti unam ex magnis

[1] [Lisez *sanctos*.]

post mortem domini Lanzonis vel promociorem[1] in aliquam majorem dignitatem; quando monachi Sancti Pancracii miterent ad Cluniacum propter priorem, mitterent eis in priorem unum ex melioribus monachis suis de tota congregacione, quam (*sic*) scirent sanctiorem ad ordinem et ad animas regendas secundum Deum, et sapienciorem ad domum gubernandam secundum seculum, preter majorem priorem de Cluniaco et priorem de Caritate; et quod ipse foret ad remanendum, et nunquam removeretur, nisi tam justa et manifesta esset causa, quod nemo racionabiliter deberet contradicere, et inde fecit nobis scriptum suum cum sigillo suo quod habeo. Et hec perquisivimus quia timuimus ne dominus Lanzo, cum redisset, cito auferretur nobis, quia rex quos meliores invenire potuit in dignitates ecclesie exaltavit, et nobis audientibus requisivit ab abbate quod mitteret ei duodecim de sanctis monachis suis et eos omnes faceret episcopos et abbates in terra hereditatis sue quam ei dederat Deus. Et eciam precogitavimus, quod si nova adhuc domus et tenera sepe novum priorem haberet, et in novas manus veniret, nunquam ad magnum profectum perveniret, et quia nolumus quod elemosina nostra in posterum in seçularem servitutem verteretur, tunc constitutum est inter nos et abbatem quod Cluniacus habeat omni anno quinquaginta solidos monete Anglice de domo Sancti Pancracii, et sic libera sit ab omni alia servitute et exactione et geldo. Et abbas de nulla ordinacione domus se intromittat super priorem, nisi de observancia vel emendacione ordinis, ubi prior emendare non potuerit per se, neque de domibus suis, si aliquas unquam per gratiam Dei sub se habuerit. Sed prior Sancti Pancracii et conventus semper eas liberas habeant in sua ordinacione, sicut eis fuerint donate, et hoc volumus et fecimus quia in desiderio semper et spe fuimus facere domum et ponere monachos apud Acram, castellum nostrum, quam noluimus alibi nisi Sancto Pancracio esse subjectam. Hanc donacionem et cartam meam feci dominum meum regem Willelmum apud Wyncesteram in consilio concedere et testimoniari per signum sancte

[1] [Lisez *promotionem.*]

Crucis de manu sua et per signa et testimonia episcoporum et comitum et baronum qui ibi tunc fuerint, feliciter. Amen. Venientibus contra hec et destruentibus ea occurrat Deus in gladio ire et furoris et vindicte et maledictionis eterne. Servantibus autem hec, et defendentibus ea occurrat Deus in pace, gracia et misericordia et salute eterna. Amen [1].

[1] [Cette charte a été imprimée dans le *Monasticon Anglicanum*, t. V, p. 12 et 13, ex regist. de Lewes.]

Ce *vidimus* contient ensuite une charte de Guillaume II, comte de Varenne et de Surrey, second fondateur du monastère et fils de Guillaume Ier. Comme elle était fort prolixe, le prieur qui faisait faire le *vidimus* demanda au notaire de n'en copier que le commencement et la fin. Nous croyons devoir donner ici en note les fragments de cette charte qui n'est pas datée : « Sciant omnes qui sunt et qui futuri fuerunt, quod ego Willelmus de Warenna, comes Surreie, cum primum post mortem patris mei comitis Vuillelmi, venissem in Angliam et introissem in capitulum monasterii Sancti Pancracii, quod fundaverant pater meus et mater mea Gundrada sub castro Lewiarum, requisitus a domino Lanzone priore et omnibus fratribus, volens per gratiam Dei supplere et manutenere devotionem quam habuerunt predicti pater meus et mater mea erga predictum monasterium et sanctum ordinem Cluniacensem quam (*sic*) ibi posuerunt pro Dei amore et pro salute animarum illorum et mea et omnium parentum et heredum meorum et omnium Christi fidelium defunctorum, libens laudavi, concessi, donavi et confirmavi predicto monasterio Sancti Pancracii et monachis ibidem Deo in perpetuum servituris omnes donaciones et concessiones et confirmaciones quas eis fecerat et omnia que eis donaverat pater meus, vivente et volente matre mea et consentientibus me et Rainaldo fratre meo, in terris et in ecclesiis et decimis, in aquis et boscis, in viis et semitis, in pratis et pascuis, in hominibus, in omnibus locis et in omnibus rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et dignitatibus quas pater meus eis dedit et quas ipse in ipsis rebus habuit vel habuisset si eas in manu sua tenuisset et quas ego habeo in quocumque tenemento vel dominio meo, sicut pater meus in vita sua ordinavit per omnia et sicut carta sua testatur et cetera; (ac finis et ejusdem carte ultima pars, ut premisi, de verbo ad verbum tenorem continet subsequentem :) Et quia pater meus et abbas Cluniacensis ordinis juraverunt quod domus Cluniacensis omnibus annis habeat de domo Sancti Pancracii quinquaginta solidos monete anglice pro omnibus serviciis, sic et ego volo quod et de meo cremento, quo accrevi Sanctum Pancracium, se sentiat sanctam ecclesiam Sancti Pancracii erga ecclesiam Cluniacum de omni alio seculari servicio et geldo et prior Sancti Pancracii liberam habeat semper ordinacionem suam de domo sua et de omnibus sibi subjectis, nisi de sancto ordine suo emendando per abbatem, ubi prior per se emendare non poterit et quod prior sic semper donetur

3562.

LITTERÆ ALDEFONSI, HISPANIARUM REGIS, AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, CUI, POSTQUAM HISPANIÆ URBES PACIFICAVERIT, DECEM MILLIA TALENTORUM TRANSMITTIT.

(Bibl. nat. or. 136; cop. 283-99 [1].)

Venerando patri et dilectissimo domino suo, domino abbati H[ugoni], A[defonsus], Dei ordinante gratia Yspaniarum rex, salutem et amicitiam veram. Perlectis, venerande pater, vestre dilectionis et sanctimonię apicibus, in quibus paternitatis vestrę salutaria monita habundantissime recognovi, regi regum gratiarum actiones retuli, de cujus gratuita benignitate tantum tanque preclarum patrem atque patronum habere promerui, qui me filium suum, licet peccatorem, de suavissimo suę consolationis fonte per dulciflua sua scripta visitat, visitando castigat, et castigando in totius honestatis via reformat. Unde majestatis vestrę preclaram benignitatem deposco, ut me filium vestrum contra vos vel sanctissimum locum vestrum secus quam debeam vel in minimo sentire non esitetis. Deum enim, cui omnia nuda et aperta sunt, testor, non est homo in mundo quem adeo diligam; non est locus sub celo cui tam familiaris adhaream vel in quo tantam confidentiam habeam. Quod si cuncta ordinans Dei providentia hoc ordinaret, ut in aliquo tempore diu desideratum facie ad faciem vos viderem, quo jucundo corde vos susciperem, qua leta mente vos cognoscerem, immo consiliis vestris omnibus modis adquiescerem! De cetero vero sciatis me ad presens in pacificandis Yspanię urbibus valde adtentum esse, quę postquam, quod, Deo annuente, in proximo futurum est, mihi adclinę fuerint, ecclesię quam edificatis auxilium

1080, environ.

Sancto Pancracio, quando tempus erit et sic semper sit ad remanendum nisi pro rationabilibus et apertis causis, sicut inter abbatem dominum Hugonem et patrem meum convenit et ipsi constituerunt et carta patris mei testificatur et scriptum ipsius abbatis cum sigillo suo, quod pater meus michi reliquit. Hujus autem carte mee testes sunt qui presentes viderunt et audierunt omnia episcopi et barones mei qui testimonia sua per signum sancte Crucis subscripserunt. »

[1] Lambert de Barive date cet acte de 1100 environ.

faciam et voluntati vestrę summopere adquiescam. Nunc vero per domnum Siguinum, virum omni veneracione dignissimum, decem milia talentorum vobis transmitto. De Nazara vero, illud quod domnus archiepiscopus precipiet et auctoritas domni papę confirmabit stabilitum erit. Orate pro me, pater et sanctissimum gregem vestrum, ut pro me oret, commonere facite. Domno vere Siguino de his quę vobis de mea parte dicet, tamquam mihi si presens adessem, credite.

3563.

CHARTA QUA GAUFRIDUS, CASTRI MAURITANIÆ COMES, ET UXOR EJUS BEATRIX DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI DIONISII DE NOGENTO ET ALIAS IN PERTICO.

(Bibl. nat. or. 144; cop. 34-108; B. h. 47 [1].)

1080, environ. In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, qui est trinus in nomine et unus in numero. Conditor mirabilis rerum, cum sit, etc. [2].

Itaque ego Gaufridus, militari balteo accinctus, atque castri Mauritanię comes [3], notum esse volo omnibus orthodoxę fidei cultoribus, quoniam avus meus Gaufridus, comes atque vicecomes, tam superbi sanguinis nobilitate quam mundanarum rerum famosissimus, pro parentum suorum suaque salute, necnon pro suarum sobolum incolumitate, inter Gioginię fluvium castrumque Nogiomi, quod situm est in Pertico, in honore pretiosi martyris Dionisii sociorumque ejus, magnifico operę basilicę jecit fundamenta, cujus operis partem pergit non exiguam, prefatumque martyrem suis rebus pro tempore honoravit, pollicens post operis expletionem ipsius basilicę multo majora dare, ut monachorum ordo ibi militaturus, propulsa omni inedia, pro sua omniumque salute, perdia pernoxque, cum omni tranquillitate preces Deo fundat. Interea ergo improvisa mors in Carnotina urbe eum ab ecclesia matris Domini redeuntem furatus [4]

[1] La copie de B. n'est qu'une analyse; elle a été publiée par Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 415.

[2] [La suite comme au n° 3517.]

[3] Geoffroi II de Mortagne fils de Rotrou.

[4] [Lisez *furtivis*.]

anticipavit gladiis, inperfecto opere basilicę quam ceperat. Pater vero meus in ejus loco heres constitutus, ad peragendum inceptum opus antequam obiret, tota intentione, totisque nisibus laborans, monasterium ad unguem perduxit, accersitisque episcopis dedicari fecit; deinde ex sui juris rebus, quas ad hoc opus aliunde emerat, prout potuit competenter, patris sui dona auxit, atque coram episcopis omnique plebe cum laude filiorum et optimatum suorum de omnibus rebus quas vel ipse vel pater suus, avus meus, ecclesię contulerant, vel ab aliis dari concesserant, donum super beati Dionisii altare posuit, atque ad augendum quandiu vixit quę data erant summopere studuit. Patre quoque viam universę carnis ingresso, ego satis adhuc juvenculus, heres pro eo constitutus, cum inter hujus estuantis pelagi procellas multa pertulissem pericula, tandem supernę pietatis intuitu, quiete data et otio, velut patri et avo predictis ęquum ferens, quod illos mille votis exoptasse perpendo, adimplere disposui. Cuncta igitur que avus meus paterque dederant cum ipso monasterio, annuente Ricerio, Senonensium archiepiscopo, et laudantibus Carnotensis ęcclesię canonicis, et Tedbaldo comite consentiente, et uxore mea Beatricę confirmante, et omnibus modis faciente, necnon Rotroco, filio meo, cunctisque optimatibus et militibus meis atque aliis hominibus meis benivola voluntate annuentibus, tam adquisita quam adquirenda, tam nominata quam nominanda trado, concedo, dono, transfundo ad altare sublimissimorum apostolorum Petri et Pauli, quod est situm in loco qui Cluniacus dicitur, ubi domnus Hugo abbas preesse videtur; monachique sub ejus imperio Domino Deo nocte dieque militant, sine ulla contradictione et ex mea potestate in illorum voluntatem transmuto ita, ut deinceps ipse domnus abbas et successores ejus habeant, teneant, possideant, regant et dirigant, secundum suum velle et posse. Imprecor autem Ananię et Saphirę mortem, Judęque proditoris penam, cunctis qui cupiditatis visco de rebus datis vel concessis quicquam temptaverint subripere vel minuere. Hęc omnia supra nominata vel inferius breviter expressa, dono atque concedo : vicum supradictę ecclesię adjacentem, cum x prati agri-

pennis, totamque terram juris mei usque ad Rodnam fluvium, et super ipsum fluvium duos farinarios; ęcclesiam quoque Sancti Hylarii quę est sita super Ioginię fluvium, cum decima et sepultura, omnibusquę appendiciis suis; terram etiam Burcardi cum broilo; terramque de Belseria; alodium etiam quod post mortem matris suę Milesindis, avus meus Gaufridus in Asconis villa sepedictæ ęcclesiæ contulit; nec non ęcclesiam de Campo Rotundo cum Nigellę terra, et omnibus appendiciis suis; super Heram fluviolum in lo[co] qui dicitur Vivariis, terram cultam et incultam cum pratis et silvis. Res quoque servorum meorum morientium tam in edificiis quam in rebus aliis, concedo; saltus etiam meos consuetudinarios esse jubeo usibus ęcclesię ediumque monachorum, et remitto pasnadium porcorum suorum. In Carnoteno oppido dono censum quarundam arearum. In burgo Castri Dunensis ecclesiam Sancti Sepulchri, quam avus meus Gaufridus servis suis ideo fundare permisit, ut supradictę ęcclesię Sancti Dionisii subjaceret ac monachis ibidem constitutis deserviret. Concedo etiam meorum fidelium dona futura emptionesque quas monachi a meis hominibus quocunque modo agere potuerint; et omnia data vel danda ab eis ita libere possideri ac haberi, ut mei heredes succedentes neque per theloneum, neque per vicariam, neque per bannum, neque per collocationem suorum militum, neque per aliquam aliam consuetudinem quamvis modicam, monachis vel suis inferant inquietudinem hominibus. Et dono ad omnes edificaciones suas agendas omnes saltus meos, excepto Pertico; et in Castro Dunensi quinque stallorum salis ac carnis consuetudinem, et meo assensu in loco qui Oratorius dicitur Vivianus, filius Otardi, cum Hugonis filii sui assensu, terram unius aratri dedit. Ego vero Gaufridus comes, domino meo Tedbaldo palatino comite annuente, in territorio Dunensi predicto loco dono ex mea parte x agripennos vineę, in loco qui Fracta Vallis dicitur, et in Morismi villa terram unius aratri medietatemque ęcclesię de Margone, atque molendinum de Ruitura, cum tali molta qualem in manu mea habebat; terram quoque de Bremerii Curte cum mediatoria, ac terram Boeniaci cum mediatoria; medietatem etiam Bebanis villę, silveque

quę dicitur Ostingavis. Hęc itaque data atque in futuro danda, ita concedo esse libera, ut avus meus Gaufridus et pater meus, Rotrocus sua suorumque fidelium dona libera esse sancierunt; quatinus ego et uxor mea et progenies de nobis exitura, peccatorum nostrorum veniam in hoc seculo adipisci mereamur, et in futuro æterna gaudia bonis omnibus repromissa nanciscamur. Ego Gaufridus comes donationem hanc laudo, corroboro et manu mea sigillo. S. Beatricis, comitissę, quę fecit et consensit. S. Rotroci, filii eorum. S. Rotroci, fratris comitis. S. Rodberti Pagani. S. Hugonis de Silic. S. Wilielmi Vuitardi. S. Genelonis. S. Walterii de Matella. S. Pagani. S. Salonis. S. Herberti de Arro. S. Fulcoii de Mezuerola. S. Reinaldi vicarii. S. Guiterdi. S. Gaufridi, filii Wilielmi. S. Odonis de Re. S. Odonis Brisardi. S. Gaufridi Ridelli. S. Odonis Biguo. S. Aymerici, filii Reinaldi. Hanc cartam Gaufridus comes et uxor ejus Beatrix, in concilio Meldensi [1], cui domnus Hugo episcopus Diensis domni pape Gregorii vicarius presedit, cuique etiam domnus Amatus, Olerensis episcopus, ejusdem pape vicarius, interfuit, una cum multis religiosissimis viris, archiepiscopis, episcopis, abbatibus aliisque orthodoxę fidei cultoribus presentaverunt, humili devotione petierunt, quatinus supradicti pape vicarii cum laude atque assensu circumsedentium, auctoritate apostolica premunirent atque indissolubili firmitate solidarent. Quorum petitioni jam dicti vicarii congaudentes, cartam hanc laudaverunt; atque nullo contradicente, nemine calumpniante, sed universa sinodo applaudente atque favente, auctoritate Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et domni Gregorii papę sibi commissa, inviolabiliter firmaverunt. S. Aganonis, Eduensis episcopi. S. Hugonis, Lingonensis episcopi. S. Walterii, Cabilonensis episcopi. S. Landrici, Matiscensis episcopi. S. Hugonis, Nivernensis episcopi.

[1] [L'*n* de ce mot *Meldensi* a reçu une correction qui a porté le rédacteur du cartulaire B. à lire *Meldelisi*. Ce mot n'ayant pas de sens, il faut s'en tenir à *Meldensi*. Il y eut en effet un concile à Meaux en 1080, sous la présidence d'Hugues de Die et Amé d'Oléron, légats du pape Grégoire VII. (Labbe, *Concil.*, X, 398.) C'est sans raison que A. Bernard proposait de lire *Exolidunense*, par ce motif qu'il y a eu un concile à Issoudun, en 1081, sous la direction des mêmes légats.]

(*Au dos :*) Karta quam fecit Gaufridus, comes Mauritanie, de monasterio Sancti Dionisii in Pertico sito, quod cum omnibus appendiciis suis dedit loco Cluniacensi.

3564.

CHARTA QUA BERNARDUS DE GERMINIEA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRES VINEAS ET UNUM MANSUM IN VILLIS CAMPANIA, GUIRISET ET BOXERIA.

(Bibl. nat. cop. 32-152; B. h. 634, DCXXXVII.)

1080, environ. In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Notum sit omnibus Dei cultoribus, quia Bernardus de Germiniea[1], pro redemptione animæ suæ, dedit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum et fratribus ejusdem cenobii, tres vineas, unam in villa quæ vocatur Campania, duas in villa Guiriset[2]. Preterea mansum cujusdam mulieris Misie[3], in villa que appellatur Boxerie[4], cum omnibus appenditiis suis, eo tenore ut ipse[5] teneat in vita sua, supradictis autem senioribus singulis annis donet pro vestitura duos panes [et] duo sestaria vini; post mortem vero ejus, totum ex integro idem seniores habeant. Hujus rei testes sunt Bernardus Lancea Acuta[6] et Bernardus Ruil.

(*Au dos :*) Bernardus in Campania et Guiriset.

3565.

CHARTA QUA NOTUM EST LAMBERTUM DE BUXERIA COMMUTATIONEM SERVORUM CUM MONASTERIO CLUNIACENSI FECISSE.

(Bibl. nat. cop. 32-153.)

1080, environ. Ego Lambertus miles, de Buxeria, commutationem et concambium facio de infantibus Lidierde pro infantibus Guibergiæ, invitatione et admonitione domni Stephani de Caviniis decani, in presentia domni Ivonis, Cluniacensis prioris, laudante etiam domno Landrico, Matisconense episcopo. Cujus commutationis testes existunt : domnus Ugo

[1] B. *Germiniei.*
[2] B. *Giuriset.*
[3] B. *Inisie?*
[4] B. *Buxerie.*
[5] [Lisez *ipsa?*]
[6] Voyez ci-devant n° 3145.

de Berziaco, domnus Poncius miles, de Solempniaco, Arlebaldus, prepositus de Verjassone. Si quis autem heredum meorum vel persona aliquis hanc donationis cartam infringere temptaverit, sciat se omnipotentis Dei iram et beati Petri offensam incurrere. Postea vero lecta est hec carta apud Cavinias, ante æcclesiam Sancti Taurini, in presentia dompni Ugonis abbatis. Ego quoque Durannus, ad vicem cancellarii, hanc cartam firmare curavi.

3566.

CHARTA QUA SEGUINUS DE BURZEI ET FILIUS EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS PORTIONES TERRÆ IN VILLIS BATISEI ET SANTINEI.

(Bibl. nat. cop. 32-176; B. h. 447, CCCCL.)

Notum sit omnibus fidelibus christianis, presentibus et futuris, quod Seguinus de Burzei et Gosfredus, filius ejus, dederunt Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ut seniores[1] ejusdem scenobii in perpetuum possideant sine ulla contradictione : hoc est una pecia terræ in villa quæ vocatur Batizei, altera petia in villa Santinei. Villanis etiam utriusque terræ cultoribus concesserunt cursum habere per omnes boscos suos. Hujus rei testes sunt : Wichardus de Cres, Joslenus de Cristuol. 1080, environ.

(*Au dos :*) Seguinus et Gosfredus, filius ejus, in Batisei et Santinei.

3567.

CHARTA QUA AVITUS DIMITTIT MALAM CONSUETUDINEM QUAM GENITORES EJUS AD SOLENEUM, IN TERRA SANCTI PETRI DE GRACIAGO TENUERANT.

(Bibl. nat., cop. 32-184.)

Constitutum[2] est ut quisquis terras vel res secularias sibi adquirit, tantum in vita sua usum fructus retineat, post mortem vero ad ecclesiam hereditas reddeat. Unde ego Avitus, timens peccatum patris et matris mee, qui tenuerunt malum usum in terra Sancti Petri de Graciago, 1080, environ.

[1] B. *monachi*. — [2] [Chrisme en tête.]

que fundata est in parrochia Sancti Marcelini de Monestrolio, que terra vocatur in loco ad Soleneum, dimitto ipsum malum usum et quod ibi adprehendere solitus eram; ita ut post mortem meam, aliquis heres meus vel ullus homo de genere meo non valeat ibi adprehendere aliquid. Facio autem tali conventione hanc guerpitionem, ut omnis qui voluerit eam infirmare, et aliquid ibi accipere, sit excommunicatus et ab ecclesia Dei separatus; ita ut cum Juda traditore in infernum habeat porcionem nisi resipiscat, et ad emendationem perveniat. Usus vero in accipiendo talis est : sex kalendarii, sex madienses, et duos agnos et sex messorenses[1] et quartus de terrá.

3568.

CHARTA QUA BERNARDUS, PERNUS ET GODOLENDH DANT SANCTO PETRO DE GRACIAGO QUASDAM RES IN VILLA AULANETIS.

(Bibl. nat. cop. 32-187.)

1080, environ. In sancta Dei æcclesia, que est constructa vel edificata in honore sancti Petri, que dicitur Grachiago, ubi Arhnaldus sacerdos prehesse videtur, igitur ego enim, in Dei nomine, Bernardo et Pernus et Godolendh, pro amore Domini nostri Jesu Christi, et pro redemptione animas nostras vel parentum nostrorum, dono ad ipsa casa Dei vel ad ipsos sacerdotes, qui cotidie ibidem adservit, aliquit de hereditate nostra que nobis legibus hobvenit; quia ipsa est hereditas in pago Vellaico, in vicaria de Bassense, in villa que dicitur Aulanetis. Dono ad casa Dei et Sancti Petri cabanaria una que est indominicata, quantum ad ipsa cabanaria aspicit vel aspicere videtur, totum et ab integrum tibi dono ad ipsa casa Dei, vel ad illo sacerdote qui cotidie ibidem adservit, usque inquirendum est. Et si ullus homo aut huna pressona, qui carta ista inquietare voluerit, ea hoctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti sit excommunicatus et habominatus, et cum Dathan et Habiron in infernis sit demergatus, et cum Juda, traditore Domini,

[1] [Sous-entendu *denarii*. Ces mots indiquent les époques de l'année auxquelles le cens était payable. Cf. ci-dessus n° 3545 et Du Cange, v° *Kalendaris*, III, 963, *b*.]

participationem habeat, et ad memoriam non perveniat ante Dominum. Signum Bernardo et Pernus, qui carta ista fierent et firmarent rogaverunt, manus eorum firmant. S. Bernardo. S. Pesro. S. Godholendh. Facta est carta in mense febroario, feria v[ta], in luna XXVII[ma], regnante Philippo rege. Wilgoneo scripsit.

(*Au dos :*) De villa Aulanetis.

3569.

CHARTA QUA ALFREDUS ET FILIUS EJUS WICHARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI QUIDQUID HABEBANT IN VILLA ITGIACO.

(Bibl. nat. cop. 32-189.)

In nomine Domini. Ego enim Alfredus et filius meus Wichardus donamus Deo et Sancto Petro quicquid habemus terre in villa Sancti Germani, nomine Itgiaco, pro salute anime meæ, tali conventu ut me solum seniores propter hoc sepeliant, si in fine dierum meorum illam dedero. Quam terram prior Sigaldus tali conventu etiam michi et uxori mee Ermengardi, et filio meo Wichardo dedit, ut in vestitura omni anno IIII[or] sextarios vini et dimidium reddat; et post nostrorum uterque discessum Sancto Petro remaneat. 1080, environ.

(*Au dos :*) De Prona.

3570.

CHARTA QUA HICBERTUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CURTILUM UNUM IN VILLA RUFIACO ET ALIAS RES.

(Bibl. nat. cop. 32-199; B. h. 504, DVII.)

Noverint cuncti fideles Domini, quod quidam homo, nomine Hicbertus, mittens filium suum, vocabulo Constantium, ad monachatum, tradidit Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo quandam portiunculam sue hereditatis, videlicet in villa Ruphiaco unum curtile, habens dextra sinistraque terram beati Petri et desubtus via publica; partem terre quam inhibi habebat idem Hicbertus, et in Frumental medietatem unius plantationis. S. Bernardi, S. Geraldi, filiorum ipsius 1080, environ.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Hicberti. S. Arnulfi, nepotis ejus. S. Odulrici de Cluniaco, S. Gaufredi atque Bernardi, trium fratrum infantiumque eorum.

(*Au dos :*) Karta Hicberti in Rufiaco.

3571.

CHARTA QUA RODULFUS DE BORBON DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PORTIONEM TERRÆ IN VILLA MAZEROIT.

(Bibl. nat. cop. 32-200; B. h. 528, DXXXI.)

1080, environ. Notum sit omnibus Dei fidelibus, quod Rodulfus de Borbon dedit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, unam peciam terre in villa quæ appellatur Mazeroit. Fecit autem istam donationem pro remedio animæ suæ et omnium amicorum suorum; et ne amplius ab aliquo calumniari possit, [testes [1]] adhibuit Bernardum qui vocatur Ruil et Bernardum Lancea Acuta et Constantium de Mazeroit.

3572.

CHARTA QUA HUGO DE MONTEPEDON NOTUM FACIT SE CLAUSUM DE PELUSE ET SERVOS MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 32-206; B. h. 588, DXCI.)

1080, environ. Notum sit fidelibus ubique terrarum christianis, quod ego Hugo de Montepedon [2] conventionem habui cum domno Ingelfredo [3] monacho, ut de hereditate mea aliquam partem darem Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, pro anima mea et fratris mei Valdrici [4], et aliorum parentum meorum; quod ego libentissime feci, et fratribus supradicti cenobii dedi quicquid habebam in clauso de Peluse, et servum unum, cum filiis, nomine Ricardum. Dedi etiam usuarium silve, ut sine ulla contradictione habeat cultor ejusdem terræ; terminatur autem supradicta terra a mane via publica, ceteris parti-

[1] [Ce mot est fourni par B.]

[2] B. *de Mot Pedon.*

[3] La copie de l'original porte *Lugelfredo;* B. donne *Jugelfredo.* Je pense qu'il faut lire *Ingelfredo.*

[4] B. *Udalrici.*

bus ab ipsa hereditate. Hanc donationem, ne quis ultra calumniari presumat, propria carta firmari feci, manu mea donum in capitulo Cluniacensi et super altare Sancti Petri feci.

3573.

CHARTA QUA GAUSCERANNUS TAUNEL DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN BERZIACO VILLA.

(B. h. 156, CLVIII.)

Scire debet fraternitas unanimitatis ęcclesię, quoniam unicuique fidelium est valde necessarium ut dona per divinam largitatem sibi concessa sollerter excolat, sapienter ordinet, recte etiam dividat, ut cum evangelicus ille Paterfamilias rationem positurus advenerit, non solum ea quę largitus est auferat, set etiam pro terrenis bene ministratis duplicata talenta simul et celestia bona restituat. Tali vero ac tanta auctoritate premonitus, ego, in Dei nomine, Gauscerannus, cognomento Taunel, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, et ad locum Cluniacum, cui magis prodesse quam preesse videtur dunnus Hugo abba, aliquid de hereditate mea quę mihi jure successionis advenit, videlicet quandam terram quam habebam in Berziaco villa, juxta terram Sancti Petri, quam emerant ab Rotberto et Wigone fratribus. Est autem terra supra nominata supra viam quę venit de ęcclesia. Itaque dono eis nominatam terram, sicut venit via quę descendit ab ęcclesia nominata, ad sinistram partem, hoc quod videor habere vel possidere, pro remedio animę meę et parentum meorum, ut Deus eas eripiat a penis inferni. Hoc autem donum feci per laudamentum dunni Sigaldi prioris[1], a quo accepi nonaginta solidos pro ipsa terra quam dedi. S. Gausceranni, qui hanc cartam fecit et firmare rogavit. S. Widonis, nepotis sui. S. Ottonis, sui senioris. S. Duranni. S. Nicetii.

1080, environ.

[1] [C'est la mention du prieur Sigaud qui détermine la date approximative de cette charte.]

3574.

CHARTA QUA AMELIA DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM VILLAMQUE DE CASELLIS.

(B. h. 166, CLXVIII.)

1080, environ. Sciant qui sunt et qui futuri sunt, quoniam Amelia, mater Gaufredi Berardi et Richardi Beraldi, et Hugonis clerici [1], dedit Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, monachisque Cluniacensibus, pro remedio animę suę, antecessorum suorum, in manu domni Hyvonis, tunc prioris claustralis, postea vero majoris Cluniacensis, et in presentia Hugonis cellerarii et Arnulfi carpentarii, et Alaardi de Castaneto, æcclesiam de Casellis, et cimiterium, servos et ancillas, prata et silvas, aquas aquarumque decursus, et omnem omnino terram cultam et incultam, set et omne quicquid in eadem villa proprii juris possidebat, quam videlicet villam a viro suo et filiis suis sibi in elemosinam supradicta Amelia retinuit, quando vir suus honorem suum filiis suis divisit. Quod sicut hoc donum Cluniaco coram domno Ivone fecit, sic et postea Cabilonis apud Sanctum Chosmam idem firmavit coram Rainardo, abbate Sancti Petri Cabilonensis, qui eandem villam sibi querebat, et monachis Cluniensibus auferre volebat, et coram Duranno decano, ejusdem abbatis (*sic*) monacho. Hoc etiam donum sicut eadem Amelia fecit et confirmavit, sic et filio suo Ricardo Beraldi auctorizare fecit coram Vuidone, Sancti Chosmę priore, et coram Joceranno Sancti Petri; similiter et alteri filio suo Gaufredo Beraldi laudare et concedere fecit, teste Bernardo Ungro monacho; set et tercium filium suum minorem Hugonem clericum supradicto Hugoni tradidit ad nutriendum, ut quando excrevisset, si fieri monachus vellet, fieret. Qui etiam Hugo juvenis quiquid mater sua dederat et laudaverat, dedit et laudavit, teste me qui hoc scripsi Leodegario. Sciendum preterea de quodam servo, nomine Humberto, quem in eadem villa de Casellis superius memorata Amelia dederat, et quem

[1] [Voyez ci-dessus, n° 3060.]

Landricus Grossus, causa uxoris servi et filiorum ejus calumpniabat, quod postea Landricus ipse, Casellis veniens, uxorem et servum maritum uxoris et filios Deo et Sancto Petro monachisque Cluniacensibus coram Hugone cellerario dedit et jornale quod est secus condaminam de Confrazo, quodque Durannus Bastardus, laudante Humberto de Curtevas, monachis eisdem dederat, supradictus Landricus laudavit et concessit, testibus Humberto de Curtevas et Uberto Ungro et Ilio de Crai.

3575.

CHARTA QUA NOTUM EST JOCERANNUM DE COPERIA HUGONI DE BITIACO ET MONASTERIO CLUNIACENSI, DUO MOLENDINA IN VILLA CASALES PIGNORI DEDISSE.

(B. h. 192, CXCIIII.)

Ad instruendam plenius posterorum noticiam, refellendamque calumpniatorum versutiam, congruum duximus acta diebus nostris ut litteris tradamus. Domnus Hugo de Bitiaco, qui illius temporis curriculo cellarii camereque Cluniacensis curam gerebat, jussu domni abbatis, commercium quoddam ad augmentum jam dicti loci fecit cum quodam milite, id est Joceranno de Coperia. Est siquidem quędam villa in pago Maticensi, Casales[1] dicta, ubi isdem miles pociorem habebat partem, ibi in aquam Graone molendini fuere constructi, sedesque sunt vacuę, his officinis aptę. Prelibatus nempe miles et prefatus frater Hugo, composita stabilitaque inter se coram testibus ratione ut ad certitudinem venerunt, dedit senior sepedictus domnus Hugo jam fato Joceranno CL solidos quos ob raritatem fortes vocant, et ipse Jocerannus ob hoc misit ipsi reliquisque senioribus loci Sancti Petri Cluniacensis in pignore duos molendinos quos in supra nominata sua villa habebat, eo tenore ut quandiu hanc pecuniam penes se tenuerit, fratres Cluniacenses hæc molendina commodaque ex his procedentia habeant, et si in ipsa possessione locis aptis alia construxerint molendina, similiter in suo jure habeant. Quod si sepe- 1080, environ.

[1] [Le copiste avait d'abord écrit *Tasales,* puis il a corrigé la première lettre. Il s'agit de Chazelles, dont la situation est indiquée par le voisinage de la Grosne.]

dictus Jocerannus, vigens et valens, redimere hoc pignus voluerit, aut suprascripte monete quantitatem reddat, aut Silviniacenses[1] solidum per XVII, vel Cabilonenses per XVIII, monetę probatę tunc currentes. Si vero ipse vel uxor sua inter hæc obierint, utraque molendina loco Sancti Petri sint subjecta. Quique primus discesserit, unum ex his molendinum Beato remaneat Petro. Si utrique ante redemptionem finierint, utraque sint apostolo Petro. Testes et auditores rationis hujus sunt : Humbertus [de] Bresses, Letbaldus [de] Digonia, Letbaldus [de] Jhoperia[2], Stephanus nepos Lodteni. Jocerannus Plena Fide et Odila uxor ejus laudaverunt.

3576.

CHARTA QUA ISNARDUS, FILIUS GIRINI REGENSIS, WERPIVIT QUERELAS QUAS HABEBAT CONTRA MONACHOS CLUNIACENSES IN POTESTATE SADRIANA.

(B. h. 267, CCLXIX.)

1080, environ. Priscorum virorum usu informamur ut ex his de quibus in futurum nobis succedentes certos reddere volumus, litteris mandare debemus, ne oblivione deleantur. Quapropter notum sit omnibus fidelibus, quod ego Isnardus, filius Girini Regensis, actenus querelam habens contra monachos Sancti Petri Cluniensis de potestate quę vulgo dicitur Sadriana, de illa videlicet parte quam mihi debitam jure beneficii proclamabam, ductus amore sancti Petri, pro redemptionę animę meę facio vuerpitionem Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo et monachis predicti loci, de illa querela quam ibi juste sive injuste conquerebam, videlicet infra has terminationes : a ponte Garifredi et sicut tangit podium vel montem, qui vulgato nomine dicitur Bocchet, et sicut dividitur cum terra quę dicitur de Vuacheraz. Infra has terminationes vuerpitionem ea ratione facio, ut neque ego neque aliquis ex heredibus meis ab hodierna die et deinceps aliquam calumpniam inde inferre presumat monachis Sancti Petri. Quod si presumpserit,

[1] [Sous-entendez *denarios*. — [2] Ce nom paraît être le même que celui de *Coperia* ci-dessus, qui est écrit ailleurs *Gauperia* et *Joperia*. Cf. n°s 3017 et 3332, note.]

perpetuę maledictioni succumbat et hæc notitia firma permaneat in perpetuum.

3577.

CHARTA QUA NOTUM EST ROBERTUM INCATHENATUM TRES CONDAMINAS IN PARROCHIA DE RONNENS A WIGONE CAPELS MONASTERIO CLUNIACENSI OLIM DATAS, LAUDANTE HUMBERTO DE BELLOJOCO, WERPIVISSE.

(B. h. 320, CCCXXI[1].)

Omnipotentis Dei ineffabilis misericordia presciens humanum genus pronum et labile ad peccandum, quędam purificationum genera, gratifica benignitate instituit, in quibus sordidata post baptismum conditio humana denuo restauraretur. Ex quibus permaxima esse credimus misericordiæ opera et helemosinarum diversarum multiplicem profusionem. Inde enim Salomon ait : « Redemptio animæ viri « propriæ divitiæ »; et Dominus : « Date elemosinam et ecce omnia « munda sunt vobis »; itemque : « Sicut aqua extinguit ignem, ita ele« mosina extinguit peccatum ». Hæc omnia revolvens animo quidam nobilis juvenis, nomine Wigo, a patris cognomine trahens agnomen Capels, dum revertitur a Roma, gravi detentus infirmitate, tandem cum difficultate devenit Lugduno, ibi denique ingravescente infirmitate deliberavit de rebus sui juris dare aliquid Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, Cluniaco monasterio suisque habitatoribus; consilio itaque habito cum suis fidelibus, donavit jam ad predictum monasterium quasdam condaminas quas jure paterno tenebat et possidebat, positas in parrochia æcclesiæ quę vocatur Ronnens, ubicumque æedem condamine divisę separatim jacent, cum omnibus appenditiis suis, cultis et incultis, arentibus et humidis, cum exitibus et regressibus, quemadmodum eas retinet et ambit circa se fluviolus Vosana dictus, qui decurrens secus easdem, inmergit se non longe amni Araris. Hoc itaque facto sollempniter dono, coastantibus multis, 1080, environ.

[1] [Voy. la charte B. h. 364, n° 2925, à laquelle celle-ci était jointe et qui contient une autre donation des condamines de Saint-Georges de Reneins.]

et maxime Pontio de Vicorzono, qui hujus doni testis fidelis et idoneus extitit quandiu vixit, quique moriens hujusmodi testimonium filio suo Beraldo sepius inculcavit, precipiens ei adtencius ut si ita res poposcisset, etiam jurejurando hoc affirmaret. His ita dispositis, jam dictus Vuigo diem clausit ultimum, et quia lati honoris dominus habebatur, lis non modica inter heredes de ejus honore orta est. Comes namque Matiscensis apprehensa sorore ejus, quę sola superstes erat, in conjugium, vendicavit sibi omnem honorem, et ut sibi ad hunc optinendum fortes adquireret adjutores, jam predictas donavit condaminas Rotberto Incathenato, qui tunc temporis potens videbatur illis in partibus. Quas ille aliquandiu injuste detinens, tandem a testibus veridicis convictus et maxime a Beraldo jam dicto milite, donavit pro hac re certum placitum domno Oddoni, qui tunc erat prior de Cluniaco. Venientes itaque condicto tempore ad quoddam portum qui dicitur Arciacus, post multas et diversas conlocutiones, ut in talibus moris est, acceptis a priore et ceteris senioribus quadringentis solidis monetę publice Lugdunensis, saciata cupiditate, finem fecit jam dictus Rotbertus initę diu contentionis, reddens predictas condaminas Deo et Sancto Petro. Sane unam ex his ex qua beneficiaverat suum quendam militem, filium Vigonis de Chaliouros, reddito congruo excambio, redemit ab ipso. Illud non est pretereundum, quod predicta comitissa, quam jam comes reliquerat ob certas causas, et eam sortitus fuerat miles quidam in conjugium, nomine Witfredus, hi namque venientes Cluniacum ad quandam solempnitatem, conventi super hoc a senioribus, laudaverunt hoc donum Deo et sancto Petro et habitatoribus Cluniaci deinceps habendum et possidendum omne per ęvum. Sunt autem positę sepedictæ condaminę in pago Lugdunense, adjacentes æcclesiæ et parrochiæ quę dicitur Ronnens, non longe a flumine Araris, quę et Sagunna vocatur. Una ex istis condaminis vocatur de Malo Pomerio, habens sibi adjunctas duas particulas alterius terræ quę jornales bovariorum erant. Alia dicitur ad Campanias, quę similiter habet aliam particulam terræ seorsum pertinentem ad se. Tercia condamina est ante portum castri quod Mons Merlus vo-

catur. Opere precium est adnectere huic carte, quod antequam colloquium sereretur cum jam dicto Rotberto de recuperatione seu redditione sepedictarum condaminarum, interpellatus est pro hoc a domno Oddone priore domnus Humbertus de Bellojoco, eo quod ipse capud et dominus omnis istius honoris habebatur, qui diu dissimulando, noluit jam dicto seniori certi aliquid respondere. Tamen sepe correctus, sepissime stimulatus, tandem ad hoc ventum est, quo sub specie hujus laudationis aliquod xenium illi deberetur offerri. Acceptis itaque L^{ta} solidis, laudavit jam supradictam terram Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, Cluniensi loco et habitatoribus ejus, deinceps perpetuo habendam et possidendam, tam ipse quam uxor ejus et plurimi magnates ejus. S. Rotberti, qui hoc quod inique detinebat reddidit et vuerpivit. S. Umberti de Bellojoco, qui laudavit. S. uxoris ejus. S. domni Dalmatii fratris Hu[m]berti. S. Petri de Varennas. S. Umfredi de Marcham. S. Bernardi de Marciaco.

3578.

CHARTA QUA ROTBERTUS DE LI MILES ET FILII EJUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLIS BURCIACO, BURGUNDESE, CINTINNIACO ET CASSINIACO.

(B. h. 352, CCCLIII, et 639, DCXLII [1].)

Notum sit omnibus hominibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Rotbertus, miles, de villa quę vocatur Li[2], quę est in episcopatu Cabilonensi, recognoscens me multum peccasse, relinquo[3] vanitatem hujus seculi omnesque pompas ejus, et accipio habitum Sancti Benedicti in loco qui vocatur Cluniacus : et dono Domino Deo et sanctis apostolis [ejus][4] Petro et Paulo ad eundem locum Cluniacum, ubi donnus Hugo magis prodesse quam preesse videtur, et fratribus ibidem Deo servientibus, omnia quę inantea narrabimus. Igitur ego Rotbertus dono unum clausum quem tenet Constantius in villa Burciaco. Item — 1080, environ.

[1] C'est la seconde copie que nous publions, en relevant toutefois les variantes de la première.

[2] Voyez ci-dessus, n° 3525.

[3] B. h. 352, *derelinquo*.

[4] [Mot ajouté par B. h. 352.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

dono in villa Burgundese unam vineam quę est super vineam Sanctę Marię de Podio. Item dono in villa Cintinniaco duas partes de silva quas ibi habebam. Similiter in villa Cassiniaco unam vineam quę vocatur Ascaler[1]. Convenientia quam fecerunt filii sui, Durannus et Bertrannus, cum patre suo de omne alodo quod habent vel habere debent vel quod eis evenit a parentibus suis, ita ut si sine filiis legalibus migraverint[2], totum ab integro remaneat Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locum Cluniacum, pro remedio animarum suarum vel parentum suorum, sine ullo calumpniatore. S. Rotberti, qui hoc donum fecit. S. Duranni et Bertranni.

3579.

CHARTA QUA SIMON COMES[3] DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUIDQUID HABEBAT IN ECCLESIIS ET IN VILLIS DE MARMAESSA ET ARCO.

(B. h. 585, DLXXXVIII, et 653, DCLVI[4].)

1080, environ. Comes Symon dedit Sancto Petro Cluniensi, in ęcclesia de Marmaessa et in medietate ipsius villę quicquid in dominicatu habebat. Dedit etiam ęcclesiam de Arco[5] et in medietate ipsius villę quicquid in domi[ni]catu habebat. Sunt autem istę res sitę in episcopatu Linguonensi. Si quis hanc donationem calumpniare vel scindere aliquo ingenio vel alicujus mendatii falsitate conatus fuerit, omnibus maledictionibus que in novo vel in veteri Testamento scriptę vel nominate videntur subjaceat; et nisi ad emendationem venerit, omnibus christianis alienus sit. Huic donationi interfuit Pontius et alii multi.

[1] B. h. 352, *ad Scaler.*

[2] B. h. 352, *obierint.*

[3] [Il s'agit peut-être ici de Simon, comte de Bar-sur-Aube, frère d'Adèle, comtesse de Champagne. (*Art de vérifier les dates*, in-f°, t. II, p. 615).]

[4] Cette seconde copie est incomplète. La première a été insérée après coup dans le cartulaire, sur un feuillet où on voit la trace d'une autre écriture grattée.

[5] B. h. 653. *Arc.* Arc-en-Barrois, ce qui détermine le nom du comte.

3580.

CHARTA QUA WILLELMUS, COMES PICTAVENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI EUTROPII SANCTONENSIS[1].

(B. h. 87.)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Wilelmus, Pictavensis comes ac totius dux Aquitanię, peccatorum meorum memor, ut Deus fieri dignetur inmemor, consilium accipiens a legatis apostolicis venerandę sanctitatis viris Amato, episcopo Olorensium, Hugone Diensium, licentia et auctoritate ipsorum, ęcclesiam beati martiris Eutropii corpore insignem, postquam de manu laicali eripui, et ei libertatem Deo donante adquisivi, consensum etiam constituendi in ea ordinis monastici non solum a predictis vicariis, sed etiam ab episcopo Sanctonensi et canonicis obtinui, transscribo et transfundo legitima transscriptione de manu mea in manum beati Petri Cluniacensis monasterii, cujus abbatem domnum videlicet Hugonem presentem video, ut locus iste ad servitium Dei ordinandus per eum ejusque successores omnibus deinceps temporibus disponatur et preter censum v solidorum cum reverentia matrici ęcclesię debita, nulli hominum quicquam debeat. Rogo vero, patres reverendi, qui vineę ęcclesiasticę cultores vice beati Petri advenistis, ut donum hoc confirmetis et corroboretis sicut oportere scitis, sigillo vestrę, id est apostolicę auctoritatis et perpetualiter ratum censeatis. Confirmo ego A. Olorensis episcopus sanctę Romanę sedis vicarius, et omni auctoritate corroboro. Ego quoque H. Diensis presul, ejusdem legationis sotius, id conlaudandum censeo. Quęcumque autem persona hanc tanta auctoritate subnixam presumpserit quocumque diabolico ausu infringere, noverit anathematis se gladio transfigant. Abbas Lemovicensis interfuit Ademarus; abba Angeriacensis Odo presens fuit; fuerunt et presentes abba Casę Dei Seguinus, abba Sancti Cipriani Rainaldus.

1081, 11 janvier.

[1] Imprimée dans le *Gall. christ.*, t. II, pr., col. 1094.

Personę laicales istę sunt quę viderunt et laudaverunt : domnus Calo vicecomes[1], Rotbertus Burgundus, Wilelmus Bastardus, Dommellus vel Senioretus prepositus. Nec defuere fratres conscriptione digni de ordine monastico : domnus Teuzo, de palatio domni pape, domnus Wido, monachus de Casa Dei, frater comitis Nevernensis[2]; Clunienses : domnus Falco, de Galliniaco olim dictus, domnus quoque Gerento, et domnus Pontius et multi alii. Quę donatio consummata sive completa est in camera quadam Sancti Eutropii a manu comitis in manum domni abbatis Cluniensis Hugonis, anno incarnationis Dominicę MLXXXI, indictione IIII, mense januario III idus, regnante Philippo apud Francos, apud Teutonicos et Italos Heinrico, apud Romanos presidente matri ęcclesiarum VII Gregorio, sub Aquitanorum comite Gaufredo Wilelmo, anno et ebdomada qua Synodus Sanctonensis est celebrata[3], super omnes reges imperante indeficienti vigore Domino nostro Jesu Christo cum Patre et Spiritu Sancto ęquali et consubstantiali potentia per infinita secula seculorum. Amen.

3581.

CHARTA QUA GISELBERTUS, COMES BERGAMENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM QUAM OBTINEBAT IN CAPELLA SANCTÆ MARIÆ DE SARNO[4].

(Bibl. nat. or. 138 A.; cop. 283-78; C. 90.)

1081, 29 mars. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo primo, quarto kalendas aprelis, indictione quarta. Monasterio Sancti Petri qui nuncupatur Cluniago, ego Giselbertus[5], comes comitatus Pergamensis, et filius quondam Maginfredi, qui fuit comes, qui professus sum ex natione mea legem vivere Longobardorum, offertor et

[1] [*Cadelo vicecomes.* Cf. n° 2816.]

[2] [Guillaume Ier, comte de Nevers, avait pour frères Gui, moine de la Chaise-Dieu, et Robert le Bourguignon, cité ci-dessus.]

[3] [D'après Labbe, *Concil.*, X, 397, le synode de Saintes fut célébré en 1080 (1081, n. s.). Cf. *Arch. hist. de la Gironde*, t. V, p. 102.]

[4] Pour la restitution de cette pièce, très barbare, nous nous sommes aidé de la copie qui se trouve dans C., n° 90, qui est elle-même peu claire.

[5] [C. *Gislebertus.*]

donator ipsius monasterii, presens presentibus dixi : quisquis in sanctis ac venerabilibus locis et[1] suis aliquid contullerit rebus, justa Auctoris vocem, in hoc seculo centumplum (*sic*) accipiet, [et] insuper, quod melius est, vitam possidebit ęternam. Ideoque ego qui supra Giselbertus, comes, dono et offero a presenti die in eod[em] monasterio Sancti Petri, pro annime mee, conjugisque mee Mattildis ac meorum parentum mercedem, mea portione de capella una cum area et cimeterio, et est consecrata in honore sancte Marie, et omnia que ad ipsa capella Sancte Marie pertinet, juris mei, quas abere visus sum in loco et fundo Sarno, et jacet a locum ubi dicitur, ubi est fondata ipsa capella, in Negreniano dicitur, omnia quicquid ad ipsa capella pertinere videtur in integrum; atque etiam dono ego qui supra Giselbertus, comes, a parte ipsius monasterii, munte uno in qua est silva et rocca qui est irrita, cum incisas suas juris mei, quam abere viso sum in loco et fundo Munticelli, jacet a locus ubi dicitur Munte de Argon, et est ipso munte et colle per mensura justa juge[s] legiptimas viginti : coeret ei ab una parte mihi reservo, ab alia parte que est meridie ipsius Sancti Petri; atque etiam dono et offero a parte ipsius monasterii casas et sedimen, et vineis, pratis, cum areis suarum seu terris arabelis, item juris mei quas abere viso sum in loco et fundo Munticello, jacet in villa, et sunt ipsæ casæ et rebus inter sedimen et vineis seu terris arabelis juges legiptimas jugeliis decem; atque dono et offero a parte ipsius monasterio pecia una de ter[ra] qui fuit castro, cum fosatum circumdatum, cum puteum infra se abente, cum incisa inibi abente, et pecia una de terra aratoria, cum incisa sua, item juris mei, quas abere viso sum infra castro qui fuit de Umbriano, et foris prope ipso castro Umbriano predicta pecia de terra, qui fuit castro, cum incisa sua et puteum infra se abente : coeret ei a mane mihi reservo, a meridie via et ipsius Sancti Petri monasterio; [habet] tabulas octo, in qua est cella Sancti Pauli de Vooplani, predicta pecia de terra, cum prefacta incisa sua, est[2] per mensura justa perticas jugealiis sedicim;

[1] [Lisez *ex*.] — [2] Lisez *et*.

coerct ei a sero via, a mane et meridie mihi reservo, a muntibus via que curit justo ipsum castrum, subtusque alii sunt in ihis omnibus coerentes, ut dictum est; [et] ipsa capella que est consecrata in onore sancti Marie, castro qui fuerit, tam sedimen et vineis cum areis sua seu terris arabelis, gerbis, pratis, pascuis, silvis majoribus et minoribus, muntibus, alpis, planiciis, rivis, rumpinis ac paludibus, coltis et incoltis, divisis et indivisis, una cum fini[1], terminibus, accessionibus et usibus aquarum, aquarumque deductibus, cum omni jure et cumdiciis vel tolleneis, acjacentiis et pertinentiis earum rerum, per locas et vocabolas, ab ipsa casa, castris que fuerunt seu capella seu rebus omnibus in integrum. Que autem istis rebus illis omnibus juris mei in easdem locas Sarno, Argon villa seu Umbriano supradictis, una cum accessionibus et ingresibus earum rerum, qualis supra legitur, in integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Petri dono et offero, et per presentem cartam offersionis ibidem abembendum[2] confirmo, faciendum exinde pars ipsius monesterii aut cui pars ipsius monasterii dederitis jure proprietario nomine quicquid volueritis, sine omni mea et eredum meorum contradictione, atque pro mercedem annime mee; quidem et espondero atque me ego qui supra Giselbertus, comes, una cum meos eredes, a parte ipsius monasterii aut cui pars monasterii dederit, istas res omnes qualis supra legitur in integrum ab omni homine defensare; quid si defendere non potuerimus, aut a parte ipsius monasterii exinde aliquid per covis ingenium subtrahere quescierimus, tunc in duplum predictis omnibus rebus a parte ipsius monasterii aut cui pars ipsius monasterii dederit restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis, aut valuerint sub estimatione in consimilibus locis. Anc enim cartam offersionis pagine Erlembaldi, notarii sacri palatii, tradidit et scribere rogavi, in qua subterconfirmans testibusque obtoli roborandam. Actum in loco Vooplano feliciter. Signum manus isto Gisleberti, comes, qui anc cartam offersionis fieri rogavi, ut supra. Signum manibus Umberti et

[1] Cop. d'orig., *sita*. C. *finibus*. — [2] Lisez *ad habendum*.

Guinizoni seu Raginerii atque Alberti sive Amizonini, testes. Ego Erlembaldus, notarius sacri palatii, scriptor hujus carte offersionis, post tradita complevi et dedi. Hec[1] omnia que sunt ut supra tradita ad monasterio Sancti Petri, idem monasterio Sancti Pauli de Vo[o]plano, cum rebus quibus ad ipsum monasterium pertinet juges LXX, et in Umbriano[2], alia ecclesia Sancti Petri que est in Umbriano, cum jugera XXXVIIII, et cum decima sive etiam de basilica quæ est in Samgo[3] sortes IIII, et alię que a res quod conquisite sunt ad ipsas in ecclesie.

3582.

PRÆCEPTUM ALDEFONSI, REGIS HISPANIÆ, QUO MONASTERIUM SANCTÆ COLUMBÆ, IN CIVITATE QUAM VOCANT BURGOS, MONACHIS CLUNIACENSIBUS DAT.

(Bibl. nat. cop. 283-86; C. 111 [4].)

In nomine Domini ineffabilis Patris et Filii videlicet et Spiritus Sancti, unus in Deitate et trinus in unitate, quoeternus et quoequalis, Christus, Deus et Dominus ante secula genitus, et per omnia regnans seculorum secula. Amen. In cujus nomine ego Adefonsus, divina gratia imperator totius Yspanie, scire facio et patule dico vel discerno, ut quicquid[5] legerit vel audierit vera esse firmentur et constanter redarguatur. Ideoque non est enim dubium, sed multis manent[6] nam eo quod sub divino ministerio in quo regiatur[7] universa, Deus qui, cum esset in principio in verbo, voluerit fieri ad tempus matris Virginis filius, duabus naturis subsistentibus, ut videretur in mundo Deus, ex quibus et Spiritus Sanctus est processus, qui unus in trinitate regnat, semper [in] secul[or]um secula Deus; et ideo jam dictus ego Adefonsus imperator, vobis patronibus meis sanctorum apostolorum Petri et Pauli 1081, 14 mai.

[1] Ce qui suit manque dans C.

[2] On a biffé ici les mots : « alienum « monasterio qui dicitur ».

[3] Il y avait *Samogo*, mais on a biffé le premier *o*. Lambert de Barive lit *Famego*.

[4] La copie de C. offre des différences considérables au point de vue de la rédaction. Le scribe s'est efforcé d'en retrancher les barbarismes qui défigurent l'original.

[5] [C. *quisquis*.]

[6] C. *sed omnibus manet cognitum*.

[7] [C. *reguntur*.]

Cluniacensis, sive Hugonius abba vel omnium collectuum monacorum que in hunc locum modo sunt vel futuri fierint, spiritum[1] (?) meum gratum et dilecto animo pro remedium anime mee vel parentum meorum, dono atque offero vobis monasterium meum proprium, vocabulo Sancta Columba, que abstraxi ex parti meum regalentum et successi de habitum[2] et parentum meorum[3], et ipsum monasterium jam dictum jacet in provincie Castelle, et est intus urbe Burgos, juxta de ipsam viam qui discurrit ad Sancto Jacobo. Concedo vobis hunc monasterium jam dictum cum omnes adjonctionibus vel hereditates ejus, tam heremas quam etiam et populatas, sive terras, et vineas et ortos vel molinos, etiam omnes ingressus vel regressus ad ubique pars vel quomodo est concluso atque designato, per suis locis et antiquioris terminis, ubi eum potueritis invenire, ab omnī integro vobis do, per manus dilectissimus meus atque fidelissimus vester frater Rodbertus, ut Dominus tribuat mihi proinde beatam vitam et requiem sempiternam in celestibus regnis. Et non permitto ut eum vendatis nec donetis ad nullus homo de hoc mundo, nisi in ipsum domum de Sancti Petri Cluniacensis serviat[4] usque in perpetuum. Precipio vel eicio ex eum scuiro fixi regali[5], ut non intret ibi nec vituperet januas ejus, non pro rausso, non pro homicidio, non pro fossatria[6], neque pro adnubda[7], neque pro ulla qualecumque supposita mala, set permaneat partique vestre inleso et intemerato, et per cuncta secula confirmato. Ita atque[8] ab hoc die et tempore sit ipsum monasterium jam dictum de meo jure regale abraso et in dominio et potestate hunc locum Sancti Petri et Pauli Cluniacensis sit tradito et confirmato. Si quis sane, quod oporte et fieri minime credo, aliquis homo contra hunc factum meum ad inrumpendum venerit, vel vituperale voluerit, tam regihac[9]

[1] C. porte ici : *bona voluntate.*

[2] [Lisez *habiorum* pour *avorum.*]

[3] C. *quod mihi ex regali progenie successit.*

[4] C. *sed volo ut Cluniacensi loco et fratribus in perpetuum et semper serviat.*

[5] C. *precipio autem ex eo scuro fixi regali,* etc. Cf. n° 3540.

[6] C. *fossadaria.*

[7] C. *adnuba.*

[8] [C. *ita ut ab hoc die.*]

[9] [C. *regia.*]

potestas quam populorum universitas, quisquis ille fuerit, qui talia admiserit, maledictus permaneat ad fidem Christo, et cum Juda traditore arsuros, pars penas luteat[1] in eterna dampnatione, et post damna temporalia conponat vobis in duplo vel triplo quantum calumpnia miserit, et exsolvat ad parte regis auri talenta III, et hujus factum nostrum plenam habeat roborem. Facta series testamenti die quod erit II idus maii, era I c[a] XVIIII[a]. Ego Adefonsus, divina gratia imperator totius Yspania, qui hunc testamentum fieri jussi et legente audivi propter remedium anime mee et parentum meorum, vobis sanctorum apostolorum Petri et Pauli Cluniacensis et Hugonis abbatis vel omnium collectum monachorum, que modo hic sunt vel futuri fuerint, manus meas injecit signum, et offero vobis hunc testamentum cum ipso monasterio. Sub Christi nomine, Hurracha, prolis Fredinandi regis et Sancia[2] regina filia, qui et confirmavit. Sub ejus imperio Elvira, simul ejus filia, confirmavit. (*Deux monogrammes.*)

[3] Comes Monino Gonsalvis, confirmavi. Comes Petre Assuris[4], confirm. Comes Martinus Adfonso, confirm. Comes Sancio Ordonis, confirm.

[5] Comite Gonsalvo Salvatoris, confirm. Comite Rodrigo Monnis, confirm. Comite Hunno[6] Velasches, confirm. Martino Sancionis, majorino regis, [confirm].

[7] Rodrigo Gundisalvis, armiter[8] regis, confirm. Senior Didago Albaris, confirm. Didago Gondisalvis, confirm. Albaro Salvadoris, confirm. Bermudo Guteris, confirm. Albaro Gundisalvis, confirm. Rodrigo Ordonis, confirm. Nunno Albares, confirm. Monnino Didas[9], confirm. Pelagio Bellides, major in domum regis, et confirm.

[10] Ineffabilis misericordia Christi, Bernardus, Palentine sedis episcopus et confirm. Sub Dei timore, Symeonis et Munionis, episcopi in

[1] C. *arsurus pari pena lugeat.*
[2] [C. *Sanctie regine.*]
[3] Première colonne.
[4] C. *Ansuris.*
[5] Deuxième colonne.
[6] C. *Nonno.*
[7] Troisième colonne.
[8] C. *armiger.*
[9] C. *Monninus Nunniz.*
[10] La quatrième colonne manque dans C.

Kastella et confirm. Sub ejus auxilio, Pelagius, Leonensis episcopus et confirm. Sub Christi nomine, Ederonius, Auriensis episcopus et confirm.

[1] In Burgos, et Kastro, et Monnino[2], atque et universe Kastelle, hic testis. Dominico testis. Pelagio testis. Johanno testis. Bellide[3] testis. Petre testis. Monnino Nunnes notuitque et confirmavit. (*Seing.*)

3583.

CHARTA QUA BERTA, CUM CONSENSU MARITI SUI WIFREDI, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ IN LOCO QUI DICITUR VARADE ET ALIAS RES.

(C. 87.)

1081, 8 octobre.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octogesimo primo, octavo die mensis octobris, inditione quinta. Monasterio Sancti Petri de loco qui dicitur Cluniacus, nos quoque Vuifredus, filius quondam Vuilelmi, de loco Carcani et Berta jugalibus, filia Lanfranci, de loco Martiningo, qui professi sumus ambo ex natione nostra lege vivere Longobardorum et justa capitulare domni imperatoris, in quo inter cętera insertum esse videtur, ut mulier potestatem habeat res suas donare et venundare cum concessa viri sui sibi licentia[4]; ideoque ego que supra Berta, una cum notitia de propinquioribus parentibus, qui sunt Vuinizus et Albertus, comites, filii mei, quos ego de priori viro habere visa sum, in eorum presentia et testium, certam facio professionem nullam me pati violentiam ab aliquo homine nec ab ipso viro et mundualdo meo, nisi mea bona et spontanea voluntate, offero et dono ipsi monasterio, presentes presentibus diximus: quisquis[5] ac venerabilibus locis de suis rebus aliquid contulerit, justa Actoris vocem centuplum, et insuper, quod melius est, vitam ęternam possidebit. Ideoque nos qui supra jugalibus donamus et offerimus a presenti die et deinceps ipsi monasterio, pro requie animarum nostrarum,

[1] Cinquième colonne.
[2] [Rapprocher *Monnino* de *hic testis.*]
[3] C. *Vellidez.*
[4] Capitulaires de Charlemagne et de Pépin, roi d'Italie de 793, n[os] XI et XXIV.
[5] [Suppl. *in sanctis.*]

hoc est unam petiam de terra in qua est ęcclesia una edificata in honore sanctę Marię virginis et sanctorum Michaelis et Petri, nostri juris, qui supra jugalibus, quam habere visi sumus in loco et fundo Varade; jacet in loco qui dicitur Casa Deserta, prope ripa Laveno, que est justa Lacum Majorem, et petia ipsa de terra est cum area et ecclesia et cimiterio per mensuram justam jugealiis legittime VI et dimidia : coheret ei a mane et a sero terra Hugonis, a meridie via, a montibus communia. Et similiter donamus ipsi monasterio terram cum casis et sediminibus, vineis, pratis, silvis, cum areis earum, seu terris arabilibus nostri juris, quas habere visi sumus in loco Varade, et in Casa Deserta seu in Apiano. Prima petia de terra in Casa Deserta, quę est sedimen, est per mensura justa tabulas XIII; coeret ei a mane Ottoni, a meridie Landulfi, a sero Hugonis et via. In secundo, sedimen ibi prope est et habet tabulas legittimas VI; a mane Ottoni, a meridie via, a sero Hugonis de Carcani, a montibus nobis reservamus. Prima petia de vinea in jam dicto loco Casa Deserta, est per mensura justa tabulas legittimas XIII et dimidia; est ei a mane et meridie Landulfi, a sero Hugonis et via. Secunda petia de vinea ibi prope est per mensura justa tabulas decem; coeret ei a mane Ottonis, ab aliis partibus Landulfi. Tertia petia de vinea habet tabulas quindecim; est ei a montibus, a sero ipsius Landulfi. Quarta vinea jacet in loco ubi dicitur a Nuce, et habet area ejus tabulas tres et dimidia; est ei a mane Landulfi. Prima petia de prato est in Casa Deserta, et habet tabulas octo. Prima petia de terra, quę est arabilis, est in Casa Deserta, in loco qui dicitur Orzialis, et habet tabulas decem et novem; est ei a meridie Hugonis, a montibus Ottonis. Alter campus dicitur a la Crocta, habet tabulas undecim; est ei a mane via, a sero flumen. Tertius campus habet tabulas tredecim; a montibus est ei via, a mane et meridie Landulfi. Quartus campus habet tabulas quindecim, et dicitur a Nuce; a montibus Hugonis, a meridie Landulfi. Quintus campus dicitur a Sedimola, habet tabulas undecim; a montibus Hugonis, a meridie flumen, a sero Landulfi. Sextus campus dicitur a Fontana, et habet tabulas decem et novem et dimidia; ab

omnibus partibus Landulfi. Septimus campus est in loco qui dicitur Fontana, et habet [tabulas] viginti et VI; a montibus via, a mane nobis reservamus, a meridie flumen. Octavus in loco qui supra, habet tabulas viginti; a mane Hugonis, a meridie flumen, a sero Landulfi. Nonus campus est in loco qui dicitur a Nolino, habet tabulas viginti et III; a mane et meridie Hugonis, a sero Fontana, a montibus Ottonis. Decimus campus est in loco qui dicitur Famulento prato, habet tabulas decem et septem; est ei a mane Girardi, a sero Landulfi. Undecimus campus dicitur Johanni presbiteri, et habet tabulas decem; a mane Landulfi, a sero Girardi. Duodecimus campus in eodem loco, habet tabulas viginti; a mane et sero Landulfi. Tercius decimus campus dicitur a Nolino, habet tabulas triginta et septem; est ei a mane Landulfi, a sero Girardi. Petia una de silva regia in jam dicto loco, habet tabulas quadraginta; est ei a mane jam dictis rebus, quę sunt in suprascripto loco Apiano. Prima vinea dicitur Azovena, habet perticas tres et tabulas quattuor et dimidia; est ei a mane et a montibus Sancti Ambrosii, a meridie Vigana, a sero Petri. Secunda vinea dicitur a Campo Averto, habet tabulas decem et septem; a tribus partibus Sancti Ambrosii, a meridie Sancti Victoris. Tertia vinea dicitur Itario, area ejus habet tabulas viginti; ab omni parte Sancti Ambrosii. Quarta vinea dicitur Casselli, habet tabulas triginta et duas; est ei a meridie terra Vigana, a mane Vuarimberti, a sero Andree, a montibus Laurentii. Quinta vinea dicitur in Clauso Arivaria, abet perticas jugeales novem et tabulas undecim; a meridie Leonis, a montibus Sancti Ambrosii, a mane et sero Sancti Petri Cęli Aurei. Sexta vinea dicitur a Fontana cum concisa sua, habet tabulas triginta et duas; est ei a mane Petri, a sero Sancti Ambrosii. Septima in Frontino, tantum via est inter medium; perticas duas et tabulas decem ; est ei a meridie Sancti Ambrosii, a mane via publica, et in aliquid Andree. Octava vinea dicitur a la Valle, habet perticas III et tabulas octo; est ei a meridie. . . et via a tribus partibus. Nona vinea dicitur a Juvena[1], habet tabulas

[1] Vel *Vivena*.

viginti et unam; a montibus Sancti Victoris, a meridie Petri, a mane Sancti Ambrosii. Decima vinea in ipso loco Juvena, habet tabulas XIII; est ei a mane Sancti Ambrosii, ab aliis partibus Petri. Undecima in silva regis, habet perticas duas et tabulas septem; a mane Sancti Simpliciani, alie partes Sancti Ambrosii. Duodecima vinea dicitur a Frontino, habet tabulas III; a sero Sancti Ambrosii, a meridie Petri. Tertia decima vinea in Frontino, habet perticam unam; a montibus Petri et Johannis, a mane Johannis, a sero Sancti Ambrosii. Prima silva dicitur a Riale, habet tabulas decem; a meridie Vuilelmi, a montibus eredum Ingoni. Secunda silva dicitur a Juvena, habet tabulas duas; ab omni parte terra circumdatur Petri. Tertia silva a Barina dicitur, habet tabulas IIII et pedes novem; a mane et sero Sancti Ambrosii, a montibus Vuilelmi. Quarta silva a Roncula, habet perticas duas et tabulas viginti et duas; est ei ab omni parte Sancti Ambrosii. Quinta silva dicitur a la Piscina Ursi, habet perticam unam; a mane Sancti Abundii, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Sexta silva dicitur Buzolina, et habet tabulas undecim; a mane et meridie via, a montibus Sancti Abundii. Septima silva dicitur in Casini, habet tabulas duas; a mane via, a meridie Sancti Ambrosii, a sero et montibus Sancti Abundii. Octava silva dicitur a Cerro Longo, habet tabulas viginti et duas; a sero via, a montibus et meridie Sancti Ambrosii. Nona silva dicitur Prada Plonpello, habet tabulas octo; a mane et meridie et sero Sancti Ambrosii. Decima silva est in Casale, habet tabulas novem; a sero Sancti Victoris, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Undecima silva dicitur Piscina Ursi, habet tabulas triginta et duas; a montibus et meridie Sancti Abundii, a mane et sero Sancti Ambrosii. Duodecima silva similiter in eodem loco, habet tabulas quadraginta et duas; circumdatur ab omni parte Sancti Ambrosii. Tertia decima silva dicitur Rovedano, habet tabulas decem et septem; est ei a mane et meridie Sancti Ambrosii, a sero et montibus Sancti Abundii. Quarta decima silva dicitur a Valle, habet tabulas viginti et sex; est ei a mane et sero Sancti Ambrosii, a montibus Sancti Abundii. Quinta decima silva dicitur a la Valle, habet perticas sex et tabulas VI; est ei a sero via, a meridie Sancti

Ambrosii, a mane Andree. Sexta decima silva in Barozola, habet perticas quinque et tabulas sedecim; a mane et sero Sancti Ambrosii, a montibus Ingizoni. Septima decima silva a Riale, habet perticam unam; a mane Sancti Ambrosii, a meridie Petri, a montibus Juganum. Octava decima silva in Cerro Longo dicitur, habet tabulas novem; est ei a mane Sancti Abundii, a sero et montibus Sancti Ambrosii. Nona decima silva dicitur in Casale, habet tabulas quinque; a mane Sancti Victoris, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Primus campus in Barina dicitur, habet tabulas quinque; est ei a montibus et sero via, a mane terra Jugana. Secundus campus dicitur Lipitiga, habet tabulas triginta et quinque; ab omnibus partibus est ei Sancti Ambrosii. Tertius campus dicitur a Novello, habet tabulas triginta et unam et dimidiam; est ei a mane et meridie via. Quartus campus dicitur in Ardinata, habet perticam unam; a meridie Sancte Marię, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Quintus campus in loco ubi supra, habet tabulas quinque; a meridie et sero Sancti Ambrosii, a montibus Sancti Simpliciani. Sextus in Solliani, habet tabulas octo; a meridie et montibus Sancti Ambrosii, a mane Sancti Victoris. Septimus campus de Ramberto, habet tabulas viginti et duas; a sero via, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Octavus campus dicitur Butolinus, habet perticam unam et tabulam unam; a mane Sancti Abundii, a sero Sancti Ambrosii. Nonus campus in Casine dicitur, habet tabulas viginti; est ei a meridie et montibus Sancti Ambrosii, a sero Sancti Victoris, a mane Sancti Abundii. Decimus campus dicitur in Cerro Longo, habet tabulas vinginti et quinque; est ei a montibus Sancti Stephani, a sero via, a mane et meridie Sancti Ambrosii. Undecimus campus dicitur a Cerro Longo, habet tabulas octo; est ei ab omni parte Sancti Petri. Duodecimus campus dicitur Auvidore, habet tabulas decem et septem; est ei a sero via, a montibus Sancti Stephani, a mane et meridie Sancti Ambrosii. Tertius decimus [campus] dicitur a Plonpello, habet tabulas quattuordecim; est ei a mane via, a montibus et sero Sancti Ambrosii. Quartus decimus campus dicitur a Plumpello, habet tabulas octo et dimidia; est ei a mane et a montibus Sancti Victoris, a sero Sancti Ambrosii. Quintus

decimus campus dicitur in Cogollo, habet tabulas quadraginta et duas; est ei a mane et a montibus via, a sero Sancti Ambrosii. Sextus decimus dicitur Campus Major, habet tabulas novem; a mane et meridie via Sancti Ambrosii. Septimus decimus campus similiter Major dicitur, habet tabulas undecim; est ei a mane Sancti Abundii, a sero [Sancti] Victoris. Octavus decimus item in ipso loco, habet tabulas novem; est ei a mane et meridie Sancti Ambrosii, a montibus via. Nonus decimus campus dicitur in Benedale, habet tabulas septem et dimidiam; est ei a montibus via, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Vigesimus campus dicitur in Novello, habet tabulas decem; est ei a meridie Sancti Victoris, a montibus et sero Sancti Ambrosii. Vigesimus primus campus dicitur de Rainberto, habet tabulas decem et septem; est ei a mane Sancti Ambrosii, a meridie et a montibus Sancti Abundii. Vigesimus secundus campus dicitur ad Cerrum Longum, habet tabulas quindecim; a montibus et sero Sancti Petri. Vigesimus tertius dicitur in Rovedano, habet tabulas triginta et tres; a mane et meridie terra de Vogonzade, a sero via. Vigesimus quartus campus dicitur Vallioni, habet tabulas quindecim; a mane Sancti Abundii, a meridie et sero Sancti Ambrosii, a montibus Sancti Victoris. Vigesimus quintus campus dicitur a Plonpello, habet perticas duas et tabulas octo; a sero via, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Vigesimus VI^us^ campus dicitur similiter ut supra, habet tabulas VI et dimidiam; a mane via, a sero et a montibus Sancti Ambrosii. Vigesimus septimus campus est in eodem loco, habet tabulas viginti et unam; a mane et meridie et a montibus Sancti Ambrosii. Vigesimus octavus campus dicitur in Benedale, habet tabulas octo; ab omni parte Sancti Ambrosii. Vigesimus nonus in eodem loco, habet tabulas viginti et duas; ab omni parte Sancti Ambrosii. Tricesimus campus in eodem loco, habet tabulas tredecim; ab omni parte Sancti Ambrosii. Tricesimus primus campus dicitur in Plonpello, habet tabulas quinque; ab omni parte Sancti Ambrosii. Tricesimus II^us^ campus in Plonpello, habet perticam unam et tabulas VI. Tricesimus III^us^ campus in eodem loco, habet perticas duas et tabulas VIII; est ei a mane Sancti Ambrosii, a meridie et montibus Sancti Victoris. Trice-

simus quartus campus dicitur Major, habet tabulas II; a montibus via, a sero Sancti Ambrosii. Tricesimus quintus dicitur a Verto, habet tabulas viginti octo; a mane Sancti Victoris, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Tricesimus VI^us campus dicitur a Verto, habet tabulas decem et octo; a tribus partibus Sancti Ambrosii. Tricesimus VII^us campus dicitur Apertum, habet tabulas septem et dimidiam; est ei a montibus Sancti Ambrosii, a sero Sancti Victoris. Tricesimus octavus est in eodem loco, habet tabulas XVII; est ei a sero via, a montibus et meridie Sancti Victoris. Tricesimus nonus campus dicitur in Cusi, habet perticas VI et tabulas sedecim; a meridie via, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. XXXX^us campus dicitur in Ordinata, habet perticas III; ab omni parte Sancti Ambrosii. Quadragesimus primus campus in eodem loco, habet tabulas undecim; est ei a montibus Sancti Simpliciani, ab aliis partibus Sancti Ambrosii. Quadragesimus secundus est in Solliano, habet perticas quinque et tabulam unam et dimidiam; est a mane Sancti Victoris, alie partes Sancti Ambrosii. Quadragesimus tertius campus dicitur Major, habet tabulas viginti et octo; a mane et a montibus Sancti Victoris, a sero via. Quadragesimus IIII^us dicitur in Campo Aperto, habet tabulas viginti et sex; a sero via, a mane et a montibus Sancti Abundii. Quadragesimus quintus est in Vallioni, habet perticas octo et tabulas III; a sero Landulfi, alie partes Sancti Abundii. Quadragesimus VI^us campus cum silva seu gerbo insimul tenentes dicitur a Melliariana, habet perticas viginti et III, et tabulas octo; est ei a mane Sancti Stephani, a montibus Sancti Abundii, a meridie via, a sero in aliquid Sancti Stephani et Sancti Abundii et eredum Operti. Quadragesimus VII^us campus cum silva in uno tenente in Milliariana dicitur, habet perticas quindecim; a mane eredum Guazonis, a meridie Sancti Stephani, a sero eredum Hugonis, a montibus Sancti Abundii. Quadragesimus octavus dicitur in Ordinata, habet duodecim; a mane Petri, a meridie Sancti Ambrosii. Quadragesimus nonus campus est in eodem loco, habet tabulas viginti et duas; a meridie Petri, a montibus et sero Sancti Ambrosii. Quinquagesimus campus a Rivaria, habet perticas IIII; a sero Sancti Abundii, alie partes

Sancti Ambrosii. Dicitur primum pratum in Fene Crasso, habet tabulas viginti; a mane et sero Sancti Ambrosii, a meridie Sancti Abundii. Alter cum silva insimul tenente dicitur a Riale, habet tabulas viginti et unam; a montibus Sancti Victoris, a sero Sancti Ambrosii. In Plonpello dicitur tertium, habet tabulas IIII; ab omni parte Sancti Ambrosii. Quartum iterum in Fene Crasso, habet tabulas vinginti; a mane et sero Sancti Ambrosii, a meridie Sancti Abundii. Quintum cum area sua dicitur Pratelli Petri, Johannis, Marini, habet tabulam unam. Dicitur VI[um] Valle Villatega, justa ipsam tabulam. Primum sedimen in Aplano jacet, in loco ubi dicitur Frontino, habet tabulas sedecim et pedes III; est ei a mane et a montibus via, a sero Sancti Ambrosii. Alter sedimen est in Fronnino, habet tabulas decem et septem; a mane Sancti Ambrosii, a meridie Sancti Simpliciani, a sero Sancti Abundii. Ut jam dictum est, capellam cum omnibus supradictis rebus et determinatis, hoc sunt vineis, pratis, pascuis, silvis, campis, gerbis, rivis, rupinis, paludibus ac pascualibus, jugana ejus proprie de ipsis rebus seu et communia et aquarum usus et decursus cum omni jure pertinentibus acjacentiis, omnia sicut sunt per loca et vocabula ipsis rebus pertinentibus in integrum. Donamus etiam unum servum, qui vocatur Johannes, filius quondam Mauroni, qui dicitur Roncasco, alio nomine vocatur Italus. Hec autem omnia nostri videntur esse juris, una cum accessionibus et ingressoras earum seu cum superioribus et inferioribus, qualiter simul sunt conprehensa ab hac die et deinceps donamus et tradimus jam dicto monasterio Sancti Petri ad habendum et faciendum quicquid placuerit rectoribus ipsius monasterii sine omni nostra contradictione et heredum nostrorum, ut Deus omnipotens per gratiam suam animarum nostrarum requiem ęternam concedere dignetur. Et insuper promittimus nos qui supra Vuifredus et Berta jugalibus, una cum heredibus nostris ipsi jam dicto monasterio vel cui rectores jam dicti concesserint, omnia vel aliquid de omnibus jam dictis rebus ab omni homine defendere; quod si perficere non potuerimus vel si per colibet ingenium aliquid de omnibus jam dictis rebus subtraere vel minuere quesierimus, tunc in duplum restituamus, sicut

IMPRIMERIE NATIONALE.

pro tempore fuerit meliorata in consimilibus locis sub extimatione. Hanc enim cartam donationis Erlembaldi, notarii sacri palatii, tradidi et scribere rogavi, in qua subter confirmans testibus obtuli roborandam. Actum civitate Mediolanensium feliciter. Signum Vuifredi et Berte jugalibus, qui hanc cartam fieri rogaverunt, et Vuifredus, mundualdus conjugis sue, sibi consensit. S. Vuinizonis et Alberti, filii Bertę, qui eam interrogaverunt. S. Ariprandi et Maginfredi, seu Tedaldi atque Amizonis, testium. Ego Erlembaldus, notarius sacri palatii, scriptor hujus cartule donationis post tradita, complevi et dedi.

3584.

CHARTA VENDITIONIS MONASTERII IN FUNDO RODOBIO CONSTRUCTI, CAPELLÆQUE, A GISULFO FILIO AUDEMARI ET ALIIS PETRO, QUI ET DONUM DEI, PRESBITERO FACTÆ.

(Bibl. nat. cop. 33-34; C. 101.)

1081, 6 octobre.

Hanno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo primo, sesto decimo die mensis octubris, indicione quinta. Constat nos Gisulfum, filium quondam Audemari et item Audemarium, filium quondam Ottoni et nepotem ipsius Gisulfi et Rotefredum, filium quondam Bernardi, et item Bernardum, filium Simeonis, qui inspiratione Dei monachus effectus est, et nepotem ipsius Rotefredi, et Aichardum, filium quondam Mainfredi et similiter Audemarium, filium quondam Rozonni, qui professi sumus omnes ex nacione nostra [legem vivere[1]] Longobardorum; [manifestum est me] accepisse, sicuti et in presencia testium accepi, a te Petro qui et Donum Dei[2] presbitero, filio qundam Guntranni, argenti denariorum bonorum Papiensium libras mille finito precio, pro monasterio uno constructo in loco et fundo

[1] Lambert de Barive n'ayant pu lire complètement les formules lombardes qui se trouvaient dans cet acte, y a laissé beaucoup de lacunes. Nous avons essayé d'en combler quelques-unes à l'aide de la copie de C., qui malheureusement ne suit pas toujours l'original. Nos restitutions et additions sont entre crochets. Voyez au surplus une pièce analogue sous la date du 4 avril 1082.

[2] C. nous donne cette forme du mot que L. de Barive a lu *Guidomundi*. Ce même nom se retrouvera ci-après au n° 3593, sous sa forme correcte.

Rodobio, cum capella una inhibi edificata in honore Domini Salvatoris et sanctorum Mathei apostoli et Valeriani[1], cum areis ubi estant, que adhuc non sunt consecrate, cum omnibus rebus et famulis[2] ad ipsum monasterium et capellam pertinentibus, vel inantea pertinuerunt, et sicut pars istius monasterii ubicumque infra hoc Italicum regnum detinere vel habere videtur et inantea detinuerint et habuerint in integrum, et cum districtis et albergariis et frodis atque cum omnibus [conditionibus] que nobis exinde pertinere videntur in integrum. Quod autem istum monasterium et capellam, cum areis et rebus ad ipsum monasterium et capellam pertinentibus [juris nostri], una cum accessionibus et ingressibus, seu cum superioribus et inferioribus [suarum]. . . . . . una cum predicta familia, qualiter superius [legitur, omnia ex integro] ab hac die tibi qui supra Petro presbitero pro isto precio vendimus, tradimus, emancipamus nulli alii vendita, donata, alienata, obnoxiata vel tradita nisi tibi, et facias a presenti die [et deinceps habeas et possideas tu et] cui tu dederis vel habere statueris proprietario nomine quicquid volueritis, sine omni nostra et heredum nostrorum contradicione; laudamus et spondimus atque promittimus nos qui supra Gisulfus et Audemarius et Rotefredus atque Bernardus seu Aichardus atque item Audemarius una cum nostris heredibus, tibi qui supra Petro presbitero, et cui tu dederis vel habere statueris istam vendicionem, qualiter superius [legitur,] ab omni homine defensare, et quod si defendere non potuerimus istam, aut si vobis exinde aliquid per quod[libet ingenium] subtrahere [vel minuere] quexierimus, tunc in duplum eandem vendicionem, ut supra legitur, vobis restituamus, sicut pro tempore [fuerit] meliorata aut valuerit sub estimacione in consimilibus [locis]. . . . . simul cum eadem familia [in integrum] et nichil nobis ex ipso precio dare debere dignius[3]; unde due carte vendicionis uno tenore scripte sunt. Actum infra castrum Rodobio feliciter. S. manu[u]m istorum Gisulfi et Audemarii seu Rotefredi atque Bernardi sive Achardi atque item Aude-

[1] [C. Lambert de Barive a lu, à tort, *Valentini*. — [2] C. *familiis*. — [3] C. *dicimus*.]

marii, qui hanc cartam vendicionis fieri rogaverunt et istum precium acceperunt ut supra. S. manu[u]m Girardi et Pimoni[1] et Oldeprandi[2] et Baldecioni seu Ottoni et Johannis et Piciniboni seu Bonisenioris[3], atque Vuilielmi testium. Ego Gisompertus[4], notarius sacri palacii, scriptor hujus carte vendicionis, post tradita complevi et dedi.

3585.

CHARTA QUA BERMUNDUS ET FRATER EJUS PETRUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI GENESII CUM ALIIS ÆCCLESIIS ET REBUS.

(Bibl. nat. or. 143; cop. 33-59; B. h. 39.)

1081. Dominus ac Redemptor noster cupiens humanum genus a laqueis diaboli, a quo per culpę suę meritum homines captivi tenebantur, misericorditer liberari, cum eos propriis viribus sciret minime posse salvari, contra peccatorum nostrorum mortifera contagia preceptorum suorum obponere dignatus est salutifera medicamina; inter quę duo in sacris eloquiis clarescunt eximia, quę principaliter ad obtinenda regna cęlorum Dominus ammonet, dicens : « Facite vobis amicos de « Mamona iniquitatis, qui vos recipiant in ęterna tabernacula[5] »; et : « Qui vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem suam, « et sequatur me[6] »; « quia nisi quis renunciaverit, inquit, omnibus quę « possidet, adhuc autem et animę suę, non potest esse meus discipulus ». Quę utraque Domini mandata ego Bermundus devote explere cupiens, cum animadverto nullatenus perfecte posse fieri nisi monachus efficiar, dono et commuto sive transfundo memet ipsum cum omnibus rebus et possessionibus et universis quę habere possum sive potuero omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Huguo abbas magis videtur prodesse quam preesse, sub regula videlicet beatissimi patris Benedicti, laudante per omnia et in omnibus quę infra scripta sunt fratre meo Petro, ut et

[1] C. *Primonis.*
[2] C. *Ildebrandi.*
[3] C. *Picinus bonus seu boni Senioris.*
[4] C. *Gisempertus.*
[5] [*Ev. sec. Luc.*, XVI, 9.]
[6] [*Ev. sec. Math.*, XVI, 24.]

ipse cum parentibus et propinquis nostris omnibus vivis atque defunctis hujus beneficii et helemosinę particeps habeatur. Est autem hęc helemosina et donum quod ego Bermundus et frater meus Petrus, miles strenuus, facimus, ut predictum est, ad cęnobium Cluniacense pro peccaminum nostrorum indulgentia et animarum nostrarum requie, necnon et patris et matris seu omnium propinquorum nostrorum animarum salute, æcclesia scilicet Sancti Genesii, cum omnibus quę ad eandem ęcclesiam pertinent, et æcclesia de Gonzelino, et totum quod Radulfus et Geraldus tenere solebant, de oblationibus altaris, de primiciis, de cimiterio, de decimo, et terra juxta ęcclesiam, a portis ęcclesię, ita ut via publica vadit usque ad rivum qui currit juxta Gonzelinum, et ex alia parte a vitrea ęcclesię ut rectum iter vadit usque ad rivum, et ita ut rivus et via simul junguntur, et æcclesia de Maurestello, et ęcclesia de Catellato et totum quod ibi habere solebamus, ego Bermundus et frater meus Petrus, de offerendis, et de primiciis, et de cimiteriis, et quod ego Bermundus habere solebam in ęcclesia de Barralis, de cimiterio et de offerendis et de primiciis et medietas de leisdis[1] de sale quę exeunt ad Gonzelinum[2], et piscatio porti, quam ego Bermundus habebam, et condamina de Mansuris, quę est inter duas vias, et grangia, et solum quod est subtus Gonzelinum, et clausum de Villare Bosonis desuper viam[3], et quantum Stephanus villicus tenebat[4] a me, et curtilus quem Martinus tenebat, et casamentum a me et prata tria quę sunt ex parte Tencini, et salices, et mansus Bernardi de Fonte Cooperto, et mansus Guillerii de Rochetis, et mansus Aymonis et Fulconis qui est in Monte Sancti Genesii, et medietas de manso Bernardi de Solariis. Si quis autem aliam medietatem hujus mansi ad locum Cluniacum dare voluerit, ego Bermundus et frater meus Petrus laudamus per alodum, et medietas mansi quem tenent Bermundus et Lantelmus Guersus, et qui aliam medietatem Cluniaco dare voluerit, nos laudamus per alodum; et

[1] [Pour *lesdis*. Voy. Du Cange v° *Leudis*.]

[2] On a effacé ici : « mansus Ermenardi et suos cortilos ».

[3] On a effacé ici : « hoc quod Durannus tenet juxta clausum ».

[4] On avait écrit d'abord *de me*.

quisquis dare voluerit ex nostris, ad locum Cluniacum, de decimis quę sunt de alodo nostro, nos laudamus. Boso omnesque fratres sui, scilicet Theutbertus et Petrus levita, Poncius Pinguis levita, Umbertus de Barralis levita, Algodus levita, Falco levita, Bermundus Merulus levita, Lantelmus Guersus levita, Achim levita.

Si quis autem, malo spiritu excitatus, sive propinquorum, sive extraneorum, in hoc dono et helemosina a me Bermundo et fratre meo Petro facta, aliquid (quod absit!) inquietare aut calumpniare voluerit, nullatenus adipisci valeat quod male quesierit, et si forte aliquod dampnum ingesserit, predicti apostoli claudant ei januas paradisi, nisi ad emendationem congruam venerit, aut digne veniam petere studuerit, alias vero sit anathema maranatha. Facta est ergo donatio hęc et helemosina anno ab incarnatione Domini millesimo LXXX° I°.

(*Au dos :*) Carta de Goncelino sive de Sancto Genesio.

3586.

CHARTA QUA GUIDO, BELVACENSIS EPISCOPUS, ET HUGO, COMES DE DOMNO MARTINO, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM ET ECCLESIAM DE ESCELENS.

(B. h. 42 [1].)

1081. Guido, Dei gratia sanctę Belvacensis ęcclesię episcopus, omnibus sanctę matris ęcclesię filiis, tam futuris quam presentibus, post laboriosam seculi hujus peregrinationem, quietam in cęlestibus mansionibus conversationem. Quia omnipotens Deus fideles suos inter hujus peregrinationis erumnas ad vitę patriam festinantes non solum spiritualibus sed etiam corporalibus bonis, ne in via deficiant, dignatur sustentare; ideo ad noticiam cunctorum fidelium volumus pervenire, qualiter villa quę dicitur Escelens, cum ęcclesia et altari, de manu comitis Hugonis de Domno Martino exierit, et ad dominium mona-

[1] Cet acte a été publié dans le *Gall. christ.*, t. X, inst., col. 248, *ex authentico,* ce qui veut dire sans doute d'après le cartulaire, car les deux copies sont identiques, sauf l'orthographe, qui est modernisée dans le *Gall. christiana.*

chorum Cluniacensium pervenerit, ut quod Dei pietas nostris temporibus per manum nostram dignata est confirmare, nulla posterorum temeritas deinceps audeat infirmare. Hugo, comes de Domno Martino, prȩfatȩ villȩ ȩcclesiam cum altari quem tenebat, quia in nostro episcopatu sita erat, nobis reddidit; quam postea cum altari similiter beato Petro Cluniacensi et ejusdem monasterii monachis dominis videlicet et fratribus nostris donavimus, et coram conventu clericorum nostrorum deinceps semper habendam concessimus. Postea vero idem comes Hugo, divino instinctu, prefatam villam et omnia ad eam pertinentia, terras scilicet arabiles et silvas, prata et vineas, servos et ancillas, amnem quoque subter currentem cum transitu, predictȩ Cluniacensium ȩcclesiȩ donavit, exceptis militum beneficiis, et deinceps possidenda concessit, annuente Phylippo rege et Hugone, regis fratre de Crispeio, et ejus uxore Adela. Si vero aliquis militum prefatȩ villȩ beneficia tenentium beato Petro suum beneficium aliquando vellet donare, omnino id sibi facere liceret absque ulla requisitione pecuniȩ, quam idem comes Hugo vel aliquis successorum ejus exigeret. Ut igitur hȩc inconvulsa permanerent, cum nostris abbatibus et clericorum ȩcclesiȩ nostrȩ venerabili conventu, necnon et presbiteris totius nostri episcopatus, sicut sunt prescripta, confirmavimus; ex parte etiam Dei omnipotentis, beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli auctoritate et nostra, omnes qui contraire vel contradicere presumerent, excommunicavimus. Rohaidis[1], uxor Hugonis de Domno Martino, et filius ejus Petrus, et filiȩ ejus Basilia, Adela, Eustachia presentes fuerunt, et prefatum donum laudaverunt et confirmaverunt. Phylippus rex laudavit et confirmando subscripsit, anno regni sui xx^{mo}. Affuerunt Adans dapifer regis, Herveus pincerna, Gervasius stabularius, Hugo de Crispeio subscripsit. Affuerunt Petrus, filius Tetbaldi, Adans frater ejus, Lambertus, frater ejus, Gualcerius, Tetbaldus, Drogo dapifer. Testes qui affuerunt cum Hugone de Domno Martino, Ilgerius, Rotbertus filius Anseis, Gualterus filius Martini. † Subscriptio Adelȩ, uxoris

[1] Le *Gallia* porte : *Rohaildis.*

Hugonis de Crispeio. Actum tempore domni Hugonis, abbatis Cluniacensis, anno ab incarnatione Domini millesimo LXXXI, indictione IIII[a].

3587.

CHARTA QUA ROSTAGNUS, AQUENSIS EPISCOPUS, CUM FRATRE SUO ET FILIIS EJUS, DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MONASTERIUM SANCTORUM GERVASII ET PROTASII IN CASTRO QUOD VOCANT FOSSAS.

(B. h. 81 [1].)

1081. Ego Rostangus, licet indignus, tamen appellatus Aquensis archiepiscopus et meus germanus frater Amelius et ejus filii Poncius, Raimundus, Wido, Gauzfredus, Bertrannus, communi voto rogamus omnes fideles Christi, presentes et futuros, ut pro illa caritate qua ipsi, Deo jubente, unusquisque proximum suum, sicut se ipsum diligere debet, pro illa caritate faveant et suffragentur ad hanc actionem nostram et donationem quę in textu hujus cartę adnotata videtur. De nostro namque patrimonio et hereditate nostra habuimus quoddam monasterium, quod et parentes nostri de alodo suo fundantes construxerunt, situm in diocesi Arelatensi, et in territorio castri item nostri, quod Fossas appellatur et in ipso monasterio memoria beatissimorum Christi martirum Gervasii et Protasii precipue honoratur. Quod cum vidissemus quia non regulariter nec secundum Deum esset ordinatum, visum est nobis id maxime expedire, ut pro amore Christi omnem secularem potestatem quam hucusque habuimus super idem monasterium ex toto dimittamus, et quantum in nobis est, in potestatem et donationem solius Dei et sanctorum ejus conferamus. Idcirco absolute et sine omni conditione prefatum monasterium, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, donamus et delegamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo et ęcclesię Cluniacensi, omnino in proprium et perpetuo jure tenendum et possidendum, ita ut nullus mortalium quicquam ibi potestatis habeat, nisi domnus Hugo abba Cluniacensis et ejus successores. In illorum manu et in consilio illorum

[1] Impr. dans le *Gall. christ.*, t. I, inst., col. 64; on trouve aussi à la page 601, des extraits de cette charte et de la suivante.

et arbitrio sit per omnia ordinatio monasterii, ut abbatem et patrem monasterii quemcumque ipsi voluerint mittant. Et hoc donum facimus pro remissione peccatorum nostrorum, et pro anima patris nostri et matris, fratrum nostrorum defunctorum, et specialiter pro anima nostri germani fratris Widonis jam defuncti, ut Christi misericordia a vinculo eam absolvat peccatorum, et requiem ei sempiternam concedere dignetur. Actum anno Dominicę incarnationis millesimo octogesimo I, domno Gregorio septimo Romanę ęcclesię et apostolicę sedi presidente. † Signum domni Rostagni, Aquensis archiepiscopi. Signum Bertranni comitis[1], qui dedit et firmavit. S. Amelii de Fossis. Uxor ejus Garsia firmavit. Poncius de Fossis et Wido, frater ejus, et Gauzfredus et Bertrannus, fratres, firmaverunt. Guido de Currives[2] et fratres ejus firmaverunt. Faraldus de Castello Duplo. Frater[3] Baltugatus et Hugo, presbiteri, firmaverunt. Hugo Umbertus et Wido, frater ejus, firmaverunt. Hugo Ysona et frater ejus firmaverunt. Hugo Geraldus et fratres ejus firmaverunt. Dodo et filii ejus firmaverunt. Raimundus et filii ejus firmaverunt. Fulco de Fossis et Pontius Signoritus et Wilelmus Poncius firmaverunt. Poncius Isnardus et frater ejus firmaverunt. Poncius Geraldus de Fossis firmavit. Petrus de Fossis firmavit. Hugo Wilelmus de Arcis firmavit. Poncius Lanbertus et Amelius Eldebertus firmaverunt. Ismido de Madalgas firmavit. Fredus de Zaturre firmavit. Petrus Leutaldus firmavit. Bermundus Mataronus firmavit. Wilelmus Amelius firmavit.

3588.

CHARTA QUA PONTIUS DE FOS, MILES, CUM MATRE ET FRATRIBUS SUIS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI MONASTERIUM SANCTORUM GERVASII ET PROTASII SUPER RIPAM MARIS SITUM.

(Bibl. nat. cop. 32-243; B. h. 82.)

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis Christique fidelibus, 1081 (après).

[1] [Bertrand II, comte de Provence.]

[2] [Il faut probablement lire ici : *Turrives*. Cf. le *Cart. de Saint-Victor de Marseille*, t. II, p. 931, et celui de Lérins, ch. XIX, où figurent plusieurs des témoins ici nommés.]

[3] [Lisez comme dans le *Gallia* «Faraldus... firmavit.»]

IMPRIMERIE NATIONALE.

tam presentibus quam futuris, quod ego Pontius miles de Fos [et fratres mei], Gaufredus et Bertrannus, ac mater nostra, nomine Garsia, locum sanctorum martirum Gervasii et Protasii, super ripam maris situm, cum omnibus appenditiis suis, quem primitus archiepiscopus Aquensis Rostagnus, avunculus noster, et pater noster Amelius, beatis apostolis Petro et Paulo et loco Cluniacensi, in manu domni Hugonis abbatis dederant et posuerant, post mortem ipsorum, nos prefatis apostolis locoque Cluniacensi, et domno Hugoni abbati, in manu domni Yvonis prioris tradidimus et cum laude procerum nostrorum, absque inquietudine qualibet et querela, libere deinceps possidendum et habendum concessimus, ita scilicet ut in voluntate et dispositione prefati domni Hugonis abbatis et omnium successorum ejus per succedentia tempora in perpetuum predictus locus consistat et permaneat. Signum Pontii, et Gaufredi, et Bertranni, fratrum suorum, et Garsie, matris eorum, qui hanc cartam firmaverunt [et alios firmare rogaverunt]. S. Petri, prioris Sancti Saturnini. S. Pontii, prioris Sancti Gervasii. S. Hugonis Humberti, et Widonis, fratris sui. S. Hugonis Geraldi et fratrum suorum. S. Petri Raymundi et Willelmi, et fratrum suorum. S. Ramnulfi de Juncas[1]. S. Wilelmi Flavii. S. Tetberti de Castello Novo. S. Heldeberti et Bertranni de Malamorte, et aliorum multorum.

(*Au dos :*) Carta de monasterio de Fos, tempore Hugonis abbatis.

3589.

CHARTA QUA GAUFFRIDUS, COMES CASTRI MAURITANIÆ, CONFIRMAT ET AMPLIFICAT DONATIONES AB AVO ET PATRE SUO MONACHIS CLUNIACENSIBUS APUD NOGENTUM FACTAS.

(Bibl. nat., cop. 32-125 [2].)

1081-1088. In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus

[1] B. *Juncis.*

[2] On trouve dans la *Biblioth. Clun.*, « col. 541, » quelques portions de cette charte tirées du cartulaire de Nogent-le-Rotrou. Ce que nous ajoutons ici entre crochets est tiré du texte inséré dans la *Biblioth. Clun.* Cf. Bry, *Hist. du Perche*, p. 152, qui en donne une analyse et quelques extraits. Voyez ci-devant les nos 3517 et 3563.

Sancti. [Amen]. Conditor mirabilis rerum, cum sit Dominus omnium nullaque nisi ab eo potestas hominibus data, in hoc seculo potentes in se credentes non respuit, sed uti Apostolus ait: « Personarum ac« ceptor non est, sed in omni gente qui timet eum et operatur justitiam « acceptus est illi »; quapropter in hujus mundi pelago caducis opibus admodum affluentes, atque vivere nolentes secundum [illud] Apostoli dictum « tanquam nichil habentes et omnia possidentes », et easdem opes male utendo abuti videntur, suorumque mole peccaminum deprimuntur, aliquando quidem resipiscentes advocatam divine propitiationis clementiam, totis nisibus totaque mente ad eum converti debent qui mortem peccatoris non vult, sed ad se redeuntis culpam non solum abstergit, sed etiam sua inolita bonitatis misericordia oblivionis velamine in perpetuo obtegit. Verum quoniam peccatori tante vires non subpetunt, ut absque sanctorum suffragio mereatur adipisci suorum veniam peccaminum, patrocinia gloriosissimorum apostolorum ceterorumque sanctorum incessanter opus est implorare, quatinus eorum meritis Deum placatum habeat, atque ad eterna gaudia mereatur pertingere sanctis omnibus repromissa. Itaque ego Gauffridus, castri Mauritanie comes, notum esse volo ortodoxe fidei cultoribus, quia avus meus domnus Gauffridus, vicecomes Castriduni, et pater meus comes Rotrocus, tam nobilitate superbi sanguinis quam mundanarum rerum famosissimus, pro parentum suorum suaque salute, necnon pro suorum sobolum incolumitate, inter Yoginie fluvium castrumque Nogenti, quod situm est in Pertico, in honore preciosi martiris Dyonisii sociorumque ejus magnifico opere basilice fundamenta jecerunt, totiusque operis partem peregerunt, atque prefatum martyrem Dionisium de suis rebus pro tempore honoraverunt; et inantea post operis ipsius basilice expletionem polliciti sunt dare multo majora, ut [monac]horum ordo inibi militatura sine aliqua inedia pro salute sua omniumque fidelium tam vivorum quam defunctorum, perdia pernoxque cum omni tranquillitate Deo funderet preces. Ego vero Gauffridus comes satis adhuc juvenculus heres pro eis constitutus, tandem superne majestatis intuitu quiete data et ocio, summopere opus illorum

implere curavi. Sumpta ergo omnia que avus meus et pater dederant, annuente domno Richerio Senonensium archiepiscopo et Carnotensis domino Gauffrido episcopo, et domno Tedbaldo comite palatino atque Stephano ejus filio, cum uxore mea Beatrice et filio meo Rotroco, necnon fratribus meis, et omnibus proceris et militibus et aliis hominibus meis benevola voluntate annuentibus, omnia acquisita vel adquirenda, nominata vel nominanda, trado, concedo et transfundo ad altare beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, quod est situm in loco qui Cluniacus vocatur, ubi domnus Hugo abba preesse videtur, et monachis sub ejus imperio Domino Deo die nocteque militantibus. Hec sine ulla occasione vel contradictione dono, et de mea potestate in illorum voluntate transmitto, ita ut ab hac die et deinceps ipse domnus abbas et successores ejus habeant locum illum, teneant, possideant, regant et dirigant secundum illorum velle et posse. Vicum etiam ecclesie supra memorate adjacentem, cum decem prati agripennis, totamque terram in circuitu ecclesie juris mei usque ad Rodnam[1] fluvium, et super ipsam duos farinarios concedo. Ex altera vero parte fluvii Yoginie[2] ecclesiam Sancti Hylarii, cum decima et sepultura omnibusque appenditiis suis. Terram quoque Burchardi cum brolio, terramque de Belseria[3] et etiam de Aschonis[4] villa; ecclesiam quoque Campi Rothundi cum tota Nizelle[5] terra et omnibus appenditiis suis. Super Eram[6] fluviolum, in loco qui dicitur Vivariis, omnem terram cultam et incultam, exquisitam et inquirendam cum pratis et silvis. Res quoque servorum meorum morientium ubique locorum, videlicet tam in Mauritanie comitatu, sive ubi ubi, sicut mos michi defert, cum assensu[7], et postulationes ipsorum, tam in edificiis quam in aliis rebus, beatis apostolis Petro et Paulo sanctoque Dyonisio fratribusque Cluniensis eidem loco famulantibus concedo. In Carnotino oppido dono censum omnium arearum mearum, et in Mo-

[1] Bibl. Clun., *Ronam.*

[2] Bibl. Clun., *Yogunæ.*

[3] Bibl. Clun. et ci-dessus, n° 3563. La copie 32 porte, à tort, *Belferia.*

[4] N° 3563; cop. 32, à tort, *Alchonis.*

[5] N° 3563, *Nigella.*

[6] N° 3563, *Heram.*

[7] [La copie 32 porte *eum assensit.*]

rismi villa terram unius aratri; medietatem etiam ecclesie de Margone atque molendinum de Ruitura, cum tali molta qualem hodie habet; terram quoque de Bremeris Curte cum mediatoria[1]; medietatem etiam Bebanis ville; et silva que dicitur Ostingavis[2]. Dimitto etiam piscatoriam Yoginie a vado Bellivillaris usque ad aquam que dicitur Edera. Addo etiam ego Gauffridus comes, cum uxore mea Beatrice et filio meo Rotroco, ex meo proprio ecclesiam Sancti Macitti[3] Mauritanie castri, cum omnibus appenditiis suis; ecclesiam quoque Nuiliaci quicquid in ea habebam; decimum etiam mercatum de Mauritania, quecumque fuerint empta vel vendita; omnis telonii redditio de omnibus rebus quecumque possunt dici vel inquiri; et decimam burgi Beatricis[4] uxoris mee; decimam quoque furni et molendini qui est in stagno subtus castro; pasnadium etiam omnium porcorum monachorum Sancti Dyonisii et sibi servientium de silva Resno et de omnibus forestis meis. Do etiam ecclesiam Sancti Stephani et ecclesiam Sancti Johannis de castro Nogenti. Decimam quoque mercati ejusdem castri, de omnibus que possunt dici vel inquiri; salis etiam eminam quam accipiebam in burgo Sancti Dyonisii; necnon et calciamenta que reddebantur mihi; avadium quoque et omnes alias consuetudines que in burgo Sancti Dyonisii accipiebam, omnes dimitto et condono Deo et sancto Dyonisio. Sintque franchi et liberi homines Sancti Dyonisii, ubicumque fuerint in omni loco mee potestatis, ita ut nullam consuetudinem reddant, nullam molestiam vel inquietudinem perferant, neque a me, neque a ministris meis. Quicumque autem in burgo Sancti Dyonisii quicquam vendiderit vel emerit, omnes albani seu extranei, tam in die mercati quam in diebus aliis, omnis telonei causa et omnis redditio atque districtio, excepto de burzesos meos proprios et receptarios qui stant cum eis in proprio burgo meo de Nogenti castro, erit Deo et monachis. Annonam quoque suam homo Sancti Dyonisii per totum mercatum circumportabit, postea revertetur

[1] [Bibl. Clun. ajoute : *ac terram Bonnaci cum mediatoria.*]

[2] [Bibl. Clun., *Ostinganis.*]

[3] [Lisez comme dans la Bibl. Clun., *Sancti Macuti.*]

[4] [Bibl. Clun. ajoute : *comitissæ.*]

in burgo Sancti Dyonisii ibique vendet cuicumque voluerit; et omnis telonis redditio erit monachis, tam in die mercati quam in diebus aliis. Do etiam hanc libertatem omnibus hominibus Sancti Dyonisii sive in burgo manentibus sive deforis ubicumque habitantibus, ut quicumque ex eis culpabilis contra comitem fuerit vel ejus ministris de qualicumque re, si se potuerit excusare per consimilem sibi hominem de hominibus Sancti Dyonisii, nichil amplius requiratur ei; si vero se excusare non potuerit, duos solidos tantummodo de lege ad comitem persolvendum est ei. Do etiam et concedo omnes saltus meos consuetudinarios, in silvis Sancti Dyonisii et habitaculis monachorum omnibusque hominibus illorum, ita ut homo Sancti Dyonisii, si voluerit, intra saltum habitet et exinde domum suam edificet, adque herbam et ligna ad omnes usus suos habeat, excepto ne vendat; nullamque exactionem per hoc ab ullo homine perferat, neque ullum debitum reddat. Perticum vero ad usum meum, et ad usum monasterii Sancti Dyonisii, ita in proprio meo retineo, ut queque fuerint ad usum monasterii necessaria, ex eo monachi sciant[1]; et homo illorum intra saltum Pertici habitet, et de illo domum suam edificet, atque ligna ad calefaciendum se habeat, et herbam, sine ulla consuetudine reddenda. Do etiam totam decimam tam de Pertico quam de omnibus saltibus meis, quibus remitto pasnadium omnium porcorum suorum; exsartos etiam intra et ultra Nezellam infra Campum Rotundum et Nezellam, que vocantur ad Trunchettos; duos quoque hospites qui sunt ad Booniacum, cum terra et bosco que est inter terram Sancti Dyonisii et Aiam; omnem quoque terram que est inter Rodnam et Chavinoseth[2], et inter aquam Yoginiam et forestam subtus Montem Felonis et desuper, et ex utraque parte cum pratis, sicut ego in dominio habebam, terram cultam et incultam, que dici vel inquiri quisquam possit. Concedo etiam supradicte ecclesie Sancti Dyonisii, ut si quis meorum fidelium aliquid quod est de beneficio meo tenere videtur, dimittere voluerit beato Dyonisio, habeat liberum arbitrium sine contradictione succedentium

[1] [Bibl. Clun., *faciant.*] — [2] [Bibl. Clun., *Chaumauset.*]

comitum atque heredum meorum. Quod si aliqua prava consuetudo in rebus datis vel dandis inesse videtur, statim ut data fuerint precipio aboleri quasi antea non fuerit. Emptiones quoque monachorum quas a meis hominibus facere quocumque modo potuerint, omnimodo liberas esse ab omni consuetudine mendo[1] et omnia que data sunt vel danda ab aliis in futurum libera esse volo, ut neque ego, neque succedentes mei, neque per bannum, neque per telonium, neque per viceriam[2], neque per collocationem nostrorum militum, neque per aliam quamvis modicam consuetudinem monachos de servitio Dei disturbent, neque suis hominibus nullam inferant inquietudinem. Ista omnia dona libera ita esse volo, sicut avus meus Gauffridus et pater meus Rotrocus sua suorumque fidelium dona esse stabilierunt libera, domino meo Tedbaldo comite palatino atque Stephano filio ejus assensu[m] prebente liberalitatis mee, quatinus ego et uxor mea et ventura progenies peccatorum nostrorum veniam adipisci mereamur; et in futuro eterna gaudia bonis omnibus repromissa; etc.[3].

Omnes vero qui fideliter et caritative eundem locum adjuvaverint et tractaverint atque dilexerint, salus et benedictio Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti super eos semper sit, amen, amen, amen[4].

Signum domni Gauffridi comitis, filii Rotroci, qui cartam istam fieri jussit et scribere rogavit, et auctoritate sua et manu propria confirmavit et corroboravit. Signum Beatricis comitisse, venerabilis uxoris ejus. Signum dulcissimi Rotroci juvenis, filii ejus. Signum domni Richerii, Senonensis archiepiscopi. Signum domni Gauffridi venerabilis Carnotensis episcopi. Signum Adalardi archidiaconi. Signum Gerogii[5] de Curva Villa. Signum Josleni subdecani. Signum Ingelranni. Signum Guerrici de Nociaci[6]. Signum Ademari decani. Signum domni Ted-

[1] [Lisez *mando.*]

[2] [Lisez *vicariam.*]

[3] [La suite de la formule comme au n° 3517.]

[4] [Dans la Bibl. Clun., cette phrase est placée avant la dernière phrase de la formule *sub hac etiam eos ponimus excommunicatione*, etc.]

[5] [Bibl. Clun., *Georgii.*]

[6] [Lisez *de Nociaco.*]

baldi comitis palatini. Signum Stephani filii ejus, et domne Aie[1] comitisse uxoris ejus. Signum Rodulfi Pagani. Signum Hugonis de Silic. Signum Guilelmi Guitardi. Signum Genelonis. Signum Galterii de Lamothes. Signum Gauffridi de Monboonis. Signum Yvonis, filii Gazonis. Signum Guilelmi de Curte Sesaldi. Signum Gualterii Chesnelli. Signum Gulielmi Anatonis. Signum Gerogii[2] de Ulmo. Signum Gualterii Ardentis. Signum Fulchosi de Menberoles. Signum Rainaldi Eucharii[3]. Signum Gutterdi Castriduni. Signum Oddonis Desreati. Signum Oddonis Brisardi. Signum Richerii forestarii. Signum Bladini prepositi.

(*Au dos :*) Carta domini Gauffridi, comitis Mauritaniensis.

3590.

CHARTA QUA RIPERTUS, CUM UXORE SUA BEATRICE ET FILIIS EORUM, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN MONTE ALBIONIS.

(Bibl. nat. fonds latin 17715, n° 59 ; B. h. 335, CCCXXXVI, et 646, DCXLIX[4].)

1082, 9 janvier.

Dominus Jesus Christus novus homo in mundum venit, nova precepta dedit, relinquens nobis exemplum ad nostram salutem : « Date « helemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis »; et : « Sicut aqua « extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum ». Hic sicut venit occultus, ita veniet manifestus; sicut venit redimere, ita veniet judicare; dolor sine consolatione impiis, gaudium sine [fine[5]] justis. Hoc judicium ante occulos habens ego Ripertus, filius Precipie, et uxor mea Beatrix, cum filiis nostris Riperto, Isnardo, Petro, Raimbaldo, Ugone, donamus Deo et Sanctæ Mariæ et Sancto Petro Cluniensis de nostra hereditate, in Monte Albionis, in episcopatu Sistaricensi, pro animabus nostris et parentum nostrorum, totum et integrum territorium de Leboret e del Vorze, aissi com se part ab aquel de Barret e de

[1] [Bibl. Clun., *Alae.*]
[2] [Bibl. Clun., *Georgii.*]
[3] [N° 3563, *Vicarii.*]
[4] [Les formules sont fort abrégées dans cette seconde copie, qui porte la date erronée de 1076.]
[5] [Ce mot, omis dans l'original, se trouve dans B. h. 335.]

Melacera, e de Sancta Trinitat, e de Vilaseca, e de Peira Rossa, et de Vila Petote e Derredorter[1]. Sane si quis, aut ego, aut ullus homo, aut femina, de propinquis parentibus nostris, aut quicumque homo qui contra cartam vel donationem istam ire, aut agere, vel inrrumpere voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed ira Dei maneat super eum et cum Juda traditore et Dathan et Abiron sit in infernum, et habeat lepram sicut Naaman Syrus[2], et a cunctis catholicis sit anathematizatus, et a Deo Patre, et Filio, et Spiritu Sancto et Petro et Paulo et Andrea sit maledictus, et postea ante omnes reges et presides firma et stabilis permaneat omnique tempore. Facta carta ista in mense januario, luna xv, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo LXXXII. S. Riperti. S. Karoli, Sistaritensis episcopi, qui hanc cartam fieri jussit. S. Beatricis. S. Riperti. S. Isnardi. S. Petri. S. Raembaldi. S. Ugonis. S. Petri Bermundi. S. Petri Laget[3]. S. Bonefacius de Cizeresta, et uxor sua Odila, et filiis suis Wilelmus atque Boso.

(*Au dos :*) Carta Riperti de medi. . . de omne alodum quem habebat in Monte Albionis, quem dedit Sancto Petro, que est in territorio Sistaricensi.

3591.

CHARTA QUA PETRUS, FILIUS GUNTRANNI, NOTUM FACIT SE MONASTERIUM DE RODOBIO, QUOD ACQUISIVERAT A GISULFO ET ALIIS, MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 33-86; C 97[4].)

Hanno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi milleximo octuageximo secundo, quarto die mensis aprilis, indicione quinta. Ego Petrus, qui et Donum Dei[5] presbiter, filius quondam Guntranni[6], qui professus sum ex nacione[7] mea lege vivere Longobardorum, presens 1082, 4 avril.

[1] [Lisez *de Redorter*. Tous ces noms de lieu sont en langue vulgaire.]

[2] [Naaman, général de l'armée de Benhadad, roi de Syrie, fut guéri de la lèpre par le prophète Élisée.]

[3] [B. h. 335, *Plaget*.]

[4] Voir, ci-devant, la charte 3584. Pour restituer cette pièce, nous nous aidons de la copie de C.

[5] La copie 33 porte : *qui et Domini Dei.*

[6] C. *Guntrammi.*

[7] [Lambert de Barive a lu *extracione*.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

presentibus dixi : « Vita et mors in manu Dei est, melius enim ho« mini metu mortis vivere, quam spe vivendi morte subitanea preve« nire », et manifestum est michi qui[1] supra Petro, eo quod venundaverunt michi ante hos dies Gisulfus, filius quondam Audemarii, et item Audemarius, filius quondam Ottoni, et nepos ipsius Gisulfi, et Rotefredus, filius quondam Bernardi, et item Bernardus, filius Simeonis, qui inspiratione Dei monachus effectus est, et nepos ipsius Rotefredi, et Aichardus et Mainfredus, archipresbiter Sancte Verxellensis ecclesie, germani filii quondam Mainfredi, et similiter Audemarius, filius quondam Rozonis, per cartam vendicionis et acceptum precium : id est nominative monasterium unum constructum in loco et fundo Rodobio, cum capella una inhibi edificata in honore Domini Salvatoris et sanctorum Mathei apostoli et Valeriani, cum areis ubi estant, que adhuc non sunt consecrata, cum omnibus rebus et familiis ad ipsum monasterium et capellam pertinentibus vel[2] inantea pertinuerint, et sicut pars ipsius monasterii ubicumque infra hoc Italicum regnum detinere vel habere videtur, vel inantea detinuerint vel habuerint, et cum districtis et albergariis et frodis atque cum omnibus condicionibus, que eis exinde pertinere videbantur in integrum, ut a presenti die in mea aut cui ego dedissem vel habere statuissem fuisset potestate, proprietario jure habendi et faciendi exinde quod voluissem. Modo vero considerante me Dei omnipotentis misericordia et retributione heterna, ut ne easdem res omnes inordinatas relinquam, propterea previdi eas ita ordinare et disponere, ut omni tempore ac sic firmum et stabile permaneat qualiter hic libenter statuero, et mea decrevit voluntas; pro anime mee mercedis, dono, volo et statuo seu judico atque per anc cartam ordinacionis mee confirmo, ut monasterium Sancti Petri constructum in loco qui dicitur Cugneto, habeat proprium istum monasterium constructum in predicto loco Rodobio, cum omnibus rebus et familiis ad ipsum monasterium pertinentibus, vel inantea pertinuerint, et cum

[1] [Cop. 33 : *cui*. — [2] Suppl. *que*, et de même plus loin.]

omnibus districtis et albergariis et frodis et omnibus condicionibus sicuti michi per jam dictas cartas vindicionis advenerunt in integrum, eo tenore ut abbas ipsius monasterii Sancti Petri habeat licentiam et potestatem habbatem aut priorem et alios monachos quantos voluerit ibi mittendi et regulariter ordinandi; eo tamen ordine ut non habeant licentiam aut potestatem habbas ipsius monasterii Sancti Petri, qui nunc est vel inantea fuerit, habbas vel prior, vel monachus predicti monasterii Sancti Valeriani, qui nunc sunt vel inantea fuerunt, ipsum monasterium vel de rebus ad ipsum monasterium pertinentibus, vendendi, donandi, commutandi, in libello vel beneficio dandi, seu quolibet alio modo alienandi, et non habeant licentiam vel potestatem advocatum vel defensorem in ipso monasterio mittendi, quod sit contra illorum honorem, qui michi istas cartas vendicionis fecerunt, aut illorum descendentium; et monachi ipsius monasterii Sancti Valeriani cotidie matutinas, missas, vesperas et alia divina officia canant pro animabus illorum et illarum qui michi dicto Petro presbitero de isto monasterio cartas fecerunt, et omnium ipsorum et ipsarum parentum, et pro animabus omnium fidelium vivorum et defunctorum, pro anime mee mercede. Et si aliquis habbas ipsius monasterii Sancti Petri istum monasterium Sancti Valeriani, aut res ad eum pertinentes quolibet modo alienare voluerint, au[t] si[1] ibidem advocatum defensorem miserint, quod sit contra illorum honorem qui michi istas cartas vendicionis exinde fecerunt aut eorum descendentium, tunc ipsum monasterium et res ad eum pertinentes in eorum istorum qui michi illas cartas vendicionis fecerunt eorumque descendentium redeant potestatem; et ibidem tandiu permaneant, quamdiu illic evenerit habbas monasterii Sancti Petri qui hanc meam ordinacionem qualiter supradicitur adimpleat, quia taliter mea[2] decrevit voluntas, pro anime mee mercede et pro honore sacerdotii mei; et nec michi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me semel factum est, vel quod scriptum inviolabiliter conservare promitto, constipulacione subnixa. Hanc enim

[1] [Le texte porte *ausi.* Ce mot manque dans C. — [2] La copie 33 donne *in ea.*]

cartam ordinacionis pagina Gisemperto, notario sacri palatii, tradidi et scribere rogavi, in qua subterconfirmant, testibusque obtuli roborandam. Unde tres carte ordinacionis hunc tenore scripte sunt. Actum civetate Ticinum feliciter[1]. Ego Petrus presbiter in hac carta ordinacionis a me facta subscripsi. Signum manu[u]m Opizonis et Bernardi lege viventes Romana, testes. Signum manu[u]m item Opizonis et Ungari atque Ottonis testes. Ego qui supra Gisumpertus[2], notarius sacri palacii, scriptor hujus carte ordinacionis, post tradita conplevi et dedi.

3592.

CHARTA QUA BERARDUS WERPIT HUGONI ABBATI CLUNIACENSI RECEPTUM QUEM INJUSTE IN VILLA CAVARIACO USURPAVERAT.

(B. h. 503, DVI.)

1082, 13 juin. In nomine sanctę et individuę Trinitatis, evangelio mundi per climata jam pene predicante, utrum quis de Mammona iniquitatis amicos spondeat se posse facturum, veniam peccatorum didicimus se fore habiturum. Hac ego Berardus predicatione utcumque conpunctus, annuatim solitus habere receptum in villa que dicitur Cavariacus, quod mea culpa male usurpavi, istud omnino pro anima patris mei vel matris, scilicet antecessorum meorum, reddo; immo accipio precium unius mulę ac centum xxx^{ta} v^{que} solidos denariorum, et istud donum concedo Deo et apostolis ejus Petro et Paulo atque Johanni Baptistę[3], ea lege, et eo tenore, ut si quis illud amodo calumpniaverit vel reclamaverit, sit anathematizatus et alienatus a sanctis Dei muneribus, et sit sequestratus a mea hereditate, usque dum satisfaciat. Hoc vero firmo et corroboro et aliis testibus concedo, presente donno Hugone, cujus obsecratio et precio ista faveo, testantibus istis : Berardo de Sendreens, Duranno fratre ejus, Widone Ferreolo, Achardo Bresenchio, Manasse de Canniaco, Berardo de Misiriaco, Bernardo prefecto nostro. Laudatores vero istius cartę fuerunt isti : Wilelmus comes

[1] Voir t. II, n° 1229, 967, 16 juillet.

[2] C. *Gisempertus*, comme ci-dessus.

[3] [La donation est faite au prieuré de Saint-Jean de Chaveyriat.]

Burgundię, Rainaldus filius ejus comes Matisconensis; in presentia istorum: Duranni Clari clerici, Guidonis Burgundionis[1], Galterii de Felins, Achardi Bresenci, Aini de Curriberti, Bernardi, prepositi de Cavarico. Firma carta ista idus junii, feria II, luna XII, regnante Philipo rege Francorum. Ista carta fuit firmata in civitate Matisconensi, tempore Landrici episcopi.

3593.

CHARTA QUA ERMENGARDA PETRO PRESBYTERO OMNIA JURA SUA IN MONASTERIO DE RODOBIO ET IN CAPELLA INIBI ÆDIFICATA DERELINQUIT.

(C. 84.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo secundo, octavo kal. novenbris, inditione quinta. Tibi Petro, presbitero, qui et Donum Dei[2], filius quondam Guntrammi, ego Ermengarda, filia quondam Ottonis et conjunx Rotefredi, quę professa sum ex natione mea lege vivere Longobardorum, ipso namque jugali et mundualdo meo mihi consentiente et subter confirmante, presens presentibus dixi, promitto et spondeo ego que supra Ermengarda, una cum meis heredibus, tibi qui supra Petro presbitero et cui tu dederis vel habere statueris, ut ullo umquam in tempore non habeamus licentiam nec potestatem per ullum ingenium vel occasionem agere vel causare adversum te, et cui tu dederis vel habere decreveris, nominative de uno monasterio, quod est positum in loco et fundo Rodobio et de capella inibi hedificata, in nomine Domini et Salvatoris et sanctorum Mathei apostoli et Valeriani, cum areis ubi constant, quę non sunt consecrate, insuper de rebus et familia ad ipsum monasterium et capellam per-

1082
25 octobre.

[1] C'est sans doute Guy II, comte de Mâcon, qui s'était fait moine à Cluny en 1078, laissant le comté à son cousin Guillaume, comte de Bourgogne, qui donna peu après le comté de Mâcon à son fils Rainaud, mentionné deux lignes plus haut avec le titre. Cette pièce prouve que Guillaume n'attendit pas l'an 1085 pour donner à son fils le comté de Mâcon, contrairement à ce que dit l'*Art de vérifier les dates*.

[2] [Ce surnom a été écrit correctement par le rédacteur du cartulaire. Voir les nos 3584 et 3591.]

tinentibus vel que pertinere debentur, et quicquid infra hoc Italicum regnum detinet vel habere videtur vel detinuerit, cum districtis et albergariis vel frodis, seu conditionibus vel rerum ad ipsum monasterium pertinentium, sive rusticorum terram supradicti cenobii laborantium vel excolentium, dicendo quod nobis inde aliquid pertinere debeat, sed omni tempore nos et nostri heredes exinde taciti et contempti permaneamus. Quod si ammodo aliquo in tempore, ego que supra Ermengarda meique heredes adversum te Petrum, presbiterum, vel adversus eos quibus dederis vel habere decreveris jam dictum cenobium et capellam cum areis earum vel de omnibus rebus quoquo modo supradictis ecclesiis pertinentibus contra vos agere vel causare presumpserim, aut nostra submissa persona et tacita non fuero et omni tempore contempta, aut si aparuerit ullum datum aut factum vel quolibet scriptum exinde in aliam partem fecissem et claruerit, tunc componam vobis ipsas res omnes in duplum, sicut pro tempore fuerint meliorata, sub estimatione in consimilibus locis, simul cum eadem familia in integrum, et insuper penam argenti libras triginta. Et insuper eo tenore, ut supra legitur, ad hanc confirmandam promissionis paginam accepi ego jam dicta Ermengarda a te jam dicto presbitero exinde launechil tavernam unam, ut hęc mea promissio, sicut supra legitur, firma permaneat atque persistat. Actum *civetate Ticinum*[1] feliciter. Signum Ermengarde, que hanc cartulam promissionis fieri rogavit et istum launechil accepit, ut supra. Signum manus suprascripti Rothefredi, qui eidem Ermengarde conjugi et mundualde suę consensit, ut supra. Signum manuum Chuniberti et Opizonis atque Bernardi, testium. Ego Gisempertus, notarius sacri palatii, scriptor hujus cartulę promissionis, post tradita conplevi et dedi.

[1] Après le mot *actum*, le copiste a figuré des signes, où l'on lit en caractères lombards : *civetate Ticinum*. Voyez au reste les chartes imprimées ci-dessus, n° 3591, et au tome II, n° 1229, 1230, etc.

3594.

CHARTA QUA WIGO ET ALII FRATRES SIVE PROPINQUI DANT MONASTERIO CLUNIACENSI DUAS ECCLESIAS IN LOCO QUI VOCATUR ALAVARDUS.

(Bibl. nat. or. 145; B. h. 596, DXCIX.)

Dominus ac Redemptor noster, cupiens humanum genus a laqueis 1082.
diaboli, a quo per culpe sue meritum homines captivi tenebantur, misericorditer liberari, cum eos propriis viribus sciret minime posse salvari, contra peccatorum nostrorum mortifera contagia preceptorum suorum obponere dignatus est salutifera medicamina, inter quę duo in sacris eloquiis clarescunt eximia, quę principaliter ad obtinenda regna cęlorum Dominus ammonet dicens: « Facite vobis amicos de « Mamona iniquitatis, qui vos recipiant in ęterna tabernacula », et « Fa« cite helemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis »...... Que Domini mandata nos fratres sive propinqui, scilicet: Guigo et Hysardus, et Ainardus,..... et Wilelma, et filius suus Wilelmus, et Avierna, et Borno, et filii sui Borno et Rostagnus,..... et Petrus, et Umbertus, et Bernardus et Petrus Brunus,..... explere cupientes, donamus omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Huguo abbas magis videtur prodesse quam preesse, videlicet ecclesiam Sancti Petri et Sancti Marcelli, quę sunt sitę in loco qui vocatur Alavardus[1]; ad hoc ut ibi monasterium fundetur, cum primitiis et partem tertiam decimarum, seu oblationibus et helemosinis...... Facimus autem hoc donum pro salute animarum nostrarum et omnium propinquorum nostrorum vivorum sive defunctorum, quatinus meritis sanctorum apostolorum et monachorum Cluniensium orationibus, ita in hoc seculo Deo placere possimus, ut in futuro gaudia ęterna habere mereamur. Amen..... Hęc carta facta est anno ab incarnatione millesimo LXXX°II°. Si quis autem malo spiritu excitatus, sive propinquorum nostrorum, seu extraneo-

[L'église de Saint-Pierre était celle du prieuré; celle de Saint-Marcel était l'église du lieu d'Allevard. *Cartul. de Grenoble*, p. 326-327.]

rum, in hoc dono et helemosina a nobis facta aliquid (quod absit!) inquietare aut calumpniare presumpserit, nullatenus adipisci valeat quod male quesierit, et si forte aliquod dampnum ingesserit, predicti apostoli claudant ei januas Paradisi, nisi ad emendationem congruam venerit aut digne veniam petere studuerit, alias vero sit anathema maranatha.

(*Au dos :*) Carta de Alavardo.

3595.

CHARTA QUA AGINDRICUS ET UXOR EJUS ENEXQUIVA ATQUE ALII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAS DE AQUA PULCRA, DE CASTRO CARBONARIO ET DE MONTE AGINDRICO.

(Bibl. nat. cop. 40-91 1° [1]; B. h. 134, CXXXVI.)

1082 (?). Ego Agindricus et uxor mea Enexquiva, et filii mei Guttfredus, et Aimo, et David, et Agindricus, et Guitfredus, nepos filiorum meorum, cui Brocardus episcopus primus donationem fecit, donamus ecclesiam que est in villa que vocatur Aqua Pulcra, et ecclesiam que est in castro quod vocatur Carbonarius, cum tercia parte decimarum, et ecclesiam de Monte Agindrico. Donamus Sancto Petro et Sancto Genesio et ad monacos eorum pro redemptione; et qui hoc contradi-

[1] Cette pièce et la suivante sont réunies sur le même feuillet de parchemin. — Pour la date, voyez la copie de l'acte plus solennel que nous donnons ici en note.

« CXXXVI. Angericus et uxor tres æcclesias. — Dominus ac redemptor noster, cupiens, etc. (la suite comme au n° 3594). Propterea ego Agenricus et uxor mea Eneschvis, et filii nostri, scilicet Guitfredus, et Aimo, et David, et Agenricus, et Landricus, et filius ejus Guitfredus, explere cupientes, donamus omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, cui domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, videlicet æcclesiam Sancti Arnulfi, que est sita in loco qui vocatur Aqua Pulcra, et æcclesiam de Monte Agenrico, et æcclesiam de castro quod vocatur Carbonarium, cum primiciis et decimis, seu oblationibus et helemosinis atque cum omnibus ad easdem æcclesias pertinentibus; laudante seniore nostro Oddone comite et Guitfredo, cum filio suo Nantelmo, et episcopo Artaldo laudante. Anseverdus laudat, et Walterius testis. Petrus de Maurestello testis, et Falco, aliique quam plures. Hæc carta facta est anno ab incarnatione Domini millesimo LXXXII°. Si quis autem, malo spiritu excitatus, sive proquinquorum nostrorum, etc. (la suite comme au n° 3594).

cere voluerit anathema sit, va...... similiter et alias ecclesias quas habemus laudamus, ut nullus clericus et laicus habeat, nisi monachi quibus hoc donum factum est.

3596.

CHARTA QUA BURNO ALVILARI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VICO ALAVARTH ET IN ALIIS LOCIS.

(Bibl. nat., cop. 40-91 2°.)

Breve recordatione qualiter domnus Burno Alvilari pro se et patre atque genitrice sua quoque fratribus suis, honoris atque alodii sui portiones donat et concedit Deo et beate Marie et Sancto Petro atque Paulo Cluniacensi atque habitatoribus suis, nomina quorum sunt hec: mansum quem possident Rodulfus et Umbertus et ceteri, cum molendino, et percutorem [1], et omnia que in eo sunt posita et clausum que est sub opido secus viam et suum castanerensem, et totum revestiarium ultra Lavencam, cum omnibus appendiciis suis, ios alpes bak [2] et mansum Sancti Guiniforti cum omni possessione sua et totum suum decimum Alviari, apud vicum Alavarth; grangeam et omnes ortos usque ad vineam Pontii Agardi et suum molendinum, et omnem partem suam mercati, videlicet quartam partem et omnem pratum seorsum vilari presbiterati; ex eis supradictis portionibus quas possidet in vita sua reddet v solidos et dimidium sextarium salis. S. Rotbertus. S. Fulcherius. S. Ubertus Loccensis. S. Petrus *clericus*. S. Albericus *laicus* [3]. S. Mallenus prior. 1082.

[1] [Pour *percussorium* (?), pressoir. Du Cange, *hoc verbo*.]

[2] [Tels sont les mots transcrits par L. de Barive qui n'a pas pu déchiffrer ce passage; mais à part le mot *alpes*, montagnes, le sens nous échappe.]

[3] [Les mots en italiques sont en interligne.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

3597.

CHARTA QUA AMBLARDUS, ET FRATRES EJUS VEL PROPINQUI DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI DESIDERII DE TOVETO.

(B. h. 40.)

1082. Dominus ac Redemptor noster cupiens humanum genus a laqueis diaboli, a quo per culpę suę meritum homines captivi tenebantur, misericorditer liberare, cum eos propriis viribus sciret minime posse salvari, contra peccatorum nostrorum mortifera contagia preceptorum suorum opponere dignatus est salutifera medicamina, inter quę duo in sacris eloquiis clarescunt eximia, quę principaliter ad obtinenda regna cęlorum Dominus admonet, dicens : « Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, qui vos recipiant in ęterna tabernacula », et « Facite elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis ». Quę Domini mandata nos fratres sive propinqui, scilicet Amblardus et Guitfredus, Rodulfus et Huguo fratres, et Willelmus Magno, et Magdalena, et filii sui Willelmus et Oudalardus, et Humbertus, et Amedeus, Geraldus Pistellus et Ebrardus Normannus, Odo, explere cupientes, donamus omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis videtur prodesse quam preesse, videlicet ęcclesiam Sancti Desiderii, quę est sita in loco qui vocatur Tovetum, cum primiciis et decimis, seu oblationibus, et decimis, et elemosinis, atque cum omnibus ad eandem ęcclesiam pertinentibus, et terram juxta ęcclesiam, retro ipsam scilicet ęcclesiam. Facimus autem hoc donum pro salute animarum nostrarum et omnium propinquorum nostrorum, vivorum sive defunctorum, quatinus sanctorum apostolorum et monachorum Cluniensium orationibus ita in hoc seculo Deo placere possimus, ut in futuro gaudia ęterna habere mereamur. Amen. Humbertus testis. Raimundus testis. Bermundus de Aisino testis. Gotefredus testis, et alii quamplures. Hęc carta facta est anno ab incarnatione millesimo LXXXII. Si quis autem, malo spiritu excitatus, sive propinquorum nostrorum seu extraneorum, in

hoc dono et elemosina a nobis facta (absit!) inquietare aut calumniare presumpserit, nullus adipisci valeat quod male quesierit, et si forte aliquod damnum ingesserit, predicti apostoli claudant ei januas paradysi, nisi ad emendationem congruam venerit, aut digne veniam petere studuerit, alias vero sit anathema maranatha.

3598.

CHARTA QUA HUGO, TRECASSINENSIS EPISCOPUS, SUBJICIT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MONASTERIOLUM AUGIENSE.

(B. h. 84 [1].)

Notum sit omnibus fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Hugo, sanctę Trecassinę ęcclesię indignus episcopus, de Domno Petro, Dei indultu, princeps et dominus, venerabilium virorum, domni videlicet Widonis, Cluniacensis prepositi, germanique ipsius Hugonis, principis castri quod Plaiola vocatur, motus ratione vel precibus, monasteriolum quod in Augia habetur, quod peccatis exigentibus, rebus, edificiis, et, quod magis dolendum est, religione imminutum et pene adnichilatum est, ęcclesię Cluniacensi, cui venerabilis Hugo abba non tam preesse quam prodesse videtur, habendum in posterum concedo, et proprio jure regendum secundum sui voluntatem et loci utilitatem, in potestatem predicti Hugonis abbatis ac successorum ejusdem transfundo. Facimus autem hoc cum voluntate et auctoramento archidiaconi nostri, domni Nocherii et aliorum clericorum legaliumque laicorum quorum hęc sunt nomina : Humbertus canonicus, Gosbertus, Fredericus, Hugo filius Tebaldi, Hugo filius Bertę, Fulco. Iterum notum volo fieri, quia predictus Hugo, Manasse filius, omnes malas consuetudines et exactiones quas ipse et parentes sui ab hominibus et terris ipsius monasterii hucusque extorquere soliti erant, pro remedio animę suę suorumquę parentum ex toto dimittit, quatenus idem locus de cetero quietus et immunis ab omni perturba-

[1] Imprimée dans le *Gall. christ.*, t. XII, inst., p. 254.

tione, Deo volente, in Christi servitio permaneat, et monasticus ordo reviviscat. Actum hoc anno ab incarnatione sempiterni principis M. LXXXII, indictione II[1], presidente sanctę Romanę ęcclesię Gregorio universali pontifice, Philippo Francorum rege.

3599.

CHARTA QUA WIDO, GENEVENSIS EPISCOPUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ DE CONTAMINA.

(B. h. 222, CCXXIIII.)

1083, 1er février.

Clemens et largiflua Dei misericordia multis modis conpatitur humanę fragilitati, ut quia quis sine peccati contagio vivere nequit, in promptu habeat medicinalem occursum, videlicet ex propriis rebus elemosinę subsidium. Qua de causa, ego Wido, Dei gratia Genevensis episcopus, considerans me per fragilitatem humanæ conditionis multis modis deliquisse, et ob hoc pergens ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli, ad locum Cluniacensem, cui domnus Hugo abbas preest, donavi in capitulo loci prefati, laudantibus fratribus meis, domno Wilelmo et domno Amedeo, pro remedio animarum nostrarum et specialiter avi nostri bonę memoriæ Aimeradi, et patris nostri Ludovici, atque Widonis, Giserberti, Ottonis, Wilentii, avunculorum nostrorum, omniumque antecessorum seu successorum nostrorum, Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, atque prenominato abbati, necnon sancto conventui æcclesiam Sanctæ Mariæ quę sita est in villa quę vocatur Contamina, juxta ripam fluvii qui vocatur Arva, cum omnibus ad se pertinentibus æcclesiis, siquidem mancipiis utriusque sexus, vineis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, exitibus et regressibus, cultis et incultis, cum omni integritate, ut deinceps locus Cluniacensis habeat, teneat, ac possideat, excepto beneficio Ludovici decani, quod tamen in vita sua teneat, et post ejus descessum in dominium jam dictæ æcclesiæ deveniat. S. Widonis,

[1] Lisez V.

episcopi Genevensis, qui hanc cartam fieri jussit atque firmavit. Hujus rei testes Wilelmus et Amadeus, ejusdem episcopi fratres; Wido de Nangiaco et Amedeus Bernardus, filius Bernardi de Toria, et Albertus capellanus episcopi. Facta est donatio hæc kalendis februarii, anno ab incarnatione Domini millesimo LXXXIII, indictione VI, epacta XXX, concurrentes VI, tenente episcopatum summę apostolicę sedis Gregorio VII, ordinationis vero suę anno X, regnante eo qui semper est idem et cujus anni non deficient[1].

3600.

CHARTA QUA WIDO COMES, FILIUS WIDONIS COMITIS, MONASTERIO CLUNIACENSI DAT ECCLESIAM SANCTI DYONISII ET ALIAS RES IN VALLE QUÆ DICITUR SESEDANA.

(Bibl. nat., or. 146 1°[2]; cop. 283-89.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi milleximo octuaigeximo tertio, sesto die mensis marcii, indicione sesta. Monasterio Sancti Petri, qui est constructo in loco ubi dicitur Clugnedo, ego, Wido comes, filius quondam item Widonis comitis[3], qui professus sum, ex natione mea, legem vivere salika, offertor et donator ipsius monasterii, presentibus presens dico : quisquis in sanctis ac venerabilibus locis et suis aliquis rebus cuntule[rit], justa Auctoris vocem, « in « oc seculo centuplum accipiet, et vitam insuper, et, quod melius est, « possidebit vitam eternam[4] ». Ideoque, ego, qui supra Wido comes, dono et offero, a presenti die, in eodem monasterio, pro anime mee mercede, id sunt, aliquantis rebus juris mei, que subter nominavero : mee portiones de ęcclesia una que nominatur Sancti Dionixii, que est constructa in Val que dicitur Sesedana, et mansoras sedecim,

1083, 6 mars.

[1] [Cet acte de fondation du prieuré de Contamine-sur-Arve a été imprimé par de Gingins, *Indicateur d'histoire*, 1862, n° 1, p. 6.]

[2] C'est une copie du temps très défectueuse. On trouve à la suite la confirmation de cette donation par Hubert, Albert et autres, fils du comte Otton, sous la date du 11 janvier 1087. Voyez à cette date.

[3] [Ce Guy était sans doute de la famille des comtes de Biandrate, qui possédait une partie de la *Valsesia* par une concession de Conrad le Salique, en 1025.]

[4] [*Ev. sec. Math.*, XIX, 29.]

et alpes duas, et silvis buscaleis, et mee portiones de monte uno, qui dicitur Paruno, et molandino uno cum alveis et riva et cum omni utilitatem ad eum pertinentibus, quod est constructo in loco ubi dicitur Varale. Et insuper dono et offero ab eodem monasterio servos et ancillas, quorum subter nominavero, id sunt : Mauro de la Roca et conjux ejus cum omnibus filiis et filiabus eorum et gregio uno de vaccis cum vitulis et tauris in integrum, que esse videtur in ipsa Val. Prima Alpe esse videtur in ipsa Val Sesedana, nomina Lavozoso; secunda in jam dicta Val, nomina Oltro; jam dictis silvis sunt in ipsa Val, nominata Duze, Facia Soliva, Lagaredo, Biscognago. Primo manso esse videtur in ipsa Val, et dicitur manso de Markise da la Roca; secundo manso in ipsa Val, dicitur manso Petri da Varale; tercio manso dicitur de Vedale da Locarne; quarto dicitur de Benedicto et de Johanne; quinto dicitur manso de Fontana; sesto manso dicitur Johanni Dario Surdo; septimo dicitur manso Leoni de Foresto; octavo manso dicitur Mauroni de la Roca; nono manso jacet in fundo Castellito, nomina manso de Wido Jumenta; decimo manso in ipso Castellito, nomina manso de Adam Cavalerio; undecimo manso in ipso Castellito, et nomina manso de Martino Camosa; duodecimo manso in ipso loco, nomina manso de Constantio; tertio decimo manso jacet in loco ubi dicitur Casa Nova, et nomina manso de Aldemanno; quarto decimo manso jacet in ipsa Casa Nova, nomina manso de Martino Ferrario; quinto decimo jacet in ipsa Casa Nova, et dicitur manso de Bellino; sesto decimo manso in ipsa Casa Nova et nomina manso de Raimperto. Et insuper, dono et offero in eodem monasterio omnibus rebus juris mei que sunt posite in locis et fundi Stode Garda, tam infra nova quam in vetere, et in earum territoriis, et michi que super Widoni comiti advenerunt, per cartam a parte Ottoni et Unfredi, germani filii quidam Ottoni de Turbigo. Ut dictum est, jam dictas mansoras et omnibus super escriptis rebus mobilibus et immobilibus, seu familiis, cum casibus, sediminis et vineis, cum areis earum et terris arabilibus et gerbis, pratis, pascuis, silvis, ripis, rupinis, et ac paludibus, coltis et incoltis, divisi et indivisi, una cum omnibus districtibus

et usibus aquarum, aquarumque ductibus, cum omni jure ajacentiis et pertinentiis earum rerum per locas et vocabulas ad superscriptas res pertinentibus, est in integrum. Que autem superscriptis omnibus rebus supradictis, una cum accessionibus et ingressibus, seu cum superioribus et inferioribus earum rerum, servis et ancillis, qualiter supra legitur in integrum, ab ac die in eodem monasterio dono et offero, et per presentem cartam offersionis ibidem abendum confirmo; et insuper, facio ab eodem monasterio legiptimam tradidcionem et vestituram per cultellum, fistucum notatum, wantonem, wasonem terre, atque ramum arboribus, et me exinde foris expuli, warpivi et absente me fecit, et ab eodem monasterio proprietatem relinquo, et facias exinde a presenti die, ipso monasterio, aut cui pars ipsius monasterio dederit jure proprietario nomine quicquid voluerit, pro anime mee mercede, sine omni mea et eredum meorum ac proeredum meorum contradicionem vel repetitionem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego, qui supra, Wido comes, (quod absit!) aut ullus de eredibus ac proeredibus meis, seu quislibet oposita persona contra anc cartam offersionis ire quandoque tentaverimus aut per quodvis ingenium infrangere quesierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra que exinde litem intulerimus, multa que est pena auro optimo unceas quingenti, argentei ponderas mille, et quod repetierimus venticare non valeamus, sed presens cartam offersionis diuturnis temporibus firma permaneat et persistat inconvulsa, constipulatione subnixa. Et me qui supra Wido comes, meique eredes ac proeredes a parte ipsius monasterii, aut cui pars ipsius monasterii dederit istis omnibus rebus, qualiter supra legitur, in integrum ab omni omine defensare; quod si defendere non potuerimus, aut si a parte ipsius monasterii aut cui pars ipsius monasterii dederit, subtraere quesierimus, tunc in duplum eamdem offersionem, ut superius legitur, a parte ipsius monasterii, aut cui pars ipsius monasterii dederit, restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit, sub extimatione in consimilibus locis et mobilia, et familia consimile; et bergamena[1] cum atramentario

[1] [Lisez *pergamena*.]

de terra elevavi, pagina Petri, notarii sacri palacii, tradidi et scripsi, in qua subter confirma[ns] testibusque obtuli roborandam. Actum infra castro Wilengo. Signum manus isti Widoni comiti, qui anc cartam offersionis fieri rogavit, et pro morte subitanea, sua manu firmare non potuit. Signum manuum Arduini et item Arduini, pater et filius, et Addoni, omnes leges salica viventium testes. Signum manuum Wilielmi et Anrici et Rustici et Amiczonis, testes.

(*Au dos :*) Carta Vuidonis comitis, in Longobardia.

3601.

CHARTA QUA ADEMARIUS ET ARTMANNUS VICECOMITES DANT MONACHIS MOISIACENSIBUS ET CLUNIACENSIBUS MONASTERIUM QUOD CONSTRUERE DISPONUNT SUBTUS BRUNECHILDUM CASTRUM.

1083, 5 septembre. Legibus instructi divinis, etc. (*Gallia christ.*, t. I, pr. p. 39, *ex archiv. Moisiac.*)

3602.

CHARTA QUA ERMENGARDIS, FILIA THEOBALDI, COMITIS CABILONENSIS, ET UXOR HUMBERTI DE BORBON, CONFIRMAT DONATIONEM VILLÆ DIGONTII MONASTERIO DE PAREDO A PATRE ET FRATRE SUO FACTAM.

(Bibl. nat., cop. 33-186 [1].)

1083, novembre. Pacifica nos protegente gratia ad refutandas calumpniatorum virsu-

[1] Cette pièce, dans laquelle on trouve beaucoup de lacunes, la fin de chaque ligne étant détruite à partir de la sixième, a été copiée par Lambert de Barive sur l'original même, qui, suivant lui, était en papier de chiffes, ce qui ferait remonter beaucoup plus haut qu'on ne le croit, l'usage de ce genre de papier; mais Huillard-Bréholles, à qui A. Bernard avait signalé la note de Lambert de Barive, y a vu l'indication d'un papier «fait de matières animales, telles que peaux ou parchemins, réduites en bouillie.» Voyez sa dissertation «Sur l'emploi du papier de coton», dans le tome XXIII des *Mémoires de la Société des Antiquaires de France*, p. 29. (Tirage à part, p. 32.) Voyez aussi sur cette charte, l'article de Hugues II, comte de Chalon, dans l'*Art de vérifier les dates*, 3e édition, t. II, p. 529. En résumé, il est bien fâcheux qu'un acte aussi intéressant n'ait pas été écrit sur parchemin, car nous en aurions aujourd'hui une copie complète. Voir dans le cartulaire de Paray, n° 57, la charte d'Humbert de Bourbon.

cias, more antiquorum, ad plenam noticiam fidelium christianorum, litterarum scriptis inserere studuimus quedam in hoc acta temporibus nostris. Igitur clarissimus quondam comes Cabilonensis, domnus Teudbaldus, ante in vita sua itemque in obitu suo, rediens ab Hispania, delegansque corpus suum hoc in loco deferri tumulandum pro salute anime sue et delictorum suorum redemptione, jubendo denominavit publice coram familiaribus dari huic loco quedam munifica de ornamentis suis, et insuper omnem terram ad integrum, omnibus ubique locis, quam sui homines de Digons tenebant ex eo. . . . . cum vineis et mansionibus in castro Sancti Johannis omnibusque consuetudinibus inter. . . . . . . suos successores, ut nec ex jam dicta terra, nec ex omnibus malis consuetudinibus quas fi. . . . . . . repetere aliqua presumat. Testes et auditores fuerunt hujus rationis, Willelmus *Tier*[1], Girardus. . . . . . . His igitur, prout ordo rationis exposcit, predictis, ut scriptum est, generatio vadit et. . . . . . . Post finem domni Teudbaldi, filius ejus domnus Hugo obtinuit comitatum omnesque proceres undique contul. . . . . . . nobilis ac prepotens, nomine Humbertus de Borbon, qui multis obsequiis et precibus proposcit ab. . . . . . . Gringardam[2], que tunc puella castro Buxit manebat, quod et obtinuit, deditque eam illi. . . . . . . ent; tradiditque ei omnem prelibatam terram de Digonz ex integro, calumpniantibus eam fratribus predicti loci. . . . . . . tempore domni Hugonis *prioris*. Monita sepius affectaque languoribus jam dicta Ermengardis, sentiens finem vite sibi in. . . . . domnum Hugonem *priorem*, et hec subdita rationando edixit. Pro misericordis Dei honore et amore, ego Ermengardis. . . . . multis me obvolutam jacere, sentiensque mortem vicinam esse, ad satisfaciendum ipsi misericordi Deo, ut ipse. . . . . « et omnia munda s[unt] vobis » dono Domino Deo et ad locum *Paredi*, qui est sacratus in honore ipsius et beate M[arie] sanctique Johannis Baptiste, [sanctorum] Gervasii mar-

[1] [Les mots en italique sont en interligne dans l'original. Guillaume III, seigneur de Thiers, avait épousé Adélaïde, fille aînée de Thibaut.]

[2] [Lisez *Ermengardam*. Grinsgarde, comme la nomme l'*Art de vérifier les dates*, sans doute d'après la copie de L. de Barive, ne peut être qu'une faute de lecture.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

tiris et Grati presulis, cui loco domnus Hugo abbas preest, omnem ad integrum illam terram de Digontio, quam. . . . . . . ac Oddo ex me tenent, tam in ripa Ligeris quam ultra, cum omnibus consuetudinibus et mansionibus, locis ubique in om[nibus.] Hoc autem donum facio pro anima mea et viri mei Humberti et filiorum nostrorum; et trado filium nostrum Humbertum puerulum monachum ad serviendum Deo in ipso loco. Si quis post hec fuerit, qui hoc donum calumpniare presumpserit, sit particeps illorum qui crucifixerunt Dominum, inferni in baratrum, denasque libras auri inferet in judicio. Actum Borboni castro, dehinc publice Paredo, anno millesimo LXXXIII[1], mense novembrio, indictione VII, epacta XI, concurrente I, feria VI. Hoc donum et hanc cartam laudavit domnus Humbertus et super altare Domini ob confirmationem cum textu sancti obtulit euvangelii; accepitque equum pro ducentis solidis quem domnus abbas dedit domno Hugoni priori et in argento ducentos quinquaginta solidos. Signatores et laudatores hujus carte fuerunt hi : Gaufredus de Varenis, Willelmus frater suus, Artaldus [de] *Buxul*. S. Ansedeus [de] *Montermenter*. S. Ansedeus [de] *Maringis*. S. Alchimbaldus *Granerii*. S. Jocerannus *Coperia*. S. Iterius *Paganus*. S. Seguinus *Vteri*. S. Ansedeus [de] *Angedur*, Hugo *Mor*. . . . . Jocerannus [*de V*]*ilers*. Odilo sacerdos jussus scripsit.

3603.

CHARTA QUA AMBROSIUS ET OPPRANDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE PROVALLIO IN HONORE SANCTI PETRI ÆDIFICATAM.

(C. 81.)

1083, décembre.

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octoagesimo tertio, mense decembri, inditione sexta. Monasterium ęcclesie Sancti Petri quod est constructum in loco Cluniaco, nos quoque Ambrosius, filius quondam Teobaldi, et Opprandus, filius quondam Alberti de loco Tocingo, professi sumus nos ambo ex natione nostra

[1] [L'indiction se rapporte à l'année 1084 ainsi que les concurrents et l'épacte qui paraît comptée à partir du mois de septembre, contrairement à l'usage ordinaire.]

lege vivere Longobarda, presentes presentibus diximus : quisquis in sanctis et in venerabilibus locis de suis contulerit rebus, in ęternum centum accipiet, et insuper, quod melius est, vitam possidebit ęternam. Ideoque nos qui supra, scilicet Ambrosius et Opprandus, donamus et offerimus Deo in eodem monasterio Sancti Petri nominative ęcclesiam unam, quę est in loco qui dicitur Provallio, et est consecrata in honore sancti Petri, cum omnibus rebus pertinentibus eidem ęcclesie jure proprietario, eodem vero ordine ut faciant officiales ejusdem monasterii a presenti die de eadem ęcclesia et de omnibus rebus pertinentibus eidem ecclesię, quicquid voluerint sine omni contradictione nostra et heredum nostrorum, pro remedio animarum nostrarum et earum quę ibi sepulte sunt vel sepeliende erunt. Quam autem ęcclesiam Sancti Petri, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, scilicet nostri juris, donamus et concedimus, una cum accessionibus et ingressoras earum, seu cum superioribus et inferioribus suis, qualiter supra legitur, in integrum, supradicte ecclesię Sancti Petri Cluniacensi ad proprium habendum confirmamus, et quicquid juste voluerint habeant potestatem faciendi. Et insuper spondimus atque promittimus nos qui supra, Ambrosius et Oprandus, una cum heredibus nostris jam dictam ęcclesiam, qualiter supra legitur, ab omni homine defensare; quod si defendere non potuerimus, aut si parti supradicti monasterii Cluniacensis subtrahere quesierimus, tunc in duplum eam ęcclesiam, cum omnibus suis rebus, sub estimatione restituamus in consimilibus locis; tali itaque tenore ut nullus abbas de predicto monasterio Cluniacensi, qui nunc est vel pro tempore fuerit, neque aliqua prefate ecclesię habeat virtutem et potestatem predictam ęcclesiam, quę est hedificanda in jam nominato loco Provallio, submittere in alterius regimine ullo modo, sed semper maneat sub constitutione suprascripti cœnobii Cluniacensis, neque rebus ipsius ecclesię quam ei donavimus habeant virtutem vendendi, donandi, precariandi, commutandi, livellandi atque investituram faciendi, neque in beneficium dandi ullo modo, ut usus et fructus minuatur quoquo modo a predicta ęcclesia; quod si factum fuerit, irritum et vacuum permaneat,

sed semper sit ad usum et sumptum fratrum monachorum qui in eodem monasterio ordinati fuerint, quia ad hoc statuimus et sic ordinavimus, et pro animarum nostrarum remedio nostrorumque parentum, necnon et pro omnibus vivis et fidelibus defunctis absolutione. Hanc enim cartulam et paginam donationis Vuiberti notarii tradimus et scribere rogavimus; in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandam. Actum in suprascripto loco Provallio feliciter. Signum suprascripti Ambrosii et Oprandi, qui hanc cartulam donationis fieri rogaverunt. Signum manuum Hugonis et Petri seu Amizonis, lege Longobarda viventes; Rainerius et Hugo, item Hugo, Teuzo et Lanzo, Vuido, Grimaldus, Otto et Isinardus, Vuibertus, homines eorumdem Ambrosii scilicet et Auprandi ibi fuerunt, et vicini de ipso loco Provallio similiter, qui hanc cartam donationis laudaverunt. Ego qui supra Vuibertus, notarius sacri palatii, scriptor hujus cartulę offersionis, post traditam, complevi et dedi. Ego Johannes, notarius et judex sacri palatii, qui hoc exemplar ex autentico vidi et legi, et sic in eo continebatur, sicut in isto legitur, extra litteras plus minusve fuerint et hoc exemplum scripsi.

3604.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ VII AD HUGONEM LUGDUNENSEM ARCHIEPISCOPUM, UT COACTO CONCILIO, LAMBERTI TERVANNENSIS EPISCOPI CAUSAM, ADJUNCTO SIBI CLUNIACENSI ABBATE, DISCUTIAT.

1083 [1]. Gregorius episcopus, etc. Quoniam causa Lamberti dicti Tervannensis episcopi, etc. (*Gregorii epist.*, lib. IX, ep. 32; Labbe, *Concil.*, t. X, col. 300; Hardouin, *Concil.*, t. VI, col. 1503; Mansi, t. XX, c. 365.)

[1] [Le P. Labbe a daté à tort cette bulle de l'année 1081, puisque Hugues n'est devenu archevêque de Lyon qu'à la fin de 1082 ou au commencement de 1083.]

3605.

CHARTA QUA NOTUM EST AYMERICUM BECHET DEDISSE MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTÆ MARIÆ DE GENULIACO, ET POSTEA FILIUM EJUS, ITIDEM NUNCUPATUM, HANC ELEEMOSYNAM SANCTO JOHANNI [ANGERIACENSI] CONFIRMAVISSE.

(Bibl. nat., cop. 54-210; B. h. 706, DCCVIIII.)

Cunctis in Christo renatis, evangelica sententia novimus esse proclamatum, recondere thesauros debere ubi substantia missa nullum pati valet emolumentum; et quoniam homo cum interit, quecumque sunt ejus, secum colligere nequit. Quapropter Aimericus Bechet, hac auctoritate commonitus, æcclesiam Sancte Marie de Genuliaco Sancto Petro Cluniacensis cenobii largitus est. Quo, non multo post, defuncto, filius ejus itidem nuncupatus, hanc elemosinam abstulit, verum, pro ablatione ista, salinam quandam cenobii supradicti monachis restituit, tali videlicet pacto, quod si, quandoque daturus esset, nulli nisi Cluniacensi monasterio, vel locis ad illum pertinentibus dare liceret. Poncio monacho, Gaufrido Berger, Gaufrido de Talniaco, Aimerico Gotmaro, Senioreto Sanctonense, testibus. Postea vero idem Aimericus supradictam æcclesiam Sancto Johanni et domno Odoni, cenobii ejusdem abbati[1], ceterisque monachis, domni Rannulfi, Sanctonensis episcopi, concessione donavit, Raimundo de Cumbis et Gaufrido de Murone testibus. Quod factum subinde Cluniacenses clamati sunt, sed postremo calumnia cuncta sopita est. 1083-1106.

3606.

CHARTA QUA OTTO, VUAZO ET MULTI ALII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CASTRUM DE VERTEMATE CUM ECCLESIA IN HONORE SANCTÆ CRUCIS.

(C. 88.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octoge- 1084, avril.

[1] [Odon, abbé de Saint-Jean-d'Angély depuis 1060. *Gallia christ.*, t. II, c. 1099.]

simo quarto, mense aprili, inditione septima. Ecclesię et monasterio quod est constructum in honore beatissimorum Petri et Pauli, in loco qui dicitur Cluniacus, nos in Dei nomine Otto et Vuazo, seu Petrus atque Johannes, pater cum filiis, et Richelda, predicti Vuazonis [conjux] et filia quondam Lamberti judicis de civitate Cumana, et Oslenda, relicta quondam Attonis et filia Vuilelmi de Comodroni, et Lanfrancus, filius ejus, et Albericus et Berlenda jugalibus, et Obricus et Berta jugalibus, et Arnaldus, et Vuilelmus, et Otto pater et filius, et Adalasia, conjunx predicti Vuilelmi, filia Ottonis de predicta civitate; Girardus et Imilia jugalibus, filia quondam Tedaldi Mediolanensis; Ardingus et Adlasia jugalibus, de loco Cederrate; Arnaldus et Ema jugalibus, filia quondam Rolandi, de loco Olziate, et Gracia, relicta quondam Rigezonis, filia Adamę judicis, Cumanus civis, et Lanfrancus, filius ejus; Niger et Serena jugalibus, de loco Morsiolo; Otto et Imilia jugalibus, filia Ardingi de Briosco; Arnulfus et Ema jugalibus, filia Amizonis judicis Mediolanensis, et Rogerius et Berlenda jugalibus, filia Eriberti, de loco Cęrmenate; Paganus et Otta, filia Ottonis Mediolanensis; Vuifredus et Obiza jugalibus, filia Opizonis, clerici de Cermenate, et Opizo et Antonia jugalibus; Milo et Lanza jugalibus, filia Attonis de Cardano; Rolannus et Vuala, pater et filius. . . . . jugalibus, filia Lanfranci de Olziate, Albericus et relicta Pagani, filia quondam Gervini; Burgundio et Burgundia, filia Aldonis de Vongonziate; Gunzelmus et Otta jugalibus, filia Ardrici de Besana; Ariprandus et Aadasia jugalibus, filia Teuzonis, de Papia, et Purpura, filia quondam Lamfranci, et Ficia, filia Oldonis; Gervino et Anzoara jugalibus, filia Johannis, de Cermenate; Petrus et Richelda jugalibus, filia Rolandi, de jam dicto loco; Vualdrada, relicta quondam Marchesi, et Landefredus et Anselmus, mater cum filiis, Rigezo et Affrica jugalibus, filia Vualterammi, de Vico; Lanfrancus et Adalasia, filia Ade; Bernardus et Bellina jugalibus, filia quondam. . . . . de Summo Vico; Landulfus et Frendentius, filii quondam Vuilelmi, et Talia, relicta quondam Girardi, filia Aldonis, de Cermenate; Girardus et Frogerius mater cum filiis; Lanfrancus et Gisla jugalibus; Milo et Belitia jugalibus,

filia Girardi, de loco Vertemate : professi sumus omnes lege vivere Longobardorum; consentientes nobis predicti jugalibus et mundualdi nostri, et subter confirmantes, et ut legis habet auctoritas, una cum notitia et jussione Mediolanensis judicis, qui et Otto et missi donni Heynrici imperatoris, et interrogatione filiorum quondam Anselmi, de ista civitate et presentia testium, certam facimus professionem et manifestationem, quod neque ab ipsis jugalibus nostris, nec ab alio aliquo homine patimur violentiam, sed nostra bona et spontanea voluntate hanc cartam donationis et oblationis facere vise sumus. Quia quisquis in sanctis hac venerabilibus locis ex suis rebus aliquid obtulerit, centuplum accipiet et vitam ęternam possidebit; et ideo nos omnes, qui supra dicti sumus, a presenti die et inantea donamus pro remedio animarum nostrarum et offerimus predictę ecclesię Sancti Petri Cluniacensis, id est castrum unum juris nostri, quod est in predicto loco et fundo Vertemate, ad locum qui dicitur Castrum Vetus, cum propinquiore fossato usque in medium fundum ubi monasterium est constructum in honore Sanctę Crucis, cum omnibus superioribus et inferioribus, seu cum accessionibus suis, usibus et aquęductis omnibus, ita ut ammodo maneat in potestate predicti monasterii Cluniensis, quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli omni tempore, sicut subter legitur, eo ordine, ut nullus abbas vel prior vel monachus predicti monasterii habeat potestatem invadendi per nullum ingenium; quo si aliter facere presumpserit, tandiu in nostra vel heredum nostrorum maneat defensione, donec in jure et potestate predicti monasterii Cluniensis revertatur. Insuper spondimus atque promittimus una cum nostris heredibus, pro remedio animarum nostrarum ab omni contradicente defensare; quod si defendere non potuerimus, aut si contra hanc cartam donationis vel offersionis agere aut causare presumpserimus, in duplum predicto monasterio Cluniensi restituere promittimus, sicut pro tempore melioratum fuerit aut valuerit sub extimatione, in consimili loco. Et vos omnes servi Dei, monachi de congregatione predicti monasterii, pro nobis peccatoribus nostrisque heredibus et propinquis tam vivis quam et defunctis

in missis et in officiis et in omnibus orationibus vestris participes nos efficite, ut ad vitam ęternam nobis proficiat; et de hoc dono tres cartulę uno tenore scripte sunt. Actum predicto loco Vertemate. Signum manibus predictorum hominum, qui hanc cartulam fieri rogaverunt, cum uxoribus eorum, quę consenserunt. Signum manuum Ariprandi et Lanterii seu Asoldi et Andreę atque Anselmi et Hugonis atque Lanfranci, testium. Hec apud Mediolanum, ubi Otto, judex et missus domni inperatoris, interfuit et interrogavit atque consensit, ut supra, et scripsit. Ego Rogerius qui et Ingizo, notarius sacri palatii, scripsi, post tradita complevi et dedi.

3607.

CHARTA QUA HUGO LETBALDUS MONACHIS CLUNIACENSIBUS TOTUM BENEFICIUM QUOD HABEBAT IN BELLOMONTE DERELINQUIT ET CÆTERAS RES PIGNORI DAT.

(B. h. 671, DCLXXIIII.)

1085. In nomine Dei summi. Notum sit omnibus postfuturis, quod ego Hugo Letbaldus totum beneficium quod de abbate Cluniacensi in Bellomonte tenebam, Sancto Petro in perpetuum dereliqui, accepto pro eo precio septingentorum solidorum ab Artaldo decano. Necnon et illud sit manifestum, quod hereditatem meam in eadem provincia sitam, tam in pratis et silvis, quam in agris et vineis seu quibuslibet rebus, totam misi in vadimonium Sancto Petro pro ccc^tis solidis, quos mihi supradictus Artaldus dedit eo pacto, ut nunquam possem eos reddere nisi de meo proprio et si non reddidissem eos in vita mea, tota illa hereditas post mortem meam pro salute animę meę et parentum meorum Sancto Petro in dominio remaneret. Quod si quis successorum vel parentum meorum seu quilibet hominum, hanc vendicionem seu donationem dissolvere vel minuere temptaverit, sciat se ab introitu cęlorum Petro non aperiente repelli, et cum diabolo infernalibus incendiis sotiari. Facta et confirmata est hec convenientia apud Paredum, in cimiterio, in manu domni Hugonis abbatis, anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo v, regnante Philippo rege Francorum.

Testes exsistunt ex parte beati Petri domnus abba Hugo, et qui cum eo erant, Hugo prior de Paredo, Artaldus decanus et Otto de Bellomonte famulus ejus et alii quamplures; ex parte autem Hugonis Lebaldi ipsemet, Hugo de Boscorotundo, Ilius de Craia, cui postea ipse omnia que fecerat narravit.

3608.

CHARTA QUA HILGOTUS, EPISCOPUS SUESSIONENSIS, PETENTE BERENGARIO PRIORE, MONASTERIO CONSIACENSI QUATUOR ALTARIA A LAICALI DITIONE RETRACTA OBTINERE PERMITTIT.

Christiana caritas ac dilectio hoc sane perpenditur, etc. (*Gallia christiana*, t. X, pr. c. 100, *ex transsumpto Cluniacensi.*) 1085.

3609.

CHARTA QUA ROTBERTUS, LINGONENSIS EPISCOPUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE ARCU.

(B. h. 95; D. 155; E. 172.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[1]. Quoniam consuetudinarium est et a predecessoribus[2] nostris ad nos[3] usque perductum, ut ea quę rata atque indissolubilia teneri vellent fideli litterarum custodię commendarent, eadem usi ratione quę infra scripta sunt, ne quandoque delerentur oblivione, litteris studuimus comendare. Ego igitur Rotbertus, sanctę Dei ęcclesię Lingonensis episcopus, precibus Cluniacensis abbatis Hugonis, monachorumque ejusdem loci ammonitus atque rogatus, nullo interveniente mercimonio, nulla, teste Deo, suffragante pecunia, consilio Lingonensis cleri, ęcclesiam de Arcu[4], premissis Cluniacensis ęcclesię fratribus concedo[5] possidendam, ea videlicet conditione ut salvum et integrum in ea perseveret jus Lingo- 1085-1086.

[1] D. et E. « In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. »
[2] Le texte porte : *apud decessoribus.*
[3] D. *huc usque.*
[4] [Voy. ci-dessus, n° 3579.]
[5] D. *concessi.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

nensis ęcclesię; suis videlicet[1] temporibus, paratę et eulogię reddantur archidiacono, et archipresbitero debito servitia impendantur. Illud etiam precipue huic conditioni adjungimus, quod si pro aliqua facta injuria bannum episcopalem audierint, neque capellanus, neque monachus inibi divinum presumat exhibere[2] offitium. Quicumque igitur hoc donum infringere presumpserit, non tantum iram Dei incurrat, verum etiam nostri vinculo anathematis subjaceat, donec de presumptione facta digne satisfaciat. Facta sunt hęc Gregorio papa existente, Philippo regnante, Rotberto Lingonis episcopante, Stephano cancellario dictante. S. Gozelini[3] archidiaconi. S. Girardi[4] archidiaconi. S. Hugonis archidiaconi. S. Girardi archipresbiteri. S. Amalrici decani. S. Norgaudi archidiaconi. S. Warnerii archidiaconi.

3610.

CHARTA QUA WIDO, QUONDAM MATISCONENSIUM COMES, NUNC MONACHUS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUINQUE COLONIAS PISCARIAMQUE CUM SERVO.

(B. h. 623, DCXXVI.)

1085-1087. Ego, in Dei nomine, Wido, quondam Maticensium comes, post vero Beati Petri apostoli Cluniacensis monachus, dedi omnipotenti Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo duas colonias cum piscaria, que mei juris esse videbantur, pro salute anime meę, alias quoque tres antiquiores colonias concessi, quas dudum Alberici comitis dono Cluniacensis possederat locus, cum uno homine, Alboldo nomine, censum IIII denariorum reddente quotannis. Et hec omnia feci ea intentione, ut post obitum meum in die anniversarii mei generale piscium omni anno, ex eisdem reditibus, fratribus copiose exhibeatur. Arnulfus et Gundulfus de duabus supradictis coloniis laudaverunt, et beneficium suum Cluniaco reliquerunt. Durannus quoque, cognomento Bunis, alius Durannus simili modo de aliis III coloniis antiquioribus, quarum cultores jure beneficii esse videbantur, laudave-

[1] D. et E. *scilicet.*
[2] D. *celebrare.*
[3] D. *Bozelini.*
[4] D. *Gichardi.*

runt, et quicquid inde super accipiebant Cluniacensi cęnobio werpiverunt in manu domni Yvonis prioris Cluniensis et domni Petri tunc temporis cellærarii; ac perinde in communis (*sic*) fratrum societate sunt admissi. Testes hujus rei hii sunt : Willelmus, comes Burgundię, Rainaldus, comes Maticensium, Maiolus miles de Vinzella, Bernardus miles de Blania.

3611.

CHARTA QUA DONADEUS ET ODO, FRATRES, ET ALII, DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS CAPELLAM SANCTI PETRI IN LOCO DE CASALELLO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 34-232 ; C. 96.)

Hanno ab incarnacione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo sesto, quinto decimo kalendas marcias, indicione nona. Monasterio Sancti Petri, sicto loco Clugnedo, nos Donadeo et Odo, germani, filii quundam Cunradi, et Brunus et Obizo[1], filii quondam Arnaldi, et Bernardus et Vuilielmus, filii quondam Ogleri, qui professi sumus lege vivere Longobardorum[2] : quisquis in sanctis ac venerabilibus locis aliquit ex suis contulerit rebus, juxta Octoris vocem, in hoc seculo centuplum accipiet, et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque nos quidem omnes parentes donamus et offerimus in eodem monasterio Sancti Petri, pro mercede anime nostre seu parentum nostrorum, a presenti die, proprietario nomine, item nostram porcionem de capella una in onore sancti Petri edificata in loco et fundo Casalello juris nostri, cum aliquantis rebus ad ipsam capellam pertinentibus et habere visi sumus isto loco et fundo Cas[al]ello, et jacenciis et pertinentibus in ejus territorio; et sunt ipsis rebus per mensura justa in terris et pratis seu bosco et vineis, cum areis suarum, insuper totum jugeos[3] duodecim, et si amplius de nostro jure rebus inventum fuit, quam ut supra legitur, in eodem loco, ut supradictum est per anc cartam offersionis, ita in

1086, 15 février.

[1] C. *Opizo*. Ce texte a été abrégé.

[2] Il manque évidemment ici quelque chose. C. porte : « audivimus vocem dominicam dicentem : « Date elemosinam et « omnia munda sunt vobis. » Ideoque, etc.

[3] C. *jugera*.

jure ipsius monasterii sit in potestate, ita tamen ut abbas Sancti Valeriani de loco Rodobio et monachi et successores illorum, qui Deo servierint, habeant de istis rebus et prenominata capella victum et vestitum[1] et sua ordinacione[2] ipsius abbatis ujus monasterii Sancti Valeriani sit semper, quatinus ipse abbas ordinet et disponat qualis melius secundum Deum providerit pro mercede anime nostre seu parentum nostrorum. Et si venerit pontifex aut abbas, vel aliqua potestas, qui unquam nostrum beneficium de istis rebus et de jam dicta capella per beneficium aut per cambium aut precaria alicui dederit, vel quomodo[3] a monasterio alienaverit, et infra illum annum oc ipsum datum non abuerit, nunc ab illo die in nostram potestatem revertatur proprium sine ullo impedimento. Que autem istis rebus illis omnibus et jam dicta capella juris nostri, supradictis una cum accessionibus et ingreso, seu cum superioribus et inferioribus suis, qualiter super legitur, integrum ab ac die in eodem monasterio Sancti Petri eas res cum capella, ut supra legitur, donamus et offerimus, et per presentem cartam offersionis ibidem habendum confirmamus, faciendo insuper dicto monasterio, ut supradictum est, a presenti die proprietario nomine quicquit voluerit, pro anime nostre seu parentum nostrorum mercede, sine omni nostra et eredum nostrorum contradictione; quod est et spondimus atque promittimus, nos quos[4] parentes una cum nostris heredibus ad partem tempus[5] monasterii Sancti Petri istas res omnes, quales supra legitur integrum, ab omni homine defensare, quot si defendere non potuerimus, aut si a predicto monasterio per quemvis ingenium subtraere quesierimus, tunc in duplum eadem res cum jam dicta capella in predicto monasterio resti[tu]amus, sicut pro tempore fuerint melioratas aut valuerint sub estimatione in consimili loco. Unde due cartule offersiones uno tenore scripte sunt; paginam Vuilelmi, notarii sacri palatii, tradidi et scribere rogavi, in qua subter confirmans, testibusque obtulit roborandam. Actum[6] in

[1] C. *vestimentum.*

[2] [C. *et in ordinatione ipsius.*]

[3] [C. *quoquomodo.*]

[4] [Lisez *qui supra?*]

[5] [Lisez *predicti.*]

[6] [L. de Barive a lu *Istum.*]

loco Casalello feliciter. Signum manuum istorum parentum, qui anc cartam ofersionis fieri rogaverunt, ut supra, eisque relecta est. Signum manibus Johannis et La[n]francii[1] seu Ottoni testes. S. domni Hugonis abbatis[2].

Ego Vuilielmus, notarius sacri palatii, scriptor ujus carte offersionis, post tradita complevi et dedi.

3612.

CHARTA QUA HOMO DEI, CIVIS MEDIOLANENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS AD CELLAM CONSTRUENDAM IN LOCO ET FUNDO CANTURI.

(Bibl. nat. or. 148; C. 99.)

Anno hab incarnatione Domini nostri Jesu Christi milleximo octuagesimo sesto, tertio kalendas julii, indictione nona. Monesterio Sancti Petri qui dicitur de Cunnihea[3], ego, in Dei nomine, Homo Deo[4], tantio[5], abitator cive[tate] Mediolanum, et filius quondam Malberti, de loco Canturi, qui professo sum ex natione mea legem vivere Romana[6], presens presentibus dixi : Dum homo vivit in oc seculo, semper debet illut agere quod Deum acceptabilem sit, et purum Deo offeret, unde in hoc seculo protegente Christo, incolumen esse reperiantur, insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Et ideo ego qui supra Homo Deo do et offero in prenominato monesterio, id est sedimen cum muras et vites et arbori super abente, petia una ad edificandum uno monesterio super ipsa terra in onore sancte Dei genitricis et virginis Marie, et campo similiter petia una, seu silva castanea, cum area in qua estat; similiter petia una juris mei, quas abere viso sum in isto loco et fundo

1086, 29 juin.

[1] C. *Lanfraci* (*Lanfranci*).

[2] [La signature de l'abbé Hugues qui n'a pas été reproduite dans le cartulaire, est tracée entre les branches d'une croix inscrite elle-même dans un cercle, à l'instar des cercles qui figurent dans les grandes bulles des papes depuis Léon IX (1049-1054). Au-dessus de la barre horizontale sont placés les mots *S. Domni*, et au dessous, en deux lignes, *Hugonis abbatis*.]

[3] C. *Cluniacus*. Le texte du cartulaire a été retouché pour le latin et quelquefois pour les formules.

[4] C. *Homo Deus*, ici et plus bas.

[5] [*Sic*, pour *scancio* (?), *pincerna*.]

[6] C. *Longobardorum*.

Canturi. Isto sedimen cum jam dictas muras et vites et arbori super abente, jacet ad locus ubi dicitur a Porta Ruscana; coerit ei da mane et sera de heredes quondam Johanni, et in alico da sera via, da meridie via qui nominatur Via Cava, da muntes [1] in eo que michi reservo; et est ipso sedimen cum jam dictas muras et vites et arbori super abente, cum incissa sua, per mensura justa tabulas legiptimas nonaginta et quinque. Predicto campo jacet ad locus ubi dicitur Accavanna [2]; coerit ei da mane via, da meridie Sancti Vincenti, da sera et muntes de heredes ipsius quondam Johanni. Jam dicta silva castanea cum area ejus jacet ibi [3] prope dicitur similiter Accavanna; coerit ei da mane et meridie de heredes ipsius quondam Johanni, da sera Sancti Vincenti, et est ipso campo et predicti silva totas insimul per mensura justa tabulas legiptimas quinquecentos viginti [4] et quattuor. Etiam do et offero in predicto monesterio Sancti Petri, id sunt homnibus casis et rebus territeriis illis similiter juris mei, quas abere viso sum in loco et fundo Feglo [5], vel in ejus teritorio qui sunt rectis et laboratis per Johannes, qui [no]minatur Clericiolo, qui faciunt reditum omnique anno facto de musto congias sex [6], et inter secale et panico [7] starias tres ad stario [8] de isto loco Canturi, et agnulo uno aut octo denarii pro ipso agnulo et pullos duos; jam dictis casis et homnibus rebus teritoriis, qualiter superius legitur cum superioribus et inferioribus, seu cum finibus et accessionibus suarum in integrum. Ea namque videlicet ratione et traditione de predictis casis et homnibus rebus territoriis illis, sicut superius legitur, in predicto monesterio dare et offerere hac traditio facere videor, quatenus frugibus hearum rerum vel censum reditum quibus ex predictis casis et homnibus rebus, hab odierno die et deinceps, usque in perpetuum annue Dominus dederit, deveniat in jure et potestatem pars ipsius monesterio aut cui pars ip-

[1] [C. *a montibus.*]

[2] C. *a Cavanna*, ici et plus loin.

[3] [Lisez *ubi.*]

[4] [C. *quingentos.*]

[5] C. *Seglo.*

[6] Au lieu de *facto de musto congias sex*, C. porte *in vindemia sex congias de musto.*

[7] C. *sigale et panicium.*

[8] C. *sextaria tria ad mensuram de loco Canturi.*

sius(?) monesterio dederit jure proprietario nomine quicquit voluerit, exepto in venditione et in donatione, nec in comutatione, pro anima mea et quondam Bonizoni, qui fuit avio meo, et istius quondam Malberti et Benedicte, qui fuit genitor et genitrice mea, adque Alderadi, filio meo, vel filia, vel abiatici mei mercedem. Et precor vos, domnus Ugo, abas monasterio Sancti Petri, et homnes monachi, qui in predicto monesterio ordinati sunt, et illi monachi vel monache[1], que domnus Girardus prior ordinavit, qui in ipso monasterio quod edificare voluerit in isto loco Canturi in onore sancte Dei genitricis et Virginis Marie, ut vos homnes oretis pro nobis peccatores et pecatrices. Quia sic decrevit mea bona voluntas, et nec liceat me ullo tempore nolle quod volui, set quod ad me ic semel factum vel conscriptum est sub jusjurandum inviolabiliter conservare promito, cum stipulatione subnixa. Actum isto loco Canturi feliciter. Signum manus isti Homo Dei, qui ac cartam offersionis, ut supra, fieri rogavi. Signum manibus Aldoni et Vitali, legem viventes Romana, testes. Signum manibus Liuprandi et Lamfranki seu item Lamfranki, testes. Ego Lanzo, notarius sacri palatii, scripsi, postradita[2] complevi et dedi.

3613.

CHARTA QUA RADBODUS, NOVIOMORUM EPISCOPUS, CONCEDIT MONASTERIO CLUNIACENSI ALTARE DE CAPIACO.

In nomine Patris, etc. Ego Radbodus, indignus Noviomorum episcopus, etc. (D. Marrier, *Monast. S. Martini de Camp. hist.*, p. 340.) 1086.

[1] [C. *sanctimoniales*. — [2] Les deux mots sont joints. C. *post tradita*.]

3614.

CHARTA QUA RAINALDUS, COMES MATISCONENSIS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TRIA PLASTRA AD FACIENDAS CALDARIAS IN TERRALIO, ETC.

(Bibl. nat. cop. 36-100 et 101 [1]; B. h. 603, DCVI.)

1086, environ. Ego[2], in Dei nomine, Rainaldus, comes Matisconensis[3], dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi donnus Hugo abbas preesse videtur, pro remedio anime mee, tria plastra ad faciendas caldarias in Terralio, et muriam, et venditiones et furcam ad trahendam muriam[4]; cum laudatione patris mei Willelmi[5] et prepositi mei Durandi et Hugonis et aliorum multorum. S. Rainaldi comitis, qui hanc donationem fecit et firmare rogavit. S. Wilelmi comitis, patris ejus. S. Durandi prepositi. S. Hugonis.

(*Au dos:*) Karta Rainaldi, comitis Matisconensis.

3615.

CHARTA QUA WILELMUS, COMES BURGUNDIÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VENDITIONES DOMUS RICHELDIS IN VILLA SALINIS, ETC.

(B. h. 325, CCCXXVI.)

1086, environ. Ego, in Dei nomine, Wilelmus, comes Burgundię, cum voluntate filiorum meorum Rainaldi atque Raimundi, dono Domino Deo et

[1] La copie cotée 101 porte au dos: « Carta Rainaldi comitis, de caldaria. » Elle est terminée par la formule suivante, qui ne se trouve pas dans les deux autres : « Si « quis hoc donum calumpniatus fuerit, ana- « thema sit. »

[2] [Ce mot est précédé du chrisme.]

[3] [Renaud, fils de Guillaume Ier, dit le Grand, comte de Bourgogne et de Mâcon, succéda à son père dans le comté de Mâcon.]

[4] Voici la traduction que Lambert de Barive fait de ce passage : « donation par « Renaud de trois plastres pour y établir « des chaudières et un puits pour y déposer « la matière saline, et une fourche pour « attirer et travailler ladite matière ». Le mot *plastre* signifie un terrain vide. Cf. Du Cange, v° *Plastrum*.

[5] Cette charte semble prouver que Renaud avait hérité de quelques droits dans le comté de Bourgogne, contrairement à ce que dit l'*Art de vérifier les dates*, in-fol., t. II, p. 487.

sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abba preesse videtur, pro remedio animę meę et antecessorum meorum, venditiones domus quę fuit Richeldis, in villa Salini, in via quę ducit Bensontinensem[1] civitatem, juxta domum David. Dono etiam aquam salsam de puteo meo ad unam caldariam. Istam donationem muriæ destinaverunt monachi Cluniacenses ad illum michum[2] quod dedit Euvraldus cum laudatione Walcherii domini sui[3], tali videlicet ratione ut monachi redderent eidem Walcherio censum XII denarios et unum sextarium vini suo preposito; ipsum autem michum juxta viam publicam ad sinistram manum, et ipsum michum reddit per singulos annos Cluniaco LX[ta] solidos. S. Wilelmi comitis, qui hanc donationem fecit et rogavit firmare. S. Hugonis archiepiscopi, filii ejus. S. Rainaldi et Raimundi, filiorum ejus.

3616.

CHARTA QUA HUBERTUS ET ALII CONFIRMANT[4] DONATIONEM MONASTERIO CLUNIACENSI A WIDONE COMITE FACTAM.

(Bibl. nat. or. 146 2°; cop. 283-90 v°.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo septimo, undecimo die mensis januarii, indictione decima. Monasterio Sancti Petri, quod est constructum in loco ubi dicitur Clugnedo, nos Ubertus, et Albertus, et Lanfrancus, et Obizo, comites, germani filii quondam Ottonis, item comitis, qui professi sumus nos, ex nationem nostram, lege vivere Salica, presens presentibus diximus, promittimus, et obligamus nos, qui supra germani, una cum nostris eredibus ac proeredibus, a parte ipsius monasterii aut cui pars ipsius monasterii dederit, ut amodo ullo unquam in tempore non abeamus licentiam nec potestatem per ullumvis inge- 1087, 11 janvier.

[1] Lisez *Bisontinensem.*

[2] [Ce mot abrégé ici et plus bas par un *m* surmonté d'un *i* doit se lire *michum.* Cf. Du Cange, v° *Michium*, puits de sel.]

[3] [Sans doute Gaucher II, sire de Salins.]

[4] Voyez la donation primitive sous la date du 6 mars 1083, ci-dessus, n° 3600.

IMPRIMERIE NATIONALE.

nium, ullamque occasionem que fieri potest, agere, nec causare nominative de casis et omnibus rebus mobilibus et inmobilibus seu familiis, que ex parte Widonis comitis advenerunt a parte ipsius monasterii, dicendum quod nobis exinde aliquid pertinere debeat; set omni tempore exinde taciti et contenti permaneamus. Quod si amodo aliquando tempore, nos, qui supra germanis, nostrisque eredibus ac proeredibus vel a nobis descendentibus, a parte ipsius monasterii, aut cui pars monasterii dederit, de predictis casis et rebus agere aut causare vel removere presumserimus, per nos aut per nostras submissa personas, et taciti et contenti exinde omni tempore non permanserimus, vel si aparuerit ullum datum, aut factum, vel scriptum, quod nos exinde in alia parte fecissemus, et claruerit, excepto si episcopus Novariensis ęcclesie de istis rebus per placitum aquisierit aliquid a parte ejusdem episcopatus, tunc componamus, nos, qui supra Ubertus et Albertus et Lanfrancus et Obizo, nostrique eredes ac proeredes, vel nostris descendentibus, a parte ipsius monasterii, aut cui pars ipsius monasterii dederit jam dictas casas et res in duplum, sicut pro tempore fuerint meliorate aut valuerint, sub exstimatione in consimilibus locis; et insuper pena stipulationis nomine, que est multa, auro optimo ulceas[1] quinquaginta, argenti pondera centum, et in eo tenore, ut supra, vel quidem, et ad anc confirmandam cartam promissionis accepimus a parte ipsius monasterii per missum ejus, Stephanum monachum, mulam unam, ut est nostra promissio, sicut supra, vel a parte ipsius monasterii, aut cui pars ipsius monasterii dederit, cum omnibus districtis, pro mercede anime nostre; firma et stabilis permaneat et bergamenam cum atramentario a terra elevavimus, pagina Petri, notarii sacri palacii, tradidit et scribere rogatus, in qua subter confirmavit, testibusque obtulit roborandam. Actum in loco Foris prope ubi dicitur Roca, feliciter. Signum manuum istorum germanorum, qui anc promissionem fieri rogaverunt, ut supra. Signum manuum Anselmi et Uberti et Imberti, testium. Signum manuum Umberti et Lanfranchi et Mainfredi et Mascari, testium.

[1] [Lisez *unceas* pour *uncias*.]

3617.

CHARTA QUA ODDO CLERICUS, FILIUS ADELARDI DE LOCO SALA, MANDAT UT LIPRANDUS, FILIUS QUONDAM UNFREDI DE LOCO CASALE, ORDINET ET DISPONAT DE REBUS IN LOCO SALA ET ALIIS, PROUT ALBERTUS MONACHUS DE LOCO PONTIDA JUSSERIT.

(Bibl. nat. cop. 35-25; C. 82 et 94.)

In nomine Domini [nostri Jesu Christi]. Anno Dominice incarnationis milleximo octuageximo septimo, quinto decimo kalendarum februarii, indictione decima. Ego Oddo clericus, filius quondam Adelardi de loco Sala, qui professus sum lege vivere Romana; apostolus [1] dixit: « Dominus omnipotens ac Redemptor noster ani[mas] quas Christus condidit ad studium salutis semper invitat. » Et ideo ego qui sum [2] Oddo clericus volo et judico seu per hoc meum judicatum confirmo, ut Liprandus [3], filius quondam Unfredi de loco Casale, ordinet et disponat, per jussionem domni Alberti monachi monasterii de loco Pontida, prout ipse jusserit, omnes universas casas et res territorias [4]. Unde ego qui sum Oddo clericus earum [5] ad proprium in eodem Liprando hodie feci, re[s] jacentes in loco et fundo Sala, et in locis et fundis Zelladega, Verceliano, Cerpente, Fleri, Morniciole [6], Maglo, Brandigo [7], Lograte, Ogniate, Cremezana, Orliano [8], Pugillano, Glariola, Zorlingo, Nazano, Garda [9], Carzago, vel in aliis quibuscumque locis tam in

1087, 18 janvier.

[1] [C. 94. *presens presentibus dixi.*]

[2] [C. 94. *qui supra*, et de même ci-dessous.]

[3] C. 82. *Eriprandus.*

[4] Des deux copies du cartulaire, C. 94 est presque semblable à la copie 35, mais plus complet. C. 82 est fort différent; au lieu de la phrase *Ego Oddo clericus*, etc., C. 82 porte une clause qui donne à l'acte le caractère d'une vente: « Constat me Oddonem clericum, filium quondam Adalardi de loco Sala, qui professus sum lege vivere Romana, accepisse me, sicut in presentia testium manifestum est quod accepi, a te Eriprando, filius quondam Umfredi de loco Casale, argentum denarios bonos Mediolanensium monete libras septies centum finito pretio, sicut inter nos convenit, pro omnibus causis et rebus et territoriis illis juris mei jacentibus in superscripto loco et fundo, etc. »

[5] [C. 94. *cartam.*]

[6] C. 82 et 94. *Mortuciole.*

[7] C. 82 et 94. *Brandiga.*

[8] C. 82. *Ornano.*

[9] C. 82. *Garza?*

montibus quam et in planis, ubicumque de meo jure infra hoc Italicum regnum inveniri potuerunt, et omnes casas et res territorias[1], excepto castro de ipso loco Sala, quod in mea reservavi potestate, sicut cernit fossatum ex parte mane versus ipsum castrum, et sicut cernunt propinquiores tres vie versus ipsum castrum. Nam alias omnes casas et res territorias tam infra castra eorum locorum quam et foris castra in omnibus : hoc sunt tam case, cum areis suis et castra, sedimina[2] cum edificiis de super clausurem, campi, prata, pascua, vinee et silve castanee[3] ac stellaree et roboree, cum areis earum, ripe, rupine ac paludes, colta et incolta, divisa et indivisa, usus aquarum aquarumque ductus, molendina et piscationes, et ecclesie seu capelle, cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, una cum districtis et comendacionibus, et omnibus usibus, conditionibus et honoribus ibidem pertinentibus, tolonea, curature, venationes[4], vicanalia, conceliba[5] loca, et omnia alia jura adjacentia et pertinentia ad easdem res per loca et vocabula in omnibus. Volo et judico[6] ego qui sum[7] Oddo clericus et inretractabiliter confirmo, ut ipse Liprandus ordinet et disponat atque judicet a presenti et deinceps jam dictas res omnes per jussionem ipsius domni Alberti, monachi in ecclesia et monasterio Sancti Petri de loco Cluneaco, et Berte, consoprine mee, qui supra Oddonis clerici, filie quondam Aldegerii de ipso loco Sala, et in libertis meis qui supra Oddonis clerici[8] aut predicte Berte, ordinet et disponat, et quodcumque Liprandus exinde in mea presentia vel sine mea presentia

[1] [C. 94 ajoute : « que mihi qui supra « Oddoni clerico advenire debent in omni- « bus jam dictis locis et in eorum finibus, « tam infra castris ipsorum locorum quam « et foris, excepto, etc. »]

[2] C. 82 et 94. La cop. 35 porte : *seelimina.*

[3] C. 82 et 94. *castaneta.*

[4] C. 82 et 94. *venetiones.*

[5] C. 82. *cum cetera loca;* C. 94. *cumceliba loca.*

[6] [Tout ce passage est modifié dans C. 82, qui stipule la garantie par le vendeur : « Quas autem res... pro supra- « scripto pretio vendo et trado, etc. »]

[7] [C. 94, *supra.*]

[8] [C. 94 ajoute : « et quicumque inde « fecerunt vel facturi sunt per ipsius domni « Alberti monachi jussionem, sit firmum « et stabile tanquam si a me datum aut « factum fuisset; et si ipse Albertus mona- « chus antea mortuus fuerit quam ipse « Liprandus ordinet, tunc per jussionem « meam... »]

ordinaverit sicut superius, et sit firmum et stabile, tanquam si a me datum aut factum fuisset, pro remedio anime mee, quia sic decrevit mea bona voluntas; et nec me liceat amodo ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me hic semel factum vel conscriptum est sub jurejurando inviolabiliter conservare promitto, cum stipulatione subnixa. Actum juxta ecclesiam Sancti Jacobi de loco Pontida. Ego Oddo clericus a me facto subscripsi. Signum manuum Ade et Petri, patris et filii lege viventium Romana, testium. Signum manuum Algisi, Abrosii[1], Landefredi, Johannis, testium. Petrus, judex sacri palatii, rogatus, subscripsi. Ego Heriprandus[2], notarius sacri palatii, scripsi, post traditum complevi et dedi. Ego Mainfredus, qui et Rolandus, judex et missus domni imperatoris, autenticum hujus exempli vidi et legi, et sic inibi continebatur, sic in istum exemplum extra litteras plus minusve. Ego Bombello, judex, autenticum hujus exempli vidi et legi, et sic inibi continebatur sicut in isto legitur exemplo, extra litteras plus minusve. Ego Petrus, judex, autenticum hujus exempli videns legi et sicut in eo continebatur, ita et in hoc legitur exemplari propter[3] litteras plus minusve. Petrus, judex, autenticum hujus exempli vidi et legi et manibus meis in eo rogatus subscripsi, et sic in eo continebatur sicut in isto legitur exemplo, extra litteram plus minusve. Ego Ardericus, notarius sacri palatii, hoc exemplum ex autentico exemplari, et sic in eo continebatur sic in isto legitur exemplo, extra litteras plus minusve.

(*Au dos :*) Carta Vergelliani.

3618.

CHARTA QUA NOTUM EST HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, CONCESSISSE ALBERTO, PRIORI ECCLESIÆ SANCTI JACOBI DE PONTIDA, UT RES IPSIUS ECCLESIÆ PRO ALIIS COMMUTARE SECUNDUM CONSUETUDINEM TERRÆ ET DEBITA PERSOLVERE POSSIT.

(Bibl. nat. cop. 40-31 ; C. 95[4].)

1087, après le 18 janvier.

. . . . . Presentia illorum omnium corum nomina subterleguntur, in

[1] C. 82 et 94. *Ambrosii.*

[2] C. 82 et 94. *Eriprandus.*

[3] [Lisez : *preter.*]

[4] La copie de C. est si dissemblable de

atrio ecclesie Sancti Romani que est constructa infra regnum Borgungie[1], non multum longe ab monasterio Sancti Petri quod dicitur de Cuniea[2], dedit potestatem et tribuit auctoritatem Ugo abas et custos ipsius monasterii Sancti Petri de Cuniea[3], cum consilio fratrum monachorum et famulorum, Alberto monacho et priori monasterii ecclesie Sancti Jacobi de Pontia[4], quod est fundatum infra regnum Langobardie, in comitatu Bergamo, et est membrum ipsius mona-

l'original, que nous croyons devoir la donner ici en note:

« Hec est notitia qualiter domnus Hugo abbas concessit potestatem seu auctoritatem Alberto, monacho et priori Sancti Jacobi de loco Pontida, in atrio ecclesię Sancti Romani que est constructa non multum longe a cenobio Sancti Petri de loco Cluniaco, cum consilio fratrum monachorum et custodis ipsius cenobii Sancti Petri, et in presentia famulorum suorum, ut domni Alberti, priori, liceat de omnibus rebus ad jam dictam ecclesiam Sancti Jacobi jure pertinentibus vel de his que pertinere debentur commutare secundum consuetudinem terrę, et absque diminutionem et detrimentum loci, et sine infamia nostri ordinis, et semper prevideat ut fratres qui cum eo erunt et sub eo, ita eos gubernet et regat, ut ipsis in pace liceat Deo militare et fama vestrę bone dilectionis et ordinationis circumquaque diffundatur, ut semper spiritalia preponatis transitoriis, et per omnia sic previdete in ordinatione vestra, ut ecclesia Sancti Jacobi, que est sita infra regnum Longobardie, in comitatu Bergamensi, et vobis commissa, nullum dispendium neque infamiam sustineat. Et insuper domnus abbas concessit nominative Alberto monacho de illis rebus quibus Oddo, clericus et ordinarius Sancti Faustini de civitate Brexia, de loco Sala, concessit et dedit cenobio Sancti Petri de Cluniaco, ut testamentum quod in tempore mortis ordinavit, et debitum quod persolvere non potuit, persolvat secundum ultimam voluntatem ipsius Oddonis, salva fide quam ipse domnus Albertus promisit domno Hugoni abbati; et quodcunque domnus Albertus fecerit aut ordinaverit de istis rebus secundum licentiam sibi datam et superius concessam, sic sit firmum et stabile, ac si ab ipso domno Hugone, abbate, factum esset; nec liceat domno Hugoni, abbati, nec successoribus ejus, nec submisse persone illut infirmare vel corrumpere quod ipse fecerit vel ordinaverit, secundum quod superius legitur; sed si hab eo vel a successoribus ejus requisitum fuerit, manibus suis confirment, sicut a domno Alberto ordinatum fuerit, si ipsi infra regnum Longobardie venerint vel ubicumque eis requisitum fuerit; et si aliquid impedit eis in hoc quod legi Romane subjaceat, non liceat ei nolle quod voluit, sed quod hab eo semel fac[tum] vel scriptum est inviolabile et incorruptum omni tempore permaneat, cum stipulatione subnixa. »

[1] *Burgundiæ.* Le royaume de Bourgogne ou d'Arles.

[2] *Cluniaco.*

[3] *Idem.*

[4] Ici et plus bas lisez : *Pontida.*

sterii, et manet sub constitutione domni abatis, de illis rebus quas obvenerunt vel obvenire abent per cartas ad proprium ad partem ipsius monasterii Sancti Petri de Cuniea et Sancti Jacobi de Pontia, ad utilitatem victualem de servitialibus jam dicte ecclesie et monasterii Sancti Jacobi de predicto loco Pontia, commutationem faciendi et legalem ordinationem vel secundum morem ipsius loci, sine damno et sine obprobrio jam dicte ecclesie Sancti Petri et predicte ecclesie Sancti Jacobi. Et insuper ipse domnus Ugo abas dedit potestatem ipsi Alberto ex sua auctoritate nominative de illis rebus quas Odo clericus et ordinaris ecclesie Sancti Faustini de civitate Bresie et filius quondam.....[1] de loco Sale, fecit ad partem ipsius monasterii Sancti Petri de Cluniea ad dandum legali ordine vel et secundum ipsius loci morem, in tantum ut debitum ipsius Oddonis persolvere possit quod reliquit tempore mortis et suum testamentum adimplere secundum ultimam voluntatem, salva fide quam ipse Albertus promisit domno Ugoni abati; et quod ipse Albertus fecerit aut ordinaverit de istis rebus secundum licentiam sibi superius datam, sic sit firmis et stabilis, ac si ab ipso domno Ugone abate fuit factum et confirmatum, nec liceat ipsi domno Ugoni abati, successoribus suis, nec personis sumissis ab eis illut infirmare nec corumpere quod ipse Albertus fecerit vel ordinaverit, secundum quod superius legitur; si sint debiti[2] ipsi abates suis manibus confirmare omnia quicquid ipse Albertus fecerit secundum tenorem superius scriptum, si infra ipsum regnum venerint et eis requisitum fuerit vel si in istis partibus eis requisitum fuerit vel ubicumque, et si propter onorem dignitatis sue ei aliquid inpedit de lege Romana, nec liceat ei ullo tempore nolle quod voluit, sed quod ab eo ic semel factum vel quod scriptum est inviolabiliter conservare promittat, cum stipulatione subnixa. Actum.

[1] Cette lacune est dans l'original. — [2] [Lisez *sed debeant.*]

3619.

CHARTA QUA DOMINICUS, PRESBYTER DE CERESO, ET JUSTUS, FRATER EJUS, DANT HUGONI, ABBATI CLUNIACENSI, OMNIA SUA PECORA.

(Bibl. nat. cop. 35-1[1]; C. 115.)

1087, 2 février. In Dei nomine. Ego Dominico, presbitter de Cereso et frater meus Justtus sic dedimus corpus et animas nostras a Domino Deo et a vobis donno Ugo, abbas de Cluniacensi, et ad vestram congregationem, et dedimus peccora nostra quantum potuimus abere, pro remedium de animas nostras. O karissime pater, sciatis de illo tempore que fuit donnus Macelinus per prioratum tenere a Sancta Maria a Nazeta, de illo tempore usque adhuc in vestro servicio sedeo. Et dedimus ista carta a donno Macelino, ut daret vobis; et rogo vobis propter misericordiam vestram ut curratis mihi vestram societatem. Facta carta notato die purificacio Sancta Maria, in era MCXXV.

(*Au dos :*) Ista est de Dominico presbitero.

3620.

CHARTA QUA FERALDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUARTAM PARTEM CASTRI QUOD VOCATUR CASTELLUM GIRALDI ET TRES ECCLESIAS IN EODEM LOCO SITAS.

(Bibl. nat. cop. 34-238; B. h. 612, DCXV.)

1087, 5 mars. Dum quis consistit in hoc seculo, de futuro debet semper tractare

[1] Ce texte original est tellement barbare et est si court que nous croyons devoir donner en note, comme explication, la copie rectifiée du cartulaire.

« *Donum quod fecerunt Justus et Dominicus de omnibus que possidebant donno Hugoni abbati.* — In Dei nomine, ego Dominicus, presbiter, et frater meus Justus dedimus corpora et animas nostras Domino Deo et vobis domno Hugoni, abbati, et totius vestre congregationi; et insuper dedimus pecora nostra et omnia que habere potuimus pro remedium animarum nostrarum. O karissime pater, sciatis quia ex illo tempore, quo domnus Mazelinus fuit prior Sanctę Marię de Nazara, usque ad hanc diem, sedemus in vestro servitio et hanc cartulam dedimus domno Mazelino, ut daret vobis, et nunc rogamus propter misericordiam ut mittatis nobis societatem vestram. Hoc factum est in die purificationis sancte Marię, in era M.C.XXV.

concupiscenti animo. Unde ego Feraldus presumo de Dei misericordia atque timeo eterne gehenne supplicium, dono Deo omnipotenti et beato Petro apostolorum principi, qui habet potestatem animas ligandi atque solvendi, ad locum Cluniensis monasterii, ubi domnus Hugo abbas preesse videtur, pro redemptione anime mee vel parentum meorum, quartam partem castri quod nuncupatur Castellum Geraldum, cum quarta parte territorii ejus, quod est inter duas aquas, id est Medeliam et Catuzonices, et cum ecclesia Sancte Marie et ecclesia Sancti Johannis et ecclesia de Castello, cum omnibus ad se pertinentibus, cum cimiteriis, primiciis, offerendis, terris cultis et incultis, et silvis, arboribus, pratis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et regressibus, atque fevalibus, et quicquid ex alode et fevo parentum et seniorum meorum mihi obvenit vel obvenire debet, totum dono Deo et supradicto loco et monachis ejus; et sunt ipsas res in episcopatu Wapincense. Si quis autem aut ego, aut ullus ex propinquis meis, vel opposita persona, hanc donationis chartam fregerit vel violaverit, vel aliquam calumpniam fecerit, omnes maledictiones que in veteri et in novo Testamento contemptoribus legis imprecantur[1] accipiat, et in domo ejus non sit qui inhabitet et honorem ejus accipiat alter; et sit vagus et profugus sicut Cain fratricida; et cum Datan et Abiron, cum Barraba, et cum Juda traditore atque Pilato, divine ultionis p̃enas inferi retrusus persolvat. Facta carta ista in mense martio, feria VI, III nonas ejusdem [mensis], epacta XIIII, anno ab incarnatione Domini M LXXXVII, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium in secula seculorum, amen. Signum Feraldi, qui hanc cartam scribere fecit et firmare rogavit, manu sua firmat. Bermundus Richaudus firmavit. Petrus, frater ejus, firmavit. Ysnardus, frater ejus, firmavit. Hugo, frater ejus, firmavit. Ripertus Methulensis[2] firmavit. Ragimbaldus, filius ejus, firmavit. Archimbaldus monachus scripsit.

(*Au dos:*) Carta Feraldi.

[1] [La copie porte : *imprecanter.*] — [2] B. *Metulliensis.*

3621.

CHARTA QUA LANDRICUS ET BERNARDUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN LOCO QUI DICITUR MELETUM.

(B. h. 145, CXLVII.)

1087, 6 avril. Notum sit omnibus tam presentibus quam supervenientibus, quod ego peccator Landricus et frater meus germanus et coheres Bernardus, patrium fundum patriumque larem quem ab nostris antecessoribus usque modo sine omni contradictione tenebamus in loco qui dicitur Meletum situmque in pago Matisconense, summa devotione donamus Domino nostro Jesu Christo et sanctæ Marię, semper Virgini, matri ejusdem Domini, et beatis apostolis Petro et Paulo, necnon et omnibus sanctis ejus, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis prodesse quam preesse videtur. Sic quoque donamus ut tenebamus nos omni hereditario jure, quemadmodum determinavimus, cultis et incultis, reditibus et exitibus, cunctisque suis appendiciis, ut prefati sumus. Et hoc pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum, scilicet avi nostri Jozceranni, patris et matris nostrę, cunctorumque parentum nostrorum, de quorum germine huc usque processimus ac deinceps in generationibus nostris processuri crescendo et multiplicando in etatibus nostris fuerimus, et pro cunctis nostris erratibus, in quibus nos lapsos esse profitendo cognoscimus. Subicimus etiam huic predio terras quasdam sibi adjacentes; et quandiu dies et horę labant, et se iterato reciprocant, fratribus illic Domino famulantibus tenendas, donamus; et illis de omnibus et silvis et nemoribus nostris liberum arbitrium succidendi recisum, ut libet, necnon porcis eorum ut nostris in siliquis cibum; similiter pascua bestiis eorum concedimus in pascuis nostris, sicut et bestiis nostris; adicimus vero in omnibus aquis nostris aquarumque decursibus piscationis licentiam. Super hæc omnia unum de servientibus nostris, nomine Johannem, arte piscatoria notum, eisdem fratribus in servicium manumittimus. Facta est autem hęc carta anno Dominicę incarnationis

millesimo octuagesimo VII°, idibus octonis aprilis, sceptra regente Phylippo nobili Francorum rege, in sepedicto predio quod dicitur Meletum, in presentia domni Hugonis, religiosi Cluniacensis cœnobii patris.

3622.

CHARTA QUA NOTUM EST OUDELRICUM, MONACHUM CLUNIACENSEM ET PRIOREM DE GRUNINGIN, A BASILEENSI EPISCOPO IMPETRAVISSE UT LOCUS QUI DICITUR CELLA, IN NIGRA SILVA SITUS, CLUNIACO PER CONCAMBIUM TRADERETUR.

(B. h. 713, DCCXVI [1].)

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Noverit omnium fidelium tam futurorum quam presentium universitas, qualiter venerabilis pater domnus Oudelricus [2], monachus Cluniacensis et prior de Gruningin, precibus suis impetravit a Basiliense episcopo, domno Burchardo, ut locus ille qui Cella dicitur, qui pertinuit ad Basiliensem ęcclesiam, qui situs est in Nigra Silva, in pago Brisgowe, in comitatu Herimanni comitis, ad Cluniacum per legitimum concambium traderetur. Quod concambium ut fieret, per advocatum nostrum Erlewinum et Seligerum militem, ejusdem Cellę advocatum, idem episcopus benigne collaudavit ac precepto suo confirmavit, quod hoc modo factum esse dinoscitur. Advocatus noster Erlewinus super sacrosanctas reliquias Basiliensis ęcclesię dedit predium quod habuimus in villa quę Bigegin vocatur, pro commutatione cellę quam prediximus; sed quia quibusdam hoc minus sufficere videbatur, idem advocatus noster, domnus scilicet Erlewinus donavit nobis in loco qui dicitur Antparingen mansum unum quem ita partiendo expendimus, ut media pars ejus ad supplementum concambii adderetur, altera vero, quia locus Cellę in parrœchia ęcclesię quę vocatur Kirichoven situs erat, pro redi- 1087, 5 juin.

[1] [Publié par Schœpflin, *Hist. Zaringo-Badensis*, t. V, p. 27, *ex Tabul. Abbatiæ Clun.* et dans *Mon. de l'évêché de Bâle*, par Trouillat, t. I, p. 207.]

[2] Les deux premières lettres de ce nom sont liées, comme on l'a vu ci-dessus par d'autres exemples. [C'est saint Ulric, né vers 1018, mort en 1093, fondateur de la Celle dans la Forêt-Noire, qui reçut plus tard son nom.]

mendis ejusdem loci decimis deputaretur. His ita peractis, advocatus episcopi Seligerus dedit super sacrosanctas reliquias Cluniacensi ęcclesię locum prenominatę Cellę in propriam et perpetuam potestatem, cum omnibus appenditiis et justiciis suis, videlicet agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, silvis, molis, molendinis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et reditibus cunctisque locis quę sunt in circuitu ejusdem Cellę, a quibus nives per declivia montium dilabi in valles noscuntur. Et ut hoc concambium ęcclesię Basiliensi utilius fuisset factum quam non factum, ex parte episcopi juramentum[1] Herimannus de Piskophingen, Humbertus de Untkilika, Liutoldus et Volkwinus de Tuingen. In actione et confirmatione hujus concambii aderant testes quorum nomina subscripta sunt : dux Bertoldus, comes Herimannus, Eppo et filii ejus Erchenbolt, Arnolt, Sigebolt, Ruodulfus, Burchardus, Werenherius, Cuono, item Cuono, Folchart, Luitfrit, Wolfganc, Gerunc, Ardwinus, Cuonradus, Herimannus, Burchardus; item alii quamplures affuere, quorum nomina longum est enarrare. Anno Dominicę incarnationis M.LXXXVII, indictione X, nonis junii. Actum in loco qui dicitur Redelhusun.

3623.

CHARTA QUA GUNSALBUS ALVARIZ DAT MONASTERIO CLUNIACENSI QUASDAM HEREDITATES IN CASTRO CISNEROS, IN VILLA NOVA, ETC.

(Bibl. nat. or. 149; cop. 283-88; C. 114 [2].)

1087, 18 novembre.

In Dei nomine. Ego Gunsalbo Alvariz, in Domino salutem. Amen. Placuit namque mici spontanee voluntatis karo animo integroque consilio, ut facerem vobis patronibus meis, sancti Petri videlicet et Pauli, corum ecclesie fundatę esse dignoscitur in locum Clunicensis sedis, et vobis abba domno Hugo, cum collegio monacorum ibi dejentium, offero ad ipsius locum pro remedio anime mee et parentorum, hereditatem meam propriam quam abui de parentibus et abiorum meo-

[1] [Sous-entendu *præstiterunt*.]

[2] Il est à peine nécessaire de dire que le texte de la copie du cartulaire C. diffère considérablement de celui de l'original.

rum, ut inde abeant servi Dei subsidium temporale, et nos ante Dominum ęternam remunerationem; et sunt ipsas hereditates prenominativas: in castro Cisneros[1], in Villa Nova, in Escopas, in Pozolos, in villa Vakrin, in Bezerril, in Sancti Felicis, in Partes, in Sabuquiello, in villa Floridio, in villa Frodolfo, in Quintanella, in Becerille minor, in Espinosa, in Capellutos, in Villa Nova de Val De Odas, in Bargania, item Sancti Felicis, in El campo vel Lores, in Levana Kavariezo et Lihalo[2], omnes as hereditates concedo per anc series testamenti, cum omnia sua pertinentia, per ubi illas poterint invenire per terminis et scripturis et locis suis antiquis; set unam rem agnoscatis ut de ipsas hereditates quantum mici inde convenit inter meos heredes et soror, alia vero mea ratione concedo ab integro, non permito nulli genus humanum qui ibi nec distractionem faciat nec inmodice. Si quis tamen aliquis homo surrexerit, propincuus aut extraneus, tam regia potestas quam populorum universitas, qui hanc scriptura infringere vel usurpare quesierit, quantum inde auferre presumserit pariet in dupplo in similis locum, et hanc scriptura plenum abeat rovorem adque plenissimam teneat firmitatem. Facta carta XIIII kal. decembris, era T. C. XXV, regnante Adefonso, rex in Toleto et in tota Spania, et in sedis Palentine Remundo episcopo. Ego Gunsalbo Alvariz in anc kartula, que fieri et relegere agnovi, manu mea signum rovorabi[3] (*sic*). Arnulfus, presbiter, notuit. In alio loco, villa que vocitant Val de Odas.

3624.

CHARTA QUA LIUDBALDUS DE PULIACO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI PARTEM DECIMÆ QUAM HABEBAT APUD BLANZIACUM.

(Bibl. nat. cop. 34-4; B. h. 11.)

Notum sit tam presentibus quam et supervenientibus, quod ego 1087, 20 novembre.
Liudbaldus de Puliaco[4] reddo Domino Deo et beatis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacum, ubi domnus Hugo abbas magis

[1] C. *Cineros.*
[2] C. *Licaio.*
[3] [Seing du donateur.]
[4] Du Puley.

prodesse quam preesse videtur, illam partem decimę quam habui in loco qui dicitur Blanciacus[1], et hoc pro salute animę meę omniumque parentum meorum, etiam cum laude pariterque consilio domni Wolfredi de Sinemuro, et Gerardi, consobrini ejus, et Gaufredi, nepotis dicti Gerardi, necnon Sigowini de Pariciaco. Hęc vero si quis deinceps ex meis parentibus mutando ullius ingenii arte pervertere temptaverit, Domini Dei odium suorumque predictorum apostolorum incurrat. Facta est autem hęc carta anno millesimo octuagesimo VII ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, XII kal. decembris, apud viculum Casellum, sceptra Francorum regente Philippo, in presentia domni Hugonis, Cluniacensium abbatis. Isti sunt testes qui viderunt et audierunt : domnus Senebrunus, domnus Petrus, domnus Dalmatius, Hugo camerarius.

(*Au dos :*) Carta de Blanziaco.

3625.

CHARTA QUA RAIMUNDUS PETRI DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE VILLA SALELLA, ETC.

(Bibl. nat. or. 150-2° [2].)

1087. Notum sit omnibus hominibus ubique in Christo credentibus, tam futuris quam et presentibus, donationem quod ego Raimundus Petri facio simul cum filiis meis Petri et Berengarii, et uxore mea, nomine Adalaicis, propter remedium anime męę et remissionem peccatorum meorum. Igitur ad honorem Domini nostri Jesu Christi et ejus genitricis Marie, ego Raimundus Petri, cum filiis meis supradictis, necnon cum consilio et voluntate simul et precepto domni Dalmatii, Narbonensi archipresuli, dono et laudo Domino Deo et semper virginis Marie sanctissimisque ejus apostolis Petri et Pauli, et ad cenobium Cluniacensi, in proprio alode, ecclesia de illa Salella, que est in Nar-

[1] B. porte ici *Blandiacus* et au titre *Blanziacus*.

[2] Cette charte fait partie d'un recueil de trois pièces relatives à *Salella*, et transcrit au XII° siècle. Les deux autres viendront à leur date.

bonensi pago, cum ecclesiastica subsudia[1], et tertiam partem de illum decimum cum totis primiciis de ipsa vila Salella. De molendinis vero que sunt et que erunt in fluvium Cesser, in territorio ipsius ville, totum decimum, excepto unum, quod castellanus duas partes habet, ab integrum dono. Similiter et de spiculariis, qui in ipsa villa sunt et erunt, ad luminaria concinanda ipsius ecclesie dono totum et ab integro. Istas vero honores cum supradicta ecclesia et quicquid abitatores loci illius juste adquirere amplius potuerint, totum et ab integro sicut jam supradictum est, in proprio alode, absque ulla reservatione, cum terris et vineis, molendinis et molendinariis, cultis et incultis, et omne quicquid dici vel nominari potest, ego Raimundus Petri cum filiis supradictis concedo, et dono libenti animo, et plena memoria supradicto Cluniacensi loco, et ejus abitatoribus, abbatibus et monachis istis et cunctis eorum successoribus, ut habeant absque ulla contradictione in proprio alode, ut possideant in perpetuum. Sane si aliquis (quod absit!) diabolico spiritu captus hujus cessionis vel descriptionis donationem in aliquo violare aud disrumpere voluerit, non habeat potestatem, set sit in inferno ejus hereditas cum Juda traditore et aliis diabolis in eternum damnatis; insuper etiam in presentia Romani pontificis et aliorum fidelium christianorum quasi tirannus et sacrilegus quousque satisfaciat dijudicetur. Facta autem hujus cessionis descriptio Dominice incarnationis anno MLXXXVII, Dalmatii archipresuli Narbone pontificatus arche sublimato, Francorum regnante Philipo rege. Nomina vero illorum, qui hec affirmant, corroborant ita esse ista, tenendi sunt: Signum Raimundi Petri, qui hec firmat et ita consignat †. Signum † Petri Raimundi. Signum † Berengarii Raimundi. Signum † Bernardi Guillelmi de Solague. Signum † Bernardi Willelmi, de ipsa Salela castellani. Signum † Pontii Guillelmi. Signum † Beguoni monachi, qui hec rogatus scripsit.

[1] [Lisez *subsidia.*]

3626.

CHARTA QUA ROGERIUS COMES ET UXOR EJUS ADELEDIS, CONCEDENTE WILLELMO REGE ANGLORUM, DANT MONACHIS CLUNIACENSIBUS MANERIUM QUOD CELTONA VOCATUR.

(D. 313; E. 221[1], CCVII.)

1087, environ.

Cum omnis mondanarum[2] possessio hominibus a Deo ad [hoc] concedatur, ut ipsi digne inde serviatur, dignum est ut qui eas possident auctori omnium vigilanter de eis serviant, ut in reditum summi regis « Euge » illud audiant quod ducet ad vitam. Hoc[3] considerantes, ego Rogerius, comes, uxorque mea Adeledis[4] unum ex possessione nostra manerium, quod Celtona[5] vocatur, damus et perpetuo habendum concedimus ecclesie Sancti Petri Cluniacensis et Sancte Marie de Marcilleio[6], tam ipsum manerium, quam omnia que ad illud pertinent in terra, pratis, aqua et silva, excepta silve venatione et ejus vastatione. Hoc autem devotionis nostre donum concessit dominus noster Guillelmus[7], Anglorum rex et dux Normannie[8]; concedit hoc idem dominus noster Willelmus rex, filius ejus et successor in regnum, et ut firmum et inconcussum perpetuo maneat, sua subscriptione et sigilli sui[9] consignatione corroborat[10]. Ego Willelmus, Dei gratia rex Anglorum, hanc suprascriptam donationem concedo et signo Sancte Crucis manu propria confirmo. S. † Willelmi, regis. S. † Rogerii, comitis. S. Heinrici[11] de Bello Monte. S. Thome, archiepiscopi. S. Roberti, filii Haimonis.

[1] C'est la copie de E. que nous publions, en relevant les variantes de D. — [Cet acte signé par Guillaume II, roi d'Angleterre, fils et successeur de Guillaume le Conquérant, peut être au plus tôt de 1087. Imprimé par Sr Duckett, dans *Charters and Records among the archives of the ancient Abbey of Cluni*, 1888, t. II, p. 193.

[2] D. *mundanarum rerum.*

[3] D. *hæc.*

[4] D. *Adheleidis.*

[5] D. *Certona.*

[6] D. *Marcelleio.*

[7] D. *Willermus* ici et plus bas.

[8] D. *Normannorum.*

[9] D. *nostri.*

[10] D. *corroborant.*

[11] [D. porte *Heninrici.*]

3627.

CHARTA QUA GIRARDUS URZOLUS ET NEPOTES EJUS, SCILICET BERNARDUS MONACHUS ET ALII, DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA BLANGIACO SITAS.

(B. h. 10.)

1087, environ.

Divinę pietatis largissima et affluentissima bonitas homini, quem etiam post lapsum perire noluit, quibus animam suam redimere posset terrena benefitia contulit, cuique confitenti et pœnitenti post ruinam veniam non negavit, remedialem quoque modum ipsas terrenas substantias prebere misericorditer voluit, unde Dominus cum in Euvangelio loqueretur, quam difficile qui pecunias haberent regnum cęlorum ingrederentur et a discipulis interrogaretur quis posset salvus fieri, respondendo precepit : « Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. » Quapropter ego Girardus Urzolus[1] et tres nepotes mei, Bernardus, Gaufredus, Girardus universis sanctę Dei ęcclesię filiis ac fidelibus notificare disponimus, quoniam pro remedio animarum nostrarum atque antecessorum nostrorum, dedimus Deo et apostolis ejus Petro et Paulo, et loco Cluniacensi, cui domnus Hugo abba preerat, tres ęcclesias in villa Blangiaco sitas, cum cimitteriis ex integro, sine omni retinaculo, quarum una est constructa in honore beati Petri apostoli, altera in honore sancti Marcelli martiris, tertia vero in honore beati Martini gloriosissimi confessoris, quatinus prefatus locus absque inquietudine cujuslibet personę seu contradictione, in perpetuum habeat et possideat. Dedimus etiam benefitium quod sacerdos consueverat tenere ejusdem ęcclesię ex integro. Dedimus quoque terram quandam in supradicta potestate sitam, quę ex una parte in viam quę ducit ad Sanctum Julianum, ex alia parte in duas vias publicas per sumitatem montis, qui vergitur versus Blangiacum, terminatur. Dedimus insuper cursum in omnibus saltibus nostris ad opus porcorum monachorum ad ędificia ibidem commorantium, et remisimus omne pasnadium,

[1] Ce nom est écrit *Urgiolus* dans le titre.

IMPRIMERIE NATIONALE.

cursum etiam consuetudinarium in quibusdam saltibus, hominibus monachorum ad ędifitia propria facienda et ad calefaciendum, et ad alia facienda contulimus; pratum quoque quod vocatur Magnum, et piscationem in aqua Burbunza et Sulmia contulimus. Dedi nichilhominus ego Girardus major unum mansum in eadem villa et servum unum, nomine Martinum; atque Gaufridus dimidium mansum, et Girardus frater ejus unum mansum. Postmodum vero ego Bernardus, audita Dominica voce [dicente] : « Nisi quis renunciaverit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus », et pauperem Christum imitandi cupidus, nudavi me terrenis possessionibus, et earumdem possessionum maximam partem Christi contuli pauperibus atque habitum beati Benedicti in prefato loco Cluniaco assumpsi. In potestate Blangiacensi quicquid jure hereditario possidebam, videlicet portionem quam cum fratribus meis diviseram totum contuli; mansum etiam in Burdellis cum appendiciis suis; æcclesię quoque Sancti Simphoriani terciam partem, et totum feodum quod Siguinus et Rothbertus a me Parriacenses habebant tradidi, ut ipsi ab abbate Cluniacensi habeant deinceps; alium vero mansum in villa quę dicitur Mansus, quem Rodulfus tenet, et terram aliam non ad mansum pertinentem, quam ipse tenet, quę mihi jure hereditario conti[n]gebat, concessi, et mansum de Riveris et duos servos, Anselmum et Bernardum; alodium etiam in villa quę dicitur Columbiacus, quod Hugo, filius Artaldi, a me habebat; mansum quoque in villa quę dicitur Fontanellis, quem Hugo de Saligiaco a me habebat, quę similiter et Hugo de Saligiaco[1] et Hugo, filius Artaldi, a predicti loci abbate habeant. Concessi etiam atque dedi mansum de Burgo post mortem Girardi, avunculi mei, cui tantum in vita sua concesseram, tali tenore ut eo mortuo, supradicto loco reddatur, laudante atque consentiente eodem Girardo atque Antelmo, cui domnus Hugo de Bruilo, a quo ego habueram, dimiserat. Si quis autem, Zabulo instigante, supradicta data temerare vel defraudare presumpserit, cum Anna, et Caipha, et Pilato, et Juda,

[1] On a ajouté un *n* sur le *g*, ce qui donne à croire qu'il faut écrire *Saligniaco* aux deux endroits.

nisi cumdigna satisfactione resipuerit, dampnatus, iram Omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, superne provocans, perpetuis gehennę tradatur incendiis pro suę merito presumptionis; fautores vero et cartę servatores gratiam Dei et sanctorum apostolorum, et delictorum suorum indulgentiam promereantur. S. Girardi, qui firmavit et nepotes firmare rogavit. S. Bernardi. Ego Gaufridus de Senemuro, ex cujus jure supradicta procedebant, hanc cartam confirmavi, has donationes laudavi, et ut indissolubili firmitate constarent, modis omnibus approbavi et corroboravi; concessi etiam pro remedio animę meę et parentum meorum, ut si quis fidelium vel hominum meorum prefato loco Blangiacensi de feodo meo aliquid conferre voluerint, liberam habeant potestatem. Huic vero nostrę laudationi et corroborationi interfuerunt fideles nostri Uldricus de Sancto Projecto, Antelmus de Faltreria, Girardus Malettus, Letaldus de Verniaco.

3628.

CHARTA QUA AREMBURGIS [DE SALINS [1]], DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS IN VILLA PARCEU.

(B. h. 57 et 391, CCCXCIII [2].)

Sacrosanctæ Dei æcclesiæ Cluniensi in honore principis apostolorum Petro et Paulo constructæ, ac in episcopatu Matisconensi sitæ, ego Aremburgis, ad memoriam preceptum Domini dicentis adducens « Date helemosinam », et alibi : « Facite vobis amicos de Mamona iniquitatis », dono, pro animę meę remedio, duos mansos de vineis, et cuncta ad ipsos mansos pertinentia, scilicet planicies[3], prata, silvas, arbores et cetera. En sunt mansi isti in villa quę dicitur Parceu positi. Possessores autem harum vinearum quas infra demonstraturus sum fuerunt Grimaldus et Engo. Has nichilominus transfundo ac concedo

1087, environ.

[1] [Voyez ci-dessus, n° 3141, une autre donation de la même dame et la pièce suivante 3629.]

[2] De ces deux pièces, l'une est la donation sommaire et l'autre l'acte solennel. C'est ce dernier que nous publions en empruntant quelques variantes au premier.

[3] B. h. 57. *plana.*

jam prefato loco pro peccatis ac neglegentiis meis. Quę autem vineę in episcopatu Lugdunensi videntur esse sitæ. Videlicet ea concessione trado, ut dum mihi comes vita fuerit teneam; ita ut omni anno censualiter duorum onus asinorum de vino pro investitura persolvam[1]. Post discessum vero meum, ad supradictum redeat locum. Si quis vero venerit, et contra hanc cartam insurgere temptaverit, et requisitionem aliquam in hac causa fecerit, non valeat vendicare quod repetit; sed sit maledictus et anathematizatus, et absorbeat illum terra sicut Datan et Abiron in profundum inferni.

3629.

CHARTA QUA AREMBURGIS, UXOR WALCHERII DE SALINS, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI DUOS MANSOS IN VILLIS PARCEI ET POLLEI.

(B. h. 258, CCLX[2].)

1087, environ. In nomine Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit cunctis sanctæ Dei æcclesiæ catholicę fidelibus, presentibus et futuris, quod ego Aremburgis, uxor Vualcherii de Salins, timens diem juditii et penas ignis eterni, flammasque inextinguibiles, recognosco me multum peccasse contra Deum et sanctos ejus; ideoque ego supradicta femina, mortis timore perterrita, volo Deum et sanctam ejus genitricem omnesque sanctos ejus placare : videlicet de hereditate mea dare helemosinam Christi pauperibus, quia ipsa Veritas clamat in Evangelio dicens : « Date helemosinam et ecce omnia munda sunt vobis »; et in alio loco Dominus dicit : « Facite vobis amicos de Mamona iniquitatis, ut vos « recipiant in eterna tabernacula ». Unde ego, pro Dei amore et aliorum

[1] [Dans B. h. 57, cette phrase se trouve à la fin de l'acte : *Ego manu mea firmo, et omni anno, quamdiu vixero, duos honeratos asinos de vino in vestimento dabo.*]

[2] Cette pièce, qui a beaucoup de rapport avec la précédente, en diffère cependant en plusieurs points. Elle paraît postérieure, puisque la donatrice est ici mariée et mère de plusieurs enfants, ce qui n'est pas indiqué dans le premier acte. De plus les deux manses données sont situées dans deux localités différentes, tandis que dans la charte précédente elles sont dites dans la même localité. Cette dernière charte, au reste, a été publiée par Guillaume, *Hist. des sires de Salins*, t. I, p. 24.

sanctorum, et pro animę meę remedio omniumque meorum parentum, dono Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, locoque Cluniacensi, cui domnus Hugo abbas prodesse ac preesse videtur, fratribusque ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, videlicet dono duos mansos, unum in villa Parcei, quem tenet Grimoldus, cum suis appenditiis, videlicet campis, vineis, pratis, silvis, culto et inculto, cum omnibus quę ad ipsum pertinent mansum, sine alicujus calumpnia. Item dono alium mansum in villa Pollei, cum his quę ad ipsum respiciunt. Si quis autem hanc donationem infringere voluerit, (quod absit!) nisi ad satisfactionem venerit, sit anathema maranatha. S. Aremburgis, quę donum hoc fecit et testes firmare rogavit. S. Vuilelmi, filii sui. S. Arberti, filii ejus. S. Ascherii. S. Vualterii, filii ejus, de Salins.

3630.

CHARTA QUA AIMERICUS COMES DAT MONASTERIO CLUNIACENSI CŒNOBIUM SANCTI LUPERCII IN PAGO ELISANO, APUD ELSAM CONSTRUCTUM.

(Bibl. nat. cop. 35-5; B. h. 369, CCCLXXI [1].)

Ego Aimericus comes, filius Astenove[2] comitis, recogitans apud memetipsum me pauca bona, plurima mala fecisse, insuper remordente conscientia, senciens me inter cetera mala quę commiseram nimis esse culpabilem propter quoddam monasterium Beatissimi Lupertii martiris, in pago Elisano constructum, mei videlicet juris, quod Bernardus comes, proavus meus, monastico ordini tradiderat ut monachi ibi regulariter viverent, quod per multorum annorum curricula fecerunt; sed tepescente monastico fervore, propter exuberantem quorumdam nequiciam monachorum seculariter illic viventium, ad tantam meis devenerat temporibus confusionem et ignominiam, ut taceam nefanda quibus illic inhabitantes implicabantur, unusquisque

1088, (du 12 mars au 16 avril), n. s.

[1] Publié par extraits, d'après la copie du cartulaire dans le *Gallia christ.*, t. I, instr., col. 1011. — Voyez aussi Mabillon, *Ann. bénéd.*, t. V, p. 241.

[2] [Aimeri II, comte de Fezensac, fils de Guillaume Astanove, avait épousé Avierne dont il eut un fils nommé Astanove II.]

quod habere poterat, non commune, set proprie proprium esse diceret; accepi, omnipotentis Dei inspirante gratia, consilium cum venerabili archiepiscopo W[illelmo] Ausciensi, qui sepius me pro hujusmodi terribiliter increpabat, dicens me reum esse dampnandumque fore in extremi judicii die, ut ad pristinam religionem illud redigerem et dignitatem. Quod consilium placuit uxori mee Ævierne et filio meo Astenove et fratri meo Bernardo, et uno consensu, pari affectu, non dissimili devotione, cum consilio et voluntate vicecomitis Petri de Gavaried et aliorum terrę nobilium, dedimus predictum monasterium pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum cum omni libertate et quidquid ad ipsum locum pertinet, Deo et Beato Petro, et domno Hugoni abbati Cluniacensi, successoribusque ejus, in manu domni W[illelmi], archiepiscopi Ausciensis, in loco et vice domni abbatis, ad regendum et possidendum perpetualiter, ut sit ab hac die et deinceps juris Beati Petri Cluniacensis cęnobii, quemadmodum est monasterium Beati Orientii, quod est situm in suburbio Auscię civitatis, quod nos similiter dedimus Deo et Beato Petro et domno Hugoni, abbati Cluniacensi[1], quatinus per illius et seniorum Cluniacensium orationes peccatorum nostrorum mereamur invenire remissionem. Hoc tantum volumus, ut quia uterque locus ad nos pertinet, et sub nostra potestate et tuitione consistit, ille qui locum Beati Orientii per manus abbatum Cluniacensium tenuerit, monasterium Beati Lupercii [martiris] apud Elsam constructum teneat, regat et ordinet, ad honorem et gloriam omnipotentis Dei. Fuit enim quondam similiter sub potestate et ordinacione abbatis Beati Orientii. Fecimus autem hanc donationem Deo et beato Petro, sicut predictum est, in manu domni W[illelmi] archiepiscopi, anno [incarnationis Dominicę] M.LXXXVII[2], in Romana ecclesia presidente papa Urbano, regnante Philippo rege Francorum. Visores et laudatores hujus negotii fuerunt

[1] [Voir cette donation, ci-dessus n° 3414, sous la date de 1068.]

[2] 1088 nouveau style, car le pape Urbain II ne parvint au siège pontifical que le 12 mars 1088. Cet acte a donc été rédigé entre le 12 mars et le 16 avril, jour de Pâques, où commença l'année 1088 ancien style.

hi : Petrus de Big, prepositus Beate Marię; Sancius, archidiaconus, de Big; Willelmus, prior Sancti Genii; Bernardus, capellanus archiepiscopi, hujus carte scriptor; Petrus, armarius Beati Orientii; Raimundus Bernardus miles, frater archiepiscopi. Bernardus; miles de Pordelano[1]; Bellus, miles de Casa Nova, et Bernardus, filius ejus, et Catellus, frater ejus; Wilelmus Garsias, miles ipsius loci; Garsia Bernard, miles ejusdem loci, et quam plurimi alii.

(*Au dos :*) Karta de Elisan monasterio.

3631.

CHARTA QUA ANGILBERTUS PRESBYTER ET GISLEBERTUS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM SANCTI BENEDICTI DE PORTO BOLUMBALO.

(C. 92.)

Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo octavo, mensis augusti, indictione undecima. Nos, in Dei nomine, Angilbertus, presbiter, filius quondam Petri de loco Tretio, et officialis ecclesię quę est hedificata in honore sancti Benedicti, in loco qui dicitur Porto Bolumbalo, et Gislebertus, filius Ariprandi de loco Colonaco, qui professi sumus nos ex natione nostra lege vivere Longobardorum, presentes presentibus diximus : quiquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis rebus aliquid contulerit, juxta Auctoris vocem, in hoc seculo centuplum accipiet, et quod melius est vitam possidebit ęternam. Ideo nos qui supra Angilbertus, presbiter, et Gislebertus volumus et judicamus et per hanc paginam judicati confirmamus, ut a presenti die et ora deveniant in jure et potestate ecclesię et monasterio Sancti Petri de Cluniaco, hoc est cunctis casis et rebus juris nostri, quas habere visi sumus in suprascripto loco et fundo Porto Bolumbalo vel in ejus territorio, nominative ipsas res, scilicet cum casis et hedificiis, orti, clausure, campi, vineę, silvę, castaneta ac stalarea, molendina, piscationes cum predicta ecclesia Sancti Benedicti

1088, août.

[1] [B. *Pardelano*. Les mots entre crochets sont tirés de B.]

quę est hedificata super ipsas res, omnia ex omnibus quantumcunque de nostro jure in predicto loco et fundo Porto Bolumbalo et in ejus territorio in integrum. Et sunt ipse res omnes insimul comprehense jugera viginti. Hec omnia sicut denotata sunt tradimus et donamus Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et do[m]no Hugoni abbati suisque successoribus, jure proprietario, cum jam dicta ęcclesia Sancti Benedicti habeatis et possideatis, pro animarum nostrarum requie, ad gubernandum seu retinendam cum suis officialibus, quia sic decrevit nostra bona voluntas, propter honorem sacerdotii mei, si mihi exinde aliquid competit; et ne liceat mihi ammodo ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me factum est, vel conscriptum sub jurejurando inviolabiliter conservare promitto, cum stipulatione subnixa. Unde due cartulę judicati et donationis uno tenore scriptę sunt. Actum eodem loco Porto Bolumbalo. Ego Angilbertus, presbiter, in hanc cartulam judicati a me facta scripsi. Signum Gisleberti, qui hanc cartulam judicati fieri rogavit. Signum Pelegrini et Ambrosii testium. Signum Ambrosii et Bononis, seu Angilberti et Martini, testium. Ego Erlembaldus, judex, rogatus subscripsi. Ego Albertus, notarius sacri palatii, scrips[i], post tradita complevi et dedi.

3632.

PRIVILEGIUM URBANI PAPÆ II, QUO CONFIRMAT POSSESSIONES ET PRIVILEGIA MONASTERII CLUNIACENSIS.

(Bibl. nat. or. 151 A.[1]; C. 44; E. 2.)

1088, 1[er] novembre.

Urbanus, etc. Cum omnibus sanctę filiis ecclesię, etc. (*Bibl. Clun.*, col. 514, d'après E., et *Bull. Clun.*, p. 22, col. 2.)

[1] Cette pièce est une copie du XIII[e] siècle, mais elle était accompagnée d'une charte d'Antelme, archevêque de Patras, et d'Amédée, évêque de Maurienne (or. 151) encore scellée du sceau du premier de ces prélats, et datée du 28 août 1238, pour confirmer l'authenticité de la bulle d'Urbain II. Cette copie dont l'encre est fort pâle et effacée ne nous a fourni aucune variante.

3633.

NOTITIA QUOMODO STEPHANUS, ABBAS, ET ERMENALDUS, PRIOR SANCTI RIGALDI, IN CORDAM INSULAM VENERUNT ET DEINDE CELLAM CONDIDERUNT IN LOCO QUI DICITUR GRAVA, QUAM CLUNIACENSI MONASTERIO SUBDIDERUNT.

(Bibl. nat. or. 178 A; B. h. 707, DCCX [1].)

Notum sit omnibus presentibus atque futuris fidei cultoribus, quod ego Stephanus, abbas Sancti Rigaldi, et frater Ermenaldus, prior ejusdem loci, votiva concordia declinare volentes tumultuosas procellas secularium actionum, Christo presule, devenimus in Corda [2] insulam, a parte occidentali in Oceano sitam. Cumque gratia solitudinis ibi manere vellemus, ipsam insulam juris ęcclesię Cluniacensis esse audivimus. Factis itaque litteris, assensum domni Hugonis, abbatis, super hoc quesivimus, et paulo post ipsius litteras melliflua consolatione conditas, cum auctoramento habitandi et edificandi in fidelitate apostolorum Petri et Pauli et sua suscepimus. Venerat autem ad nos cohabitandi gratia quidam Cluniacensis monachus, nomine Willelmus [3], vir ingeniosus, laboriosus piscandi, acquirendi sollertissimus, in cunctis actionibus accommodatissimus. Ipso itaque retia componente, piscarias construente, qui eo tenus rebus pauperes eramus, Deo multiplicante, exuberare cepimus [4]. Audientes itaque homines finitimę regionis famam nostrę conversationis, optabant perfrui solatio nostrę collocutionis. Sed quoniam illuc vix intratur sine metu naufragii, multum timebamus ut aliquis interiret, dum nostri causa tantum periculum subiret. Gratia igitur hęc evadendi pericula, monachis ac principibus multa prece suadentibus, haud procul ab ipsa insula in

1088, environ.

[1] La copie de B. s'éloignant considérablement de celle de l'original, que nous publions ici dans le texte, nous donnerons en note les variantes importantes. Mabillon (*Ann. bénéd.*, t. V, p. 647) a publié, mais non intégralement, une autre version, différente, de cette pièce; elle se rapproche toutefois beaucoup du texte de B.

[2] [B. *in Cordam.*]

[3] [B. ajoute *mihi Stephano germanus.*]

[4] [B. *centuplo divinę promissionis cepimus exhuberare.*]

IMPRIMERIE NATIONALE.

locum qui dicitur Grava transmigravimus, ibique illis ad quos pertinebat concedentibus, edificare inchoavimus[1]. In primis itaque laici, quorum juris erat ipsa possessio, nobis nostrisque successoribus inde cartam fecerunt, cui propriis manibus signa confirmationis impresserunt. Postea vero ad nos pusillos est venire dignatus vir venerandus domnus Amatus, Romanę sedis legatus, idemque Burdegalensis archiepiscopus[2], qui nobis plurima dignanter indulsit, missam sollemniter cantavit, aquam exorzizavit, cimiterium consecravit, nobiscum manducavit, nummos et quedam alia nobis donavit, ut strenue edificaremus non solum concessit atque laudavit, verum etiam sub obedientia imperavit. His omnibus interfuit domnus Petrus Burdegalensis ęcclesię decanus et archidiaconus, quo rogante, laudante et concedente, domnus Amatus illa complevit[3]. Antequam vero oratorium inciperemus, ipse domnus Petrus, et archipresbiter domnus Achelmus, collaudaverunt et loca designaverunt[4]. Erant autem hujus operis coadjutores, non solum predictus Willelmus, sed etiam alii monachi Cluniacenses. Considerantes itaque nobis multa provenire ipsorum consilio, et ex redditibus supradictę insulę, quę juris est Cluniacensis ęcclesię[5], scientes etiam jam ex longo tempore antequam huc venissemus, quicquid habebamus, quicquid acquisituri vel edificaturi eramus, domno Hugoni abbati et ęcclesię Cluniacensi nos concessisse, in eadem sententia permanentes unanimiter concordamus, ut nos et omnia nostra quęcumque sunt vel quę futura sunt ęcclesię Cluniacensi subiciamus et in eorum jus in perpetuum transfundamus. Hoc pariter laudamus, concedimus et confirmamus[6]. Si quis autem istam donationem nostrique laboris laudabilem dispositionem infringere vel inquietare presumpserit, angeli percutientis gladio trucidetur, et ab

[1] [B. *oratorium et officinas pro posse construximus.*]

[2] Aimé avait été envoyé en France et en Espagne comme légat par Grégoire VII.

[3] [B. ajoute : *Interfuerunt quoque quidam canonici Burdegalensis ecclesię.*]

[4] [B. *quibus iterum collaudantibus et fundamenta designantibus, hoc oratorium et officinas inchoavimus.*]

[5] [B. ajoute : *simulque desiderantes monachos regulares in hoc loco nobis succedere.*]

[6] [La suite manque dans B. qui porte seulement les souscriptions : *Signum* + *Stephani abbatis. Signum* + *Ermenaldi.*]

electorum Dei consortio in perpetuum separetur, nisi resipuerit, et ab hujus dispositionis inquietacione cessaverit. Fiat. Fiat. Amen.

(*Au dos :*) Carta Stephani Senis de se ipso et de loco Grava ad Cluniacum.

3634.

EPISTOLA HUGONIS, LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPI, AD MATHILDEM, QUA HORTATUR EAM UT ROMANÆ ECCLESIÆ TOTIS VIRIBUS CONSULAT; QUERITURQUE DE INJURIIS SIBI ILLATIS A MONACHIS CLUNIACENSIBUS, ETC.

Mathildi dilectissimæ in Christo sorori, etc. (D'Achery, *Spicil.*, in-8, t. II, p. 405, *ex autogr. Clun.;* éd. in-fol., t. III, p. 426[1].) 1088, environ.

3635.

EPISTOLA URBANI PAPÆ II, AD HUGONEM, ABBATEM MONASTERII BALMENSIS, QUA PRIVILEGIA BONAQUE DICTI MONASTERII CONFIRMAT.

(Bibl. nat. or. 152-1°; cop. 35-162[2].)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, Hugoni karissimo filio Balmensi abbati ejusque successoribus legitimis imperpetuum. Potestatem ligandi atque solvendi in celis et in terra beato Petro ejusque successoribus auctore Deo principaliter traditam illis ecclesia verbis agnoscit, quibus per eum Dominus allocutus est: « Quecumque ligaveris super terram erunt ligata et in celis, et quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis. » Ipsi quoque et proprie firmamus et aliene fidei firmamus et aliene fidei[3] confirmacio eodem Deo auctore prestatur cum ad eum dicitur: « Rogavi pro te ut non deficiat fides tua, « Petre, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. » Oportet ergo nos, licet indigni Petri residemus in loco, prava corrigere, recta fir- 1089, 28 décembre.

[1] [Avec la date de 1094.]

[2] [Mabillon et Ruinart, *Ouvrages posthumes*, t. III, p. 355. Au dos de cette bulle, qui paraît être une copie du XII[e] siècle, a été transcrite une bulle de Marcel II, que l'on trouvera plus loin. La lettre d'Urbain II a été imprimée en partie par M. Hauréau, dans le *Gallia christ.*, t. XV, c. 174. L'abbaye de Baume-les-Moines était alors indépendante; elle ne fut soumise à celle de Cluny que dans le cours du XII[e] siècle.]

[3] [*Sic*, dans l'original.]

mare, et in omni ecclesia ad interni arbitrium judicis sic disponenda disponere, ut de vultu ejus judicium nostrum prodeat, et oculi ejus videant equitatem. Tuis igitur, karissime fili, Hugo, Bisuntinique archiepiscopi Hugonis piis peticionibus annuens, tibi tuisque legitimis successoribus Balmense cenobium regendum ac disponendum presentis decreti nostri pagina confirmamus cunctaque tam in monasteriis quam in ecclesiis ad idem Balmense cenobium pertinentia; videlicet monasterium Sancte Marie Grandi Fontis cum omnibus apendiciis suis, monasterium Sancti Petri Gaudę, monasterium Sancte Marie infra urbem Bisunticam quod vocatur Jusanum, monasterium Sancti Eugendi Eticę, monasterium Sancti Lauteni, ecclesiam Sancti Johannis Balme cum capella Crancet, ecclesiam Sancti Gervasii[1] Victoris, ecclesiam Sancti Nicholai Carneti; ecclesiam Laviniaci, Montis Huin, Caveriaci, Cavaniaci, Brariaci; ecclesiam Sancti Desiderati Ledonis, Lisintiaci[2], Larnaci, Desnensis; ecclesiam Donblensem; ecclesiam de Guars, Montis Tolose, Asnens, Montis Alacris, Neblensis Castris; ecclesiam Sarmacie, Sabonarie, Alefracte, Cortunne, Mulnet, Ver, Buuliaci; Sancti Mauricii et Sancti Germani Grausonis, Baensis, Bellimontis, Montis Roolenis, Esciconis, Rancinaci, Gelerensis[3], Beneventi, ecclesiam Belle Vrave, Ciensis ville cum capella castri, Sancti Reneberti, Sancti Stephani de Ponte, donni Petri de Arlico, Vistrivici, ecclesiam Poloniaci cum capella castri, Marriaci, Platani, Sancti Sabini, ecclesiam Aquensis, Solciaci, Spictensis, cum apendiciis earum. Preterea per presentem nostri privilegii paginam, apostolica auctoritate statuimus, ut quecunque nunc idem cenobium possidet, sive in crastinum largicione principum, concessione pontificum vel oblatione fidelium legitimis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino homini liceat idem cenobium temere perturbare aut ei subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexacionibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus profutura, salva

[1] [Sous-entendu *Villæ*. — [2] Mab. *Sisintiaci*. — [3] Mab. *Gelerengis*.]

Bisuntini archiepiscopi canonica reverentia. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator, aut rex, princeps, aut dux, comes, aut judex, aut persona quelibet magna vel parva, potens aut inpotens, hujus nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi ecclesie corpore eum auctoritate potestatis apostolice segregamus. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus subscripsi. Datum Rome, v kalendas januarii, per manus Johannis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, anno Dominice incarnationis m° lxxx viiii, indictione xiii[1], anno pontificatus donni Urbani pape secundi secundo. (*Cercles concentriques et Bene Valete.*)

3636.

CHARTA QUA JOCERANNUS DE JOPERA ET UXOR EJUS ODILA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI VILLAM DICTAM CASELLAS, CUM SERVIS, ETC.

(B. h. 178, clxxx.)

Quoniam, peccato primi hominis id promerente, mortales hic diu permanere prohibentur, cunctaque quę sub sole fiunt morti pariter et oblivioni debentur, constitutionum seu diffinitionum ad invicem suarum contenta non sunt studia mortalium, nisi etiam ad transmittendum posteris scriptoris superaddant atramentarium. Unde et ego Jocerannus miles, de Jopera cognominatus[2], una cum uxore mea Odila, nosse volo omnes Adam Evęque filios, presentes tam videlicet quam futuros, quoniam ut pro terra morientium locum mereamur intrare viventium, donamus Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo, monachisque Cluniacensibus, quibus venerabilis Hugo abbas preesse pariter et prodesse dinoscitur, pro animabus nostris antecessorumque nostrorum, villam quandam nostri juris, Casellas dictam, in territorio Matisco- 1089.

[1] [C'est l'indiction romaine commencée au 25 décembre, ou l'indiction constantinienne, au 24 septembre.]

[2] Voy. ci-dessus, n° 3060. C'est donc par erreur que la rubrique porte : *Jocerannus Dei opera.*

nensi sitam, æcclesiam scilicet et cimiterium, vineas et prata, spineta silvasque, molendina aquasque, aquarumque decursus, ab ecclesia Aimugé[1] usque ad condamineam Plantarum; quam etiam condamineam vel per se vel per nos adipisci si possunt, et nos eis concedimus, et usque ad forestam de Breia, et usque ad prata Taysé, et usque ad silvam Khessé[2], et omnino omnem terram cultam et incultam quę infra hos terminos ad hunc mansum pertinere noscitur, et si qua extra terminos juris æcclesie Sanctæ Mariæ de Casellis esse probatur, eis donamus, filiosque nostros Letbaldum et Athonem laudare hoc et concedere facimus; servos quoque qui sunt hi: molendinarius Wido cum filiis suis, Umbertus forestarius cum uxore sua et filiis suis, et filii Jotzaldi bubulci; item alius Jotzaldus et filii ejus; Umbertus, filius Rotberti, cum matre sua et filii Maimberti; filii quoque Giraldi forestarii, et filii Alerici; Johannes forestarius et filiorum ejus medietas; Vincentius molendinarius et filiorum ejus medietas; Engilelmus et filiorum ejus medietas; de quorum trium uxoribus nihil amplius nobis retinemus nisi quandiu vixerint VIII^to denarios de una quaque pro censo; Maria quoque cum filiis suis. Set et partem villę hujus quam eis monachis Amelia, amita uxoris meę, jam ante dedit[3], filiisque suis Richardo et Gaufredo laudare fecit, et nos laudamus. Sane de æcclesiæ decima quę in pignore a quodam milite habetur omnimodis promittimus, et paciscimur, ut ubi vel quandocumque militem talem habuerint ipsum, ut pro ea reciprocationem, id est excambiationem accipere velit, V solidos debitales in terra in pago Matisconensi demus. Hoc autem donum sicut descriptum est laudare feci et facio Unbertum de Borbo, vidente Stephano de Casse, nepote meo. Testes autem et corroboratores donationis et carte sunt hi : S. ipsius Joceranni de Jopera, uxorisque suę Odilę, filiorumque Letbaldi et Athonis, qui hanc donationem fecerunt. S. Hugonis camerarii; S. Seguini; item alterius Seguini de Beso[r]niaco; S. Wilelmi decani, monachorum. S. militum quoque : Bernardi

[1] [Dans cette charte, l'*e* final des noms de lieu en langue vulgaire est accentué.]

[2] Ce nom représente sans doute *Chissey*.

[3] Voyez la charte n° 3574 (1080, environ) où se trouve rapportée la première donation d'Amélie et de ses trois fils.

de Catge, Rotberti Dalmatii, Agani, Hugonis, fratris Agani, item alterius Hugonis de Osola. S. clericorum etiam: Girberti archipresbiteri, Hugonis de Vinali. Acta autem sunt hæc anno ab incarnatione Domini millesimo LXXX° VIIII^no, regnante Philippo rege Francorum.

3637.

CHARTA QUA HUGO DE CUSDUNO DAT MONASTERIO CLUNIACENSI, CONCEDENTE FULCONE BELVACENSI EPISCOPO, DUAS ECCLESIAS IN VILLA ALLINCURTE SITAS.

(Bibl. nat. or. 153; B. h. 535, DXXXVIII.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Omnis qui semet- 1089-1095.
ipsum intelligit hominem duabus naturis, anima videlicet rationali et corpore, constare cognoscit. Qua in re videtur esse parti utrique digneque suos providere. Et quia justum est de resurrectione cogitare, valde necessarium est pro peccatis offerre: « Unde beatus Augustinus: Animas, inquit, defunctorum posse relevari pietate suorum viventium. » Quapropter ego Hugo de Cusduno, Dei gratia, de salute animę meæ, immo et patris mei et matris meę multum precavens in futurum, duas videlicet æcclesias sitas in villa quæ vocatur Allincurtis, quarum una est fundata in honore sanctę Margaritę virginis et martyris superius in monte; altera in honore sanctę Dei genitricis et virginis Marię in valle sita, ad quam tota parrochia ejusdem villę pertinet, sanctę matri æcclesiæ Cluniacensi atque beatis apostolis Petro et Paulo, necnon donno Hugoni abbati ceterisque fratribus ejusdem æcclesię condonavi. Et notum sit omnibus Christi fidelibus, quod Thomas, filius Thomæ, qui decimas hearundem ęcclesiarum tempore illo de me tenebat, dedit et ego concessi. Hujus vero donationis testes sunt: Teuzo, Hilbertus, Arnulfus, Raimulfus, Walterus; milites isti affuerunt et plures alii. Molendinum vero subter villam de quo ego et Hyvo, Noviomensis castellanus, litigabamus, dedi; defunctoque Hyvone, filius ejus Hugo condonavit. Hujus donationis testes affuerunt: Aganus, qui etiam partem suam donavit, Huardus prepositus, Guitbertus pedagogus, Rotbertus. Alterum vero molendinum parum supe-

rius illo donavi, et Huulardus, qui de me tenebat, æcclesię beatę Margaritę virginis, et uxor ejus Odda[1] condonaverunt. Hujus vero donationis testes sunt : Philippus, Arnulfus, Ayrardus, Richardus, Alelmus, Petrus, Rodulfus, Galterius, Oddardus. Si vero aliquis beneficia de me tenentium beatę Margaritę virgini suum beneficium aliquando vellet donare, omnino id sibi facere liceret, absque ulla requisitione pecunię, quam ego Hugo vel aliquis successorum meorum exigeret. Præfatas ecclesias cum altaribus et omnia ad eas pertinentia, terras scilicet arabiles et silvas, prata et vineas, servos et ancillas dedi. Si quis vero, quod futurum esse non credo, de heredibus meis contra hanc donationem aliquid calumpniaverit, ejus repeticio effectum non habeat, sed cum Symone mago, et Juda Scarithothe, Datan quoque et Abiron, iram omnipotentis Dei incurrat. Qui vero bene administraverit, particeps hujus helemosinę fiat. Ego Fulco, Dei gratia sanctę Belvacensis æcclesię episcopus, volo ut notum sit omnibus Christi fidelibus, quod hoc donum concessi, et confirmavi, et æcclesię Cluniacensi ex nostra parte condonavi, et Lisiardus earundem æcclesiarum concessit archidiaconus. Hujus vero donationis testes sunt : Rogerius, Hugo de Sancto Pantaleo, Arnulfus Aleymus, Raimulfus, Lancelinus frater meus, et Petrus. Ut igitur hęc inconvulsa permanerent, coram istis testibus et monachis atque canonicis necnon presbiteris nostri episcopatus sicut sunt prescripta confirmavi. † Hoc signum nostra propria manu feci, et insuper sigillum nostrę auctoritatis, quatinus firmius sit donum, apposui[2]. Ex parte etiam Dei omnipotentis, beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli auctoritate et nostra, omnes qui contraire vel contradicere presumerent excommunicavi. Escelina, uxor Hugonis, et fratres ejus prefatum donum laudaverunt et confirmaverunt.

(*Au dos:*) Carta de ęcclesia Sanctę Margaritę virginis, confirmata a domno Fulchone episcopo Belvacensi.

[1] Ce nom est écrit d'une autre main dans un blanc qui paraît avoir été réservé *ad hoc*.

[2] La charte porte encore un sceau plaqué en cire jaune, qui paraît être celui de l'évêque de Beauvais.

3638.

PRÆCEPTUM ADEFONSI, REGIS HISPANIARUM, QUO DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS DUO MILLIA AUREORUM, QUOS VULGO MANCALES APPELLANT, ANNUATIM SOLVENDORUM.

(Bibl. nat. or. 154, 155, 155 A; B. h. 733, DCCXXXVI[1].)

In[2] nomine Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Adefonsus, divina favente clementia, Hispaniarum rex. Convenit majestati regię predecessorum regum virtutes et bene acta imitari, per quod et apud Deum et apud homines inveniat gratiam, et in posteros amabilem nominis sui transmittat memoriam. Subiit itaque mihi regi Adefonso in mentem quid egregium inter cętera egerat pater meus rex Fredelandus, pia recordatione semper commemorandus. Comperta namque cœnobii Cluniacensis tam celebri, tam probata, tam sancta religione, divino mox timore compunctus et amore, societatem fratrum Deo et sancto Petro ibidem militantium humiliter expetiit, devotius accepit, fidelissime quoad vixit retinuit, non inaniter credens se participem fore in eorum spiritalibus, si de sua temporali habundantia indigentię servorum Dei fuisset munificus. Unde censum annualem mille videlicet aureos, quos vulgo mancales appellant, conventui Cluniacensi ad vestiarium proprie dedit, quem censum eodem modo per successores suos prefato loco annuatim reddendum instituit et firmavit. Quia vero placuit omnipotentię Creatoris in regno Hesperidum roborare solium meum, ego Dei gratia rex Adefonsus, sicut heres paternę dignitatis, ita quoque bonę successor voluntatis, pactum fraternę societatis cum meis Cluniacensibus inii, statui, firmavi; censum quoque largitatis paternę duplicavi, duo milia mancales in censu annuali Cluniaco persolvens[3]. Communicato etiam cum uxore mea regina consilio, et primum Toletano archiepiscopo et ceteris episcopis meis et primoribus regni mei, fidelibus meis volentibus, consentien-

1090, (semaine de Pâques).

[1] Publié par Baluze (*Miscell.*, t. VI, p. 471) d'après la copie du cartulaire. Les n[os] 155 et 155 A sont des copies anciennes qui paraissent être du XII[e] siècle; la seconde est identique à l'original 154.

[2] Chrisme en tête de l'acte.

[3] [Cf. ci-dessus n[os] 3441 et 3509.]

IMPRIMERIE NATIONALE.

tibus, laudantibus, astipulantibus, constituo de prefato censu duplicato Cluniacensibus meis fratribus karissimis regię auctoritatis pręcęptum, a me ipso quoad vixero firmissime tenendum, omnibusque succędentibus per secula ventura in regno Hispanię regibus perpetua lege servandum. Hanc autem constitutionem facio pro animę meę remedio, pro animabus patris mei et matris ac fratrum meorum, pro uxore ac liberis meis[1], ut et vivis prosit ad promerendam eternalem vitam, et defunctis proficiat ad possidendam requiem sempiternam. Si quis vero successorum meorum regum precepti hujus (quod absit!) temerator existens aut violator, censum Cluniacensibus constitutum sive ex toto abnegare, sive minuere temptaverit, sicut ego fido in Domino Deo, a sorte regni se noverit alienum, et judicio divino exheredandum, nisi velociter resipiscat, et abnegatas vel diminutas census condigna satisfactione restituat pensiones. Ut autem inviolabile teneatur hoc meum pręcęptum, hanc kartam fieri conscriptionis jussi, quam regia manu et auctoritate subtus firmavi et corroboravi, atque firmandam ęque principibus ac fidelibus meis consequenter mandavi. Impetravi etiam a Cluniacensi abbate, patre meo domno Hugone, tunc temporis mecum in civitate Burgis commanente, ut omnibus superventuris abbatibus suis successoribus constituat pręcęptum de commemoratione vel obsequio quod pro nobis, videlicet pro patre meo, pro matre, pro fratribus meis, pro me, pro uxore mea regina[2] et liberis[3], ipse domnus Hugo abbas apposuit et ordinavit, tam pro vivis quam pro defunctis semper agendum. Acta sunt Burgis in civitate. Data apud Burgis civitatem, anno ab incarnatione Domini millesimo XC^mo^, indictione XIII^ma^, Pascę diebus[4].

(*Au dos:*) Preceptum sive decretum Aldefonsi regis de censu Hyspaniæ[5].

[1] Or. 155 ajoute : *et pro omnibus qui de genere meo usque in finem seculi nascentur.*

[2] Or. 155 ajoute : *Constantia.*

[3] Or. 155 ajoute : *meis et pro omnibus qui de genere meo usque in finem seculi nascentur.*

[4] [Le scribe a suivi ici l'année de l'Incarnation, sans faire mention de l'ère d'Espagne. Saint Hugues célébra la fête de Pâques avec Alphonse VI à Burgos, en 1090.]

[5] Cette note est en onciales.

3639.

CHARTA QUA HISNARDUS DAT MONASTERIO CLUNIACENSI VINEAM IN VILLA MORGONO.

(A. m. 494, DXXV.)

In nomine Verbi incarnati. Ego Hisnardus dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, pro anima mea et fratris mei Arlebaldi, aliquid de nostra hereditate, quę sita est in pago Matisconense, in villa Margono[1] : hoc est vineam unam, quę terminatur a mane terra Sancti Vincentii, a cirtio via publica, a vento rivo volvente, a sero terra Sancti Vincentii; et faciant monachi Sancti Petri quod voluerint. Qui autem calumpniare presumpserit, non valeat vindicare quod repetit, sed judiciali sententia coactus, auri libras III persolvat, et ut hęc obstipulatio nostra firma permaneat, manibus propriis subterfirmavimus, testibusque roborandam tradidimus. S. Hisnardi, qui fieri et firmare rogavit. S. Quilenci. S. Annonis. S. Gonduini. S. Stephani. Signum Constantii. S. Ugonis. S. Richardi. Actum Alguodo publice, regnante Domino nostro Jesu Christo. Balduinus scripsit anno ejusdem Domini MXC[2]. 1090.

3640.

CHARTA QUA WICHARDUS DE BESORNIACO, ENGELBERTUS DE CURTAVAZ ET JOCERANNUS RAINERII DANT MONASTERIO CLUNIACENSI CONDAMINAM DE MORLAC, MANSUM LANDALDI ET SALVAMENTA IN DUOBUS MANSIS.

(Bibl. nat. cop. 12-141; B. h. 188, CXC; 189, CXCI, et 190, CXCII[3].)

Sciant qui sunt et qui futuri sunt, quod Wichardus de Besorniaco 1090, environ.

[1] [Il faut sans doute lire ici *Morgono*.]

[2] Cette date prouve la négligence du scribe qui a rédigé cette partie du cartulaire A., puisque cet acte est positivement postérieur d'un siècle au gouvernement de Maïeul.

[3] Comme on voit, cette pièce, copiée sur une seule feuille de parchemin, a été divisée en trois dans le cartulaire, où de plus elle a reçu un préambule différent, qui tend à lui donner plus de solennité. Voici ce préambule : « Quod stabile cupimus ac immobile persistere, necessario constat per scripturarum testamentum ad

dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus, quamdam condamineam quam habebat in Cavina[1] de Morlac, teste Joceranno *de Bainis*[2], qui Jocerannus fideijussor extitit, ut filius ejusdem Wichardi Gaufredus hoc laudaret. Hunbertus *de Salier* quoque et Ubertus *Ungro* hoc laudaverunt et auctorizaverunt. — Item sciendum quoniam Engelbertus *de Curtevaz*, et Jocerannus, frater ejus, dederunt Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus mansum Landaldi, auctorizante Humberto[3] *de Borbono*, de cujus capite erat; et filii Wichardi *de Bicei*, Bernardus et Guilelmus, hoc laudaverunt et [con]cesserunt, qui de Hunberto *de Borbonio* illud habebant; et Gaufredus *de Vessandone* et Girbertus hoc similiter laudaverunt et concesserunt, qui de filiis Wichardi *de Bicei*[4] hoc possidebant[5]. — Sciendum quoque quod Jocerannus *Rainerii* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus salvamentum quod habebat in manso Deusdet, et salvamentum quod habebat in manso Johannis *de Porta*. Teste Hunberto de *Curtevas*.

(*Au dos :*) Carta de condaminea de Morlac et de manso Landaldi, et de salvamento quod dedit Jocerannus *Rainerii*.

3641.

CHARTA QUA ENGELELMUS, PRÆPOSITUS HUMBERTI DE BORBONIO, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI TERRAM IN VILLA VARENGIS.

(Bibl. nat. cop. 12-155 ; B. h. 208, CCX.)

1090, environ. In nomine omnipotentis Dei. Ego Engelelmus, prepositus domini Humberti de Burbonio, relinquo omnipotenti Deo et sanctis apostolis

posterorum noticiam transmittere. Unde sciant qui existunt, presentes quam et absentes, quod Wichardus de Besorniaco, etc.

Nous signalons les divisions du cartulaire par des tirets (—).

[1] B. *Cauma.*

[2] Tous les noms en italiques sont écrits en interligne, au-dessus du prénom.

[3] B. *Huberto.*

[4] B. *Bricei.*

[5] Cette pièce nous offre un curieux détail féodal. On voit qu'il s'agit d'un manse donné par Geoffroy et Girbert de Sandon, qui le tenaient de Guichard de Bissy, lequel le tenait à son tour de Hubert de Bourbon (*de cujus capite erat*).

ejus Petro et Paulo et Cluniacensi monasterio, quam habebam quandam terram in villa que dicitur Varengis, que fuit de capite Jarlendis, uxoris mee, dono, concedo et laudo sine ulla calumpnia vel alicujus contradictione, pro salute anime mee ac remissione omnium delictorum meorum, ipsa conjuge mea laudante et filiis meis, Walterio, Bernardo clerico, Constantio et filia Maria[1]. Accepi preterea pro hoc dono v^que^ solidos a domno Fulcherio, Lurdonensi decano. S. Hugonis Burzini, qui hujus doni fidejussor fuit. S. Gisleberti, Lurdunensis prepositi. S. Ingelfredi. S. Bernardi, qui hujus terre custos et cultor esse videtur.

3642.

NOTITIA QUALITER UXOR JOCERANNI DE BERA ET MULTI ALII DEDERUNT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN CAMPO BOERET ET IN SARCEIO.

(Bibl. nat. cop. 70-155; B. h. 161, CLXIII.)

Audiant et sciant presentes et futuri omnes, quoniam uxor Joceranni *de Bera*[2] et filii ejus et ipse [quoque] Jocerannus, vir ejus, dederunt Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus terram quę vocatur Campus Boeret, et alodium suum quod in Sarceio habebant, teste Humberto *de Curtevas*. Sciendum quoque quod Ubertus *Ungro* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus terram quam habebant in Campo Boheret, id est perticas novem, laudante et concedente Uberto *de Salier*, de quo eandem terram habebat in feodo; Hunbertus *de Borbonio* etiam hoc ipsum laudavit et concessit, de cujus capite erat, accepto inde uno anulo aureo, teste Bernardo *Constantini;* sed et Engelelmus et Guntardus, prepositi ipsius Humberti, hoc laudaverunt et auctorizaverunt. Sciendum etiam quoniam Engelbertus *de Curtavas* et Jocerannus, frater ejus, Stephanus quoque et Bernardus dederunt Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus IIII^or^ perticas terre quas habebant in Campo Boeret, testibus Humberto *de Curtavas* et Johanne *de Sarceio*. Item sciendum quoniam Bernardus

1090, environ.

[1] Au lieu de *Maria* le cartulaire porte *mea*. — [2] Tous les mots en italiques sont écrits en interligne.

de Tayse et fratres sui excambiaverunt monachis Cluniacensibus quod habebant in campo de Boeret, id est perticas novem terre, teste Johanne *de Morteriis*. Iterum sciendum quoniam Ansedeus *de Borbonio* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus mansum quod Vendrannus habebat in Sarceio, laudantibus et concedentibus Engelelmo et Guntardo, qui de eodem Ansedeo hoc habebant in feodo, teste Johanne *de Morteriis*. Sciendum preterea quod Rotbertus *Nigrum Cor* excambiavit in Sarceio monachis Cluniacensibus quinque perticas terre et dimidiam, laudante et concedente hoc Lozado[1] *de Amugne*, qui eandem terram calumniabat; testes sunt Hunbertus *de Curtavas* et Johannes *de Morteriis*. Sciendumque quoniam Johannes *de Porta* excambiavit monachis Cluniacensibus sex perticas terrę et dimidiam quas habebat in Sarceio, laudantibus et concedentibus filiis suis, testibus Hunberto *de Curtevas* et Johanne *de Morteriis*. Item sciendum quoniam Aia *de Cassenolis* et filii ejus dederunt Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus IIII^or perticas terre quas habebant in Sarceio, auctorizante Arberto *de Curtamble*, teste Hunberto *de Curtavas*. Iterum sciendum quoniam Poncius *de Monceis*[2] dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus quod habebat in Sarceio, matre sua hoc idem concedente, testibus Humberto et Johanne *de Morteriis*. Item sciendum quoniam uxor Hugonis Tavel[3] dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus alodium suum omne quod habebat in Sarceio, pro anima mariti sui, dato fideijussore Letaldo *de Civigno*, ut filiis suis hoc laudare faceret, testibus Bernardo *de Umble* et Siguino *de Crai* monacho et Letaldo *de Civigno*. Sciendum quoque quod uxor Hugonis *de Vallibus* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus quod habebat in Sarceio, laudante et concedente marito suo. Similiter uxor Hugonis *de Sesiliis* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus quod in eadem villa Sarcei habebat, auctorizante marito suo. Sciendum preterea quoniam Letaldus Li Capra dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus quicquid ha-

[1] B. *Lozardo* ou *Jozardo*. — [2] B. *Montecs?* — [3] Ou *Taud* (?). B. porte *Tavel*.

bebat in Sarceio. Similiter Walterius *de Bisseio* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus quicquid in eadem villa Sarcei habebat. Item sciri volumus, quod Wichardus *de Micei* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus in Sarceio alodium uxoris suę Adalgardis pro anima filii sui Joceranni. Sciant qui sunt et qui futuri sunt, quoniam Wichardus *de Bisseio* dedit Deo et sancto Petro monachisque Cluniacensibus omne quod habebat alodii inter aquas Widum et Gradonam, filiique sui hoc auctorizaverunt, testibus Bernardo *Vetula* et Algodo *Roil*.

(*Au dos :*) Carta de Campo Boeret et de Sarceio et de terris quas dedit Wichardus inter Widum et Gradonam.

3643.

CHARTA QUA GERIUS ET MATER EJUS ERMENGARDA DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA VOROCIO.

(Bibl. nat. cop. 36-36.)

Sacrosancta Dei ecclesia, que est constructa vel edificata in pago Vellavense[1] in[2]. . . . . Graciago, quia ipsa est ecclesia consecrata in honore Domini nostri Jesu Christi et beati Petri apostoli, hubi monachi Cluniasensi serviunt Deo et Guilelmus clericus. Ob hoc igitur ego . . . . Gerius et mater mea Ermengarda cogitamus de Dei misericordia, pro amore Domini nostri Jesu Christi et pro redemcione animas nostras vel parentum nostrorum et pro sepultura nostra, ut Dominus noster Jesus Christus peccata nostra dimittere dignetur, donamus de ereditate nostra, que nobis legibus subvenit, quia ipsa est hereditas in pago Velavense, in aice Bassense, in villa que dicitur Vorocio, una mansione cum orto et cum duos campos; unus campus est in Vadtromeira, et alius super Mono Geraldo. Donamus Deo et Sancto Petro de Graziago, ut det nobis Dominus requiem sempiternam. Sane et si ullus omo est, qui carta ista inquietare presumere voluerit, non vindi- 1090, environ.

[1] [La copie porte *Ulacense*.] — [2] L'original est taché et illisible, ici et plus bas.

cet, set cum ira Dei omnipotentis incurrat, et cum Datan et Abiron participationem abeat, et cum Juda traditore Domini in infernum sit demergatus, et ad memoriam ante Deum non perveniat. Facta carta ista feria II, mense octuber, tempore regnante Filipo rege. S. Gerius et mater sua Ermengarda, qui carta ista firmant de bona voluntate. S. Umbertus. S. Renconi. S. Guigoni; isti sunt firmatores.

(*Au dos :*) Carta de Voroncio.

3644.

CHARTA QUA ANSELMUS DE BRIXIA MILES ET UXOR EJUS RAIMODIS DANT MONASTERIO CLUNIACENSI RES SUAS IN VILLA ESTAVEL ET MANSUM DE TARTAREL CUM SERVO.

(Bibl. nat. cop. 36-92 ; B. h. 345, CCCXLVI.)

1090, environ.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Anshelmus miles de Brixa[1], veniens ad extremum diem mortis, accipio habitum Sancti Benedicti, propter timorem gehenne ignis, in loco qui vocatur Cluniacus, et dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et loco supradicto, unum mansum in villa Estavel, quem tenet quidam villanus, nomine Serviens, cum uxore sua et filiis et filiabus suis, vel omnia que ad ipsum mansum pertinent, et omnem censum quod mihi reddebant, totum ego Anselmus, que suprascripta sunt dono, laudo et confirmo sine ullo calumniatore, pro remedio anime mee et in locum sepulture. Item ego Raimodis, uxor supradicti Anselmi, veniens ad finem vite, dono similiter in eodem loco, ut tradant me sepulture et habeam partem in orationibus eorum, dono Domino Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo et loco supradicto, unum mansum, qui vocatur de Tartarel, et unam vineam et unum servum, qui vocatur Bernardus. S. Anshelmi, qui hoc donum fecit et testes firmare rogavit. S. Raimodis, uxoris ejus. S. Anshelmi filii sui[2]. Item signum[3] filiorum ejus et filiarum. S. Bernardi. S. Gi-

[1] [B. *Brixia.*] — [2] B. *eorum.* — [3] [Lisez *signa.*]

rardi. S. Rodberti; et signa duorum geminum[1] filiorum ejus. S. Guzeranni de Cortavax, et S. Rodberti de Cristul.

(*Au dos :*) Carta Anshelmi de Brixa et uxoris ejus Raimodis.

3645.

EPISTOLA FRATRIS B., PRIORIS SANCTI LICERII, HUGONI ABBATI CLUNIACENSI, QUA EI MANDAT INTER CÆTERA EPISCOPUM BIGORRITANUM DOMUI SANCTI LICERII PENITUS INFESTUM ESSE.

(Bibl. nat. cop. 36-96.)

Reverentissimo domino suo et patri Hugoni abbati, frater B. prior Sancti Licerii, obedientiam cum omni subjectione. Mandavit mihi Sanctitas Vestra quatinus mulam convenientem ad sellam vestram vobis mitteremus. Quia vero in partibus nostris idoneam vobis invenire non potui, triginta aureos optimos per priorem Alariaci vobis transmisi. De cetero noverit Vestra Prudentia episcopum Bigorritanum[2] domui vestre Sancti Licerii per omnia infestum esse, et malas consuetudines ac censualia convivia, que plurimi receptus vocant, tam in ecclesiis quam in obedientiis nostris injuste velle imponere. Quapropter Discretio Vestra provideat aliquod preceptum in litteris vestris aut ex precepto apostolici aut rogatu predicti episcopi, super his mihi faciatis, quoadusque controversiam que inter nos et episcopum illum existit, a presentia nostra vel ab aliquo fratre nostro plenius agnoscatis. Orationibus vestris me commendo, paratus ad servicium vestrum posse nostro. 1090, environ.

3646.

CHARTA QUA ROTBERTUS DE VITRIACO DIMITTIT SERVUM, NOMINE STEPHANUM, QUEM MONASTERIO CLUNIACENSI VINDICABAT.

(Bibl. nat. cop. 36-98; B. h. 495, CCCCXCVIII.)

Omnis justicia[3] ad dominum suum revertitur. Injustus enim possessor, etsi ad tempus gaudeat, etsi aliquanto tempore floreat, ad 1090, environ.

[1] [Lisez *geminorum*.] — [2] [On désignait par ce nom l'évêque de Tarbes.] — [3] B. *injustitia*.

IMPRIMERIE NATIONALE.

ultimum tamen sicut arbustum[1] sine radicis suco eradicatur. Hec ego Rotbertus de Vitriaco considerans, quia hactenus injuste servum Sancti Petri, Stephanum nomine, calumpniabar, et mee servituti addicere conabar, injusticiam meam recognoscens, eum sine aliqua querela Sancto Petro Cluniensi [dimisi[2]], ita ut nec ego, nec aliquis heres meus ab hac die calumpniari presumat.

3647.

CHARTA QUA FOLCHERIUS DE CARSIGIACO NOTUM FACIT SE PARTEM SUAM IN SILVA FORESTILIA MONACHIS CLUNIACENSIBUS VENDIDISSE.

(Bibl. nat. cop. 36-104; B. h. 560, DLXIII.)

1090, environ. Notum sit omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie, quod ego Folcherius[3] de Carsigiaco[4] vendo senioribus meis monachis de Cluniaco illam partem et divisionem quam habebam in silva vocabulo Forestilia, que est juxta Luziaco[5]; et accipio ab eis tres solidos et dimidium, faciente Warnerio monacho, fratre Walterii de Berziaco : in tali conventu ut ab hodierno die amplius, neque ego, neque ullus mo[r]talis homo, neque ullus meus consanguineus, nec homo, nec femina quicquam in ipsa silva requirat. S. Folcherii, qui hanc venditionem fecit sponte et voluntarie. S. Martini, nepotis ejus. S. Bernardi, nepotis ejusdem Folcherii, fratris Martini. S. Rotberti. S. Bernardi. S. Constabuli. S. Achardi presbiteri. S. Ascherii.

(*Au dos :*) Carta Fulcherii, in Carsiniaco.

3648.

CHARTA QUA BERNARDUS SENEX DE SEGIACO NOTUM FACIT SE MANSUM IN VILLA BAIESE MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 36-108; B. h. 497, D.)

1090, environ. Notum sit omnibus fidelibus christianis, presentibus et futuris, quod

[1] B. *arbusta.*

[2] [Mot fourni par B.]

[3] B. *Fulcherius*, ici et plus bas.

[4] B. *Charsigiaco.* L. de Barive semble avoir écrit d'abord dans sa copie *Carsigniaco.*

[5] B. *Luciaco.*

Bernardus Senex de Segiaco dedit Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, et Cluniacensibus monachis, unum mansum cum appendiciis suis, in villa quæ appellatur Baiese. Fecit autem hanc donationem pro remedio animæ suæ, et testem et collaudatorem adhibuit fratrem suum Letbaldum. Interfuit etiam Ilius de Cres.

3649.

NOTITIA ALTERCATIONIS PRO HOMINIBUS CLUNIACENSIBUS ET SANCTI VINCENTII MATISCONENSIS IN POTESTATIBUS DE OSANO ET DE BLANOSCO.

(Bibl. nat. cop. 36-109.)

Primo venit quidam liber homo ad Osanum villam, qui cum ibi in libera voce mansisset, commendavit se senioribus ipsius ville. Contigit ut postea quædam libera femina similiter advenerit, quam predictus homo duxit uxorem, et procreatis infantibus ambo defuncti sunt. De quibus infantibus una femina venit ad Blanoscum, nomine Marchildis, aliis in Ausano remanentibus. Marchildis autem accepit maritum de Blanosco, de quo genuit infantes Guntardum et Gunterium et Ermensindam, matrem Ingelmari; et ita factum est ut inter duas istas potestates parentela dividatur. 1090, environ.

Quidam homo, nomine Adelelmus, fuit servus Cluniaco et accepit uxorem de villa Ausanum, nomine Ausanam. Sed quia de potestate Sancti Vincentii erat, dedit pro ea duo mancipia; postea conquisierunt alodum, quem ipsa Ausana jam vetula vendidit paribus suis de villa Aiona; hereditatem suam quam habebat in Ausana similiter vendidit. Nunc vero filia ejus, cum ei servitium a Cluniaco quereretur, dixit publice quod per occasionem de matre sua transferret se ad potestatem Sancti Vincentii. Hoc legaliter probari potest.

Rainnaldus tenet jam Albertum et Fredelenum et Teodonum; isti sunt de Cluniaco.

De Aiona Rainaldus etc. . . . .[1].

[1] Le reste de la charte est coupé.

3650.

CHARTA QUA WILLELMUS DE CENTARBEN MILES NOTUM FACIT SE MANSUM IN EADEM VILLA CENTARBEN MONACHIS CLUNIACENSIBUS DEDISSE.

(Bibl. nat. cop. 36-120; B. h. 555, DLVIII.)

1090, environ. Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris, quod quidam miles, nomine Willelmus de Centarben, dedit quemdam mansum in supradicta villa, fratribus Cluniacensis monasterii, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli consecrati, et servum in eodem manso manentem, Ermenaldum nomine, et cuncta ad ipsum mansum pertinentia, absque aliquo retinaculo, pro sepultura filii sui Girardi, qui in cymiterio prefati monasterii humatus est; tali tenore, ut fratres ibidem Deo servientes in perpetuum, sine omni inquietudine habeant et possideant[1]. S. Hugonis, filii sui. S. Heldini, fratris sui[2]. S. Girbaldi Viridis. Si quis autem hanc donationem improbo ausu temerare presumpserit, omnipotentis Dei iram super se provocabit et sanctorum apostolorum indignationem et debitam ultionem, nisi cumdigna satisfactione evitabit; insuper cum Datan et Abyron quos vivos terra glutivit, et cum Juda traditore Domini, maledictionis spiculo perforatus, eternorum suppliciorum mortem nullatenus, utpote sacrilegii reus, effugere poterit.

(*Au dos:*) Carta Girardi militis, de uno manso in villa de Sentarben.

3651.

CHARTA QUA DALMACIUS, JOSCERANNUS ET PAGANUS, FILII BERNARDI DE INSULA, WERPIUNT TERRAS JUXTA OBEDIENTIAM SANCTI JANGULFI, QUAS PATER EORUM DEDERAT MONASTERIO CLUNIACENSI.

(Bibl. nat. cop. 36-131; B. h. 598, DCI.)

1090, environ. Noticia werpitionis quam fecerunt filii Bernardi de Insula tres, quo-

[1] [B. porte : *S. Wilelmi et Hugonis filii sui.*] — [2] B. ajoute ici : « qui fieri et firmare « rogaverunt. »

rum nomina hec sunt : Dalmacius, Joscerannus, Paganus, in obedientia Sancti Jangulfi, cujus contentionis et definitionis iste est tenor : pater eorum Bernardus de Insula convenerat cum monachis Cluniacensibus, domno Sigauldo[1] prioratum tenente, ecclesiam juris proprii de Capella vocatam se daturum. Pro qua conventione et promissione doni VII mansos de terra Sancti Petri sibi dederunt. Ille autem, fallens promissum, et illam suam ecclesiam non dedit, et mansos quos acceperat retinuit, quin etiam suis vassis in beneficium distribuit. Tandem per studium domni Sigaudi prioris et districtionem Tetbaldi, comitis Cabilonensis, coactus est pro mansis illis injuste beneficiatis comcambium monachis de allodo suo reddere. Quod et fecit juxta obedientiam Sancti Jamgulfi. Quod concambium et compacationem[2] filii ejus suprascripti post obitum ejus semper calumpniati sunt, et multa damna obedientie propterea intulerunt, usque dum tempore domni Unaldi prioris, ita cum eis placitum est, ut de bonis Sancti Petri C quinquaginta solidos acciperent, et restaurationem illam patris sui solutam et quietam monachis dimitterent; et insuper malas consuetudines et violentias quas in eadem obedientia faciebant omnino remitterent. Hoc in presencia domni Hugonis abbatis firmatum est. Qui etiam fratres postea a toto conventu monachorum, ante altare Sancti Petri de tortura quam fecerant, absolvi se fecerunt, et animam patris, ut tantum firmius in promisso prestarent[3]. Hujus vuerpicionis domnus Bernardus Grossus testis et alii multi.

(*Au dos :*) Carta quam fecerunt duo (tres) fratres, filii Bernardi militis, Dalmatius, Joscerannus, Paganus.

3652.

CHARTA QUA WIGO COMES, FILIUS GOTELENNÆ, DAT MONASTERIO CLUNIACENSI ECCLESIAM DE VISILIA.

(B. h. 103.)

Dum in hujus seculi laboriosa vivitur peregrinatione, agendum est 1090, environ.

[1] B. *Sigaldi* ici et plus bas. — [2] B. *comparationem.* — [3] [B. *perstarent.*]

ut unusquisque homo ex rebus sibi a Deo collatis peccata sua helemosinis redimere festinet, ut Christum omnium conditorem in die ultimo valeat repperire misericordissimum. Ut autem emamus regnum sempiternum, properemus agere bonum. Etenim scriptum est : « Re-« gnum Dei tantum valet quantum habes ; valet enim regnum Dei his « qui sua pauperibus et egenis larga manu distribuunt. » Quapropter notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Wigo comes, filius Gotelenne, dono Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, ad locum Cluniacensem, ubi domnus Hugo abba prodesse magis quam preesse videtur, aliquid de hereditate mea quę mihi legibus jure obvenit, ecclesiam de Visilia cum decimis et cymiteriis, seu cum omnibus appendiciis que ad se pertinent vel pertinere debent, totum ex integro offero Deo et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo, et ad locum prenominatum, ut Deus omnipotens copias scelerum meorum minuere atque delere dignetur. Est autem ipsa ecclesia sita in episcopatu Gratianopolitanensi. Si quis autem hanc nostram elemosinam, ex heredibus nostris, vel filiis, aut aliquis ex parentibus nostris infringere temptaverit, nisi ad satisfactionem venerit, in primis iram Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et aliorum omnium sanctorum incurrat, et ad ultimum sit anathema maranatha. Si quis supradictam helemosinam observator extiterit, habeat partem et societatem cum sanctis et electis Dei in regno cęlorum et in omnibus benefactis quę fiunt in supradicto loco et in omnibus locis ad se pertinentibus. Amen. Amen. Fiat. Fiat. S. Wigonis comitis, qui hoc donum fecit et testes firmare precepit. S. Wigonis, filii sui. S. Ainardi de Domena. S. de duobus fratribus suis Attanulfi [et] Wigonis. S. Bermundi de Aurel. S. Humberti, nepotis sui[1].

[1] La date approximative que nous donnons à cet acte est fondée sur une bulle de 1095 où la donation de l'église de Vizille est rappelée. Voy. ci-après (16 mars 1095). Cette donation de Guigues IV, dit le Vieux, fut confirmée par son fils, vers 1100 (B. h. 104). Voyez aussi une première donation de la moitié du château de Vizille par l'évêque de Grenoble Humbert, en 996 (n° 2307). Suivant M. de Terrebasse, *Œuvres posthumes, Dauphins de Viennois*, p. 54, qui s'appuie sur le syn-

3653.

CHARTA QUA DURANNUS DE TURNIACO NOTUM FACIT SE ANCILLAM, NOMINE ROTBERGAM, MONASTERIO CLUNIACENSI DEDISSE.

(B. h. 155, CLVII.)

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Durannus de Turniaco dono Sancto Petro et Cluniensi cenobio unam ex ancillis meis, nomine Rotbergam. S. Duranni et Alberti, filii ejus. S. Giraldi et Eldrici. S. Adalardi et filiorum ejus. S. Alexandrę. Fecerunt autem Igbertus de Turno et Eldricus Canutus, et Achardus, filius ejus, ut si hoc donum calumpniatum fuerit ab ullo homine, ut ipsi emendent saxaginta solidos; Walterius quoque de Berziaco, si nullam habebat rectitudinem, cum uno lapide qui in carta inclusus est, verpivit[1]. 1090, environ.

3654.

CHARTA QUA SIGALDUS, PRIOR CLUNIACENSIS, NOTUM FACIT WALTERIUM ET ARTALDUM DE BERZIACO MEDIETATEM SILVÆ IN HONORE BERZIACENSI MONASTERIO CLUNIACENSI WERPIVISSE.

(B. h. 157, CLIX.)

Quoniam abundante iniquitate et frigescente caritate a nonnullis quędam injuste calumpniando usurpantur, cauta consideratio anteriorum previdit et reperit scripta et notamina literarum, ut, quia pro conditionis humanę incerto statu cunctis mortalibus inevitabiliter determinato semperque se presentes nequeunt exhibere, literis saltim valeant ad posterorum memoriam atque sensum acta sua dictave transmittere sive deducere. Ergo ego Sigaldus, tenens ea tempestate prio- 1090, environ.

chronisme d'Ainard de Domène et de ses frères, dont le dernier serait mort en 1060, cet acte devrait être daté d'environ 1055. Mais il faudrait le reculer d'environ vingt ans, si l'on s'en rapporte à l'abbé Chevalier, qui dans son *Répertoire* fait mourir Guigues le Vieux seulement en 1075. Toutefois, le même auteur a publié un extrait de cette charte dans le *Cartulaire de Saint-André-le-Bas*, p. 275, sous la date que nous proposons.

[1] [En marge du cartulaire est figurée une pierre triangulaire surmontée du mot *lapis*.]

ratum Cluniacensis religiosi cenobii, in comparatione quam ab illis de Monte Merlaco, cum consensu fratrum nostrorum ac laudatione hujus patrie nobilium, feci de honore Berziacensi, quid calumpnię prius et postmodum quid verpitionis insurrexerit, nolo latere presentes et futuros cujusque gradus et conditionis. Walterius et Artaldus de Berziaco extotam nobis silvam calumpniabantur; sed postea facto inde placito accepit a nobis Artaldus centum solidos summam, de quibus Walterius habuit xx solidos, insuper etiam uxor ipsius Artaldi auri unciam, ac medietatem ab omni infestatione liberam nobis et cunctis Cluniacensibus fratribus perpetuo possidendam absque ulla calumpnia aut consuetudine mala dimiserunt, tali tenore vel conventione, ut duo ibi ponantur forestarii, unus ab ipsis et alter a nobis, quique tamen utrique parti faciant jusjurandum unanimitatis et fidelitatis.

3655.

CHARTA QUA GALTERIUS CHESNELLUS DAT MONACHIS CLUNIACENSIBUS SANCTI DIONYSII IN NOGENTO CASTRO ECCLESIAM SANCTI PETRI CETONENSIS, CUM APPENDITIIS ET REBUS ALIIS.

(Bry, *Hist. du Perche*, p. 72, d'après le *Cartulaire de Saint-Denys de Nogent*, fol. 32.)

1090, environ. In nomine Patris, etc. Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quam subsequentibus, quod ego Galterius Chesnellus, etc.

ADDITIONS.

2853 *bis*.

CHARTA QUA ARNAL ET UXOR EJUS WARINA VENDUNT RICHIELMO VINEAM IN VILLA CURCIACO.

(Bibl. nat. cop. 18-159.)

Domino fratribus Richielmo. Ego Arnal et uxor sua Vuarina propterea vendimus nos tibi de res nostras que sunt sitas in pago Matisconense, in agro Itgiacense, in villa Curciaco : oc est vinea que terminat a mane terra Sancti Petri, a medio die via publica, a sero et a cercio terra de ipsa hereditate; et abet in longo perticas XX et dimidio, in uno fronte perticas VIIII, in alio fronte VII. Infra istas terminationes totum tibi vendimus, et accepimus precium valente solidos VIIII. Et faciatis quidquid facere voluerit; et si ullus omo qui contradicere voluerit aure uncia I persolvat; firma stabili permane adtribulacione subnixa. Actum Cluniaco publice. Arnal et uxor sua Varina, qui fierit et firmare rogavit; Gotefredo. S. Ranal. S. Amaber. 1031, environ.

Data per manus Bernardi, sub die lunis, mense febroarius, annos regnante Roberto rege.

3344 *bis*.

CHARTA QUA PONCIUS, TOLOSANÆ URBIS COMES, ABBATIAM MOYSIACENSEM, CUM CONSILIO UXORIS SUÆ ADALMODIS, MONACHIS CLUNIACENSIBUS SUBJICIT.

(B. h. 101[1].)

Quamvis apostolica pronuncient verba, « quod non sit nisi a Deo 1053, 29 juin.

[1] Impr. par Baluze, *Miscell.*, t. VI, p. 465, et t. III, p. 43, éd. in-fol.; par Vaissète, *Hist. de Languedoc*, t. II, pr. col. 221; par Sainte-Marthe, *Gall. christ.*, t. I, instr. p. 37, tous les trois d'après B., à ce qu'il semble. Il y a une autre copie un peu différente dans Mabillon, *Annal. Ord. S. B.* t. IV, p. 626, et *Gall. christ.*, t. I, instr.,

IMPRIMERIE NATIONALE.

potestas aliqua[1] », tamen de reprobis sermo divinus per prophetam indicat dicens : « Ipsi regnaverunt, sed non ex me; principes extiterunt, et non cognovi[2] ». Idcirco Poncius, Tolosanę urbis comes, ne in numero male regnantium a justo arbitre[3] Deo districte quasi non ab eo agnitus dijudicer, communi ac salubri consilio uxoris meę Adalmodis comitissę, ac principum mihi subditorum, venerabilis scilicet Bernardi, Katurcensis episcopi, necnon Gauzberti, abbatis nominati[4], Willelmi quoque ac Fulconis, fratris ejus, consultu, decrevi ut abbatia Sancti Petri Moysiacensis cœnobii, quam ego hactenus et parentes mei seu predecessores mei comites Tolosani de manibus regum Francorum[5] visi sumus in fevi jure habere et possidere, deinceps in Dei servicio rectius, diligentiusque custodiatur. Quapropter volo ut cunctis meis successoribus patescat, quod ego prenominatam abbatiam Sancti Petri Moysiacensis cœnobii omnipotenti Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo dimitto, necnon et seniori karissimo domno Hugoni abbati Cluniensi, sive cunctis successoribus suis in loco Cluniacensi futuris, secundum regulam Sancti Benedicti ordinandam, in perpetuum trado coram testibus. Si quis autem parentum vel successorum meorum, aut quicumque hominum post finem meum sive post discessum Gauzberti, principis illius, qui secundus a me in abbatia illa nunc esse videtur, et abbas vocatur, hanc meam cessionem disrumpere quocumque modo adtemptaverit, quod fieri omnimodo sub obtestatione judicii Dei prohibeo, omnipotentis Dei virtute examinandum, et papę Romano, necnon et Francorum regi, ad quorum tuicionem locus prefatus Moysiacus pertinet, distringendum relinquo. Ego vero hanc inscriptionem cessionis in manu jam dicti abbatis domni Hugonis, adstante omni conventu ejusdem monasterii, cui preest, mea electione[6] et prenominati Bernardi, Caturcensis episcopi, ad cujus dio-

p. 30. Cette dernière débute ainsi : « Pontius, Dei gratia urbis Tolosæ comes palatinus, quamvis, etc. » Elle porte la date de 1067.

[1] [*B. Pauli ad Roman.*, XIII, 1.]

[2] [*Osee*, VIII, 4.]

[3] [Bal., etc. *arbitro.*]

[4] Voyez la charte ci devant n° 3392, en date du 9 juin 1063.

[5] [*Gallia*, p. 30 : *de manibus abbatum et monachorum.*]

[6] [*Gallia*, p. 30, *deprecatio.*]

cesim attinet locus iste, consecratione, Durannus abbas et monacus Cluniacensis, in die sollempnitatis sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli, manu, ore, corde confirmo atque corroboro. Bernardus, episcopus Caturcensis, firmavit. Adalmodis comitissa firmavit. Gauzbertus abba firmavit. Willelmus, cognomento Miscensmalum, firmavit. Fulco, frater ejus, firmavit. Datum sub die III kal. junii, III feria, regnante Philippo rege Francorum[1].

3407 *bis*.

EPISTOLA AMELII ABBATIS AURELIACENSIS AD HUGONEM, ABBATEM CLUNIACENSEM, QUA EI CELLAM CARIACUM REFORMANDAM COMMITTIT.

Summæ felicitatis, etc. (D. Martène, *Thes. Nov. Anecd.*, t. I, p. 313. *Ex autographo.*) 1065-1075, environ.

3630 *bis*.

EPISTOLA URBANI PAPÆ II AD HUGONEM ABBATEM CLUNIACENSEM, QUA PONTIFICATUM SIBI DELATUM NUNTIAT EUMQUE ROGAT UT AD SE VENIAT.

Urbanus, etc. Quoniam sanctitatem..... (Mabillon, *Ann. Bened.*, t. V, p. 251.) 1088, 13 mars.

[1] La copie du *Gall. christ.*, t. I, instr., p. 30, porte : « Data sub die III kal. junii, feria III, anno ab incarnatione Domini M LXVII. » Mais cette date de 1067 ainsi que le nom de Philippe (au lieu de Henri) dans notre texte ne peuvent être que des interpolations. D. Vaissète nous paraît être dans le vrai, quand il propose de dater cet acte de 1053. En effet, Pons, comte de Toulouse, était mort en 1060, et Almodis, sa femme, avait été répudiée par lui entre le 5 novembre 1053 et le 4 novembre 1054. Moissac était déjà soumis à Cluny dès 1055, sous le règne de Henri Ier, puisqu'un décret du concile de Toulouse rapporté à l'an 1056 par D. Martène (*Thes.*, t. IV, col. 89) et dans nos chartes n° 3353, confirme cette donation. Si l'acte de Pons a été passé, comme l'indique la charte, le jour de la solennité des apôtres Pierre et Paul, il faut lire *III kalendas julii* comme le propose D. Vaissète, et non *junii*, c'est-à-dire le mardi 29 juin. Or cette date correspond à la lettre dominicale C, qui est celle de 1053. Il faut donc dater notre charte du 29 juin 1053, et rayer de la liste des évêques de Cahors Bernard IV, en 1067, puisque son existence ne repose que sur une charte interpolée, et que l'historien du Quercy, G. Lacoste, ne le mentionne pas. Voyez D. Vaissète, *Hist. du Languedoc*, t. II, p. 608, note XXXII.

3631 *bis.*

EPISTOLA URBANI PAPÆ II AD HUGONEM ABBATEM CLUNIACENSEM, QUA EI NUNTIAT BERNARDUM ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM PRIMATEM HISPANORUM EPISCOPORUM CONSTITUTUM, ET MONASTERII CLUNIACENSIS BONA TUENDA SUSCIPIT.

1088, 15 octobre.

Urbanus, etc. Venerabilem fratrem..... (Mabillon, *Œuv. posth.*, t. III, p. 350; Mansi, *Concil.*, t. XX, p. 698.)

ERRATA DU TOME IV.

Page 15, n° 2812. Le diplôme original a été acquis par la Bibliothèque nationale en 1888 et figure dans le ms. lat. nouv. acq. 2327, n° 1. Voici les variantes à relever :

Le nom du roi est écrit *Ruodolfus*, avec le *u* inclus dans l'*o*, d'une manière assez singulière. Ligne 5, publiga, *lisez :* publica; ligne 14, animæ meæ, *lisez :* animę meę; ligne 15, supermemoratæ meæ, *lisez :* supramemorate meę; ligne 17, obedientibus, *lisez :* obœdientibus; ligne 18, l'*original porte : viculum* comme l'a écrit M. de Rivaz; ligne 19, in montibus, *lisez :* cum; ligne 23, negligentiæ, *lisez :* neglegentiæ; ligne 26, infringantur, *lisez :* infrangantur; ligne 28, piissimi, *lisez :* pii. La glose indiquée à la note 4 se trouve dans l'original et paraît de la même main que le reste de l'acte. Trace de sceau plaqué. Au dos : *Donatio Rodulfi regis.*

Page 105, n° 2906, en titre : B. h. 425, CCCCXXXI, *lisez :* B. h. 428, CCCCXXXI.

Page 128, n°s 2927 et 2928. Ces actes ont été publiés dans les *Monumenta patriæ. Chartæ*, t. I, p. 523, n°s CCCVII et CCCVIII, d'après la copie de M. de Rivaz, extraite du cartulaire B. de Cluny, sous la date de 1039; mais avec le titre suivant : Donation faite par Leuto pour la fondation du prieuré de *Fillinge* dans le Genevois. C'est *Sillingy*, Haute-Savoie, arrondissement d'Annecy, canton d'Annecy-Nord.

Page 171, n° 2976. « Privilegium Leonis papæ IX. » L'original se trouve à la Bibl. nat., fonds lat. nouv. acq. 2327, n° 2; il y est entré en 1888. Les variantes sont les mêmes que celles qui ont été relevées d'après B. h. 1. L'acte portait à la date *Leonis septimi;* une main contemporaine a corrigé *noni*. L'acte étant adressé à Hugues, abbé de Cluny, ne peut convenir, en effet, qu'au pape Léon IX, son contemporain. C'est donc par erreur qu'au dos de la bulle le pape est appelé *Leo pp. VII* et *Leo pp. VIII.*

Page 211, note 6, pciam, *lisez :* peiam.

Page 243, n° 3056, à la date effacer le point de doute (?).

Page 396, n° 3301. L'original de cet acte se trouve à la Bibliothèque nationale, or. 108 et cop. 40-70. Voici les variantes : ligne 4, Gausfredus, *lisez :* Gaufredus; ligne 6, oculos, *lisez :* occulos; ligne 8, donnus, *lisez :* domnus; ligne 13, pecuniam, *lisez :* peccuniam. La donation d'Othon de Berzé à laquelle il est fait allusion se trouve sous le n° 3504, à la date de 1076 environ.

Page 434, n° 3332, ligne 3, Emulus filiusque suus Joffret, *lisez :* Emelz (Amelia) filiusque suus Gausfredus. Cf. n°s 3060 et 3574.

Page 451, n° 3357, *ajoutez :* imprimé dans le *Gallia christiana*, t. XII, col. 102, instr. *ex cartulario Cluniacensi.*

Page 498, note 1, continuée par celle-ci, *lisez :* qui continue celle-ci.

Page 513, note 1, ligne 4, viaient encore, *lisez :* vivaient encore.

Page 551, n° 3441. La lettre d'Alphonse VI, de 1070 environ, aurait pu être datée de 1077. Car à la date du 10 juillet 1077 (n° 3509) nous trouvons un diplôme du même roi relatif au doublement du cens donné à Cluny et qui paraît indiqué par les mots *seriem testamenti composui coram testibus* du n° 3441. Les deux actes seraient donc de la même année.

Page 607, note 9, ligne 8, hiis testes, *lisez :* hii testes.

Page 665, n° 3540. Ce privilège d'Alphonse VI, roi de Castille et de Léon, a été imprimé par le P. D. A. L'Huillier dans la *Vie de saint Hugues, abbé de Cluny* (Paris, 1888, in-8°), p. 632, d'après une copie conservée au monastère de Saint-Dominique de Silos, en Espagne. Nous y avons relevé quelques variantes. Ligne 15, munere, *lisez :* manere. Page 666, ligne 11, tanquam Ganabit usque Moeriam et Ganaberit vobis offero, *lisez :* tanquam ganavit usque modo, quam etiam et quod postmodum ganaverit vobis offero. Page 667, ajoutez aux souscriptions : ligne 19, Urraka Ferdinandi regis filia confirmans †. Ligne 23, Didacus Iriensis ecclesie episcopus confirmans +. Munio Aucensis ecclesie episcopus confirmans +. Belasco cenobi Sancti Emiliani abba confirmans +. Oveco Oniensis abba confirmans +. Sisebutus Caradigne cenobi abba confirmans +. D'autre part, les souscriptions : « Scenna soror Garsie regis » et « Rodericus Gunsulbiz » manquent dans cette copie.

Page 710, n° 3575, ligne 9, Jocerannus Plena fide, *lisez :* plena fide.

ADDITIONS À L'ERRATA DU TOME I.

Page 547, n° 566. Il existe un autre texte de cette charte dans le cartulaire B. h. 224, CCXXVI, ce qui nous obligerait à le dater de 1049 à 1109, si on le rapportait au temps de l'abbé Hugues. Dans ce texte, le nom de lieu est écrit *Clicgiaco* en rubrique et *dicgiaco* dans le corps de l'acte. On sait que les lettres *cl*, sont souvent confondues dans l'écriture minuscule avec le *d*. Parmi les témoins, *Humbertus* seul est qualifié *miles*. La femme du donateur est nommée *Josche*.

ADDITIONS À L'ERRATA DU TOME III.

Page 431, n° 2307, note 2, 2e col. Effacer les mots : « Et avait pour frère Guigue I l'Ancien, qui se fit moine en 1063. » Nous avons été induit en erreur, dans cette difficile généalogie des comtes d'Albon, par deux notes de M. de Rivaz, qui a confondu Guigues le Vieux avec Guigues l'Ancien et a fait de celui-ci le frère d'Humbert, tandi

qu'il en était le père. Voy. *Diplomatique de Bourgogne,* l. c., et *Cartul. de Saint-André le Bas,* p. 275, note. Il faut rétablir ainsi la parenté d'Humbert, évêque de Grenoble: il était fils de Guigues I, l'*Ancien,* mari de Frédeburge, mort en 996 et nommé Guigues II par le *Gallia.* Voy. Bresslau, ouvrage cité p. 2 du présent volume, en note. Quant à l'*Art de vérifier les dates,* il ne commence la généalogie des Albon qu'à Guigues IV, dit le *Vieux,* qui se retira à Cluny en 1063, et qui est nommé Guigues V par Chorier et par M. de Terrebasse (*Œuvres posthumes,* p. 41).

Page 720, n° 2692. D'après une obligeante communication de M. Lex, archiviste de Saône-et-Loire, l'original de cette charte se trouve dans ces archives sous la cote H. 1, n° 2. En voici le préambule, les variantes, les *signa* et la date : « (Chrisme). Inlustrium presulum quorum spiritalibus studiis et documentis atque largissimis donis Christi aecclesia sublimata consistit, sicut ordine videmur esse similes, sic et felicium debemus esse actionum non segnes imitatores; illis precipue in suis supplicationibus denegare minime convenit aurem pontificalis auctoritatis, quibus totus hic mundus est odio et Christus summa dilectio atque juxta apostolum sancta in cœlis est conversatio. Inter quos tempore nostro Clunienses fratres in ordine videntur florere monastico, quorum temporalibus solaciamur commodis et ad impetrandam cœlestem gratiam continuis sustentamur sufragiis, illius tanti et tam nominatissimi loci Odylo venerabilis rector, dum ego Gausfredus, etc.

Lignes 1, 6 et 7, ecclesie, *lisez :* æcclesiæ; ligne 8, ecclesiam, *lisez :* eclesiam; ligne 10, petitionibus, *lisez :* peticionibus; ligne 11, après perpetuale, *ajoutez :* sicut humiliter pecierant; ligne 12, après litem, *ajoutez :* aut calumpniam inferat de eclesia Juliacensi et de altare et de decimis vel quibuslibet rebus ad eandem eclesiam pertinentibus, sed firmiter sicut eis scripsimus et stabilivimus teneant, salvo matris eclesiæ synodali servitio et nostri memoriam semper in suis orationibus habeant, et post istius vitę terminum nostrum anniversarium per singulos annos faciant. Ut autem hoc testamentum stabile sit et firmum, illud manu propria firmavi et manibus cunctorum canonicorum roborare feci, adnectens, etc. Ligne 17, consorcium, *lisez :* consortium. S. Gausfredi presulis. S. Hugonis comitis et episcopi Autisioderensis. S. abbatis Hugonis. S. Othonis comitis. S. Frotgerii decanis. S. Josleni. S. Rocleni prepositi. S. Achardi archidiaconi. S. Jozselini. S. Aldonis. S. Rainerii. S. Heldrici. S. Ainselli. S. Gualonis. S. Eldrici pueri. S. Vuidonis. S. Josberti. S. Bernardi. S. Bernardi. S. Girardi. S. Vuidonis. Data est in mense decembri, tercio decimo kalendarum ejusdem. Gualo monachus scripsit jussu Frotgerii notarii anno xx° vi° regnante Rotberto rege feliciter. »

(*Au dos :*) Carta Gausfredi episcopi, de ecclesia Juliacensi in pago Cabilonensi.

Page 727, n° 2703. Benedictus, etc., *ajoutez :* Liquidum est, etc., *et pour la bibliographie :* Cocquel, t. I, p. 332; Mansi, t. XIX, p. 324; Migne, t. CXXXIX, p. 1601.

Page 759, n° 2736, *ajoutez :* Il y a un résumé de cette charte dans le cartulaire B. o. 20, xviiii, mais ce texte n'offre aucune variante utile.

